Compendium

FLORAE GERMANIAE.

Sect. I.

Plantae phanerogamicae seu vasculosae.

Scripserunt

Math. Jos. Bluff

et

Carol. Ant. Fingerhuth.

Tomus II.

Norimbergae
sumptibus I. L. Schrag.
1825.

Organographia Orchidearum secundum Richardium (Mém. du Muséum d'hist. nat. Tom. IV. p. 26.)

Calyx germine infero adhaerens, monophyllus, irregularis, sexdivisus, laciniis 3 exterioribus, 3 alternis interioribus, nonnullis interdum et varie connatis. Exteriorum una *impar*; binae *compares: interiorum* binae consimiles; tertia dissimilis, impari opposito situ respondens, *Labellum* nuncupata. Est autem calyx:

Patens, patentissimus	transversim oblique verticaliter	respectu germinis

Connivens, veluti in tubum, in globum etc. lacinis 5 longitudinaliter approximatis seu incurvo - convergentibus patulis reflexisve.

Fornicatus, lacinia *impari* una cum *interioribus*, fornicem forma variam efficientibus; *comparibus* a prioribus discedentibus, patulis reflexisve.

Galeatus, laciniis 5 in cucullum s. galeam globosam etc. antice, raro postice, hiantem contigue approximatis.

Perulatus, instructus Perula, (i. e. *sacculo*, e connatis et productis basibus duarum calycis laciniarum formato) *adnato - perulatus*, *libere perulatus*, horum unusquisque distincta vult genera.

Labellum. *a*, *Anticum*, cujus dorsum ad latus floris, in situ nativo considerati, inferius seu exterius spectat. *)

---

*) Cl. Rob. Brownii sententiam, et isti hanc quidem plane contrariam addamus, necesse est.

b) *Posticum*, opposito prioris situ; calyce tunc inverso, sive uti dicunt *resupinato*.

c) *Interruptum*, binis incisuris sinubusve lateralibus divisum in duas partes dissimiles, quarum altera inferior *Hypochilium*, altera superior, in hisce semper indivisa et priori veluti geniculatim juncta, *Epichilium vocari* potest.

d) *Calcaratum*, calcare donatum; calcar verum est processus cavus infimi labelli ipsius, rite distinguendum a perula, pariterque ab om-

---

Situm floris *naturalem* eum esse, ubi labellum caulem seu rachin inflorescentiae suae spectet, quem situm perperam alii resupinatum appellare soleant; tum vero contorto funis ad instar germine, labellum in plurimis extrorsum trahi, quo factum, ut ii, qui florem non nisi in ipsa anthesi contemplarent, situm istum floris constantissimum et proximum existimarent. Patet ex his, florem *rectum* Brownio audire, qui aliis habetur resupinatus, *inversum* autem ab eo appellari eum, quem *rectum* alii dicunt.

ni gibbo, aliam sedem in qualicunque calycis parte obtinente.

e) *Inerme*, calcare destitutum.

Gynostemium (fig. 5. 8.) est corpus solidum in flore subcentrale, ex apice germinis inferi enatum. Constat ex utroque sexu, ita conferruminatis, ut ea pars eius, quae a stylo proficiscitur, faciem ipsius anticam labello obversam constituat, altera autem, e filamentorum conjunctione orta, posticam sive dorsum: priorem terminat *Stigma, Anthera* posteriorem.

Clinandrium Orchidearum plerarumque Gynostemium ad apicem cavatur in foveam, in qua inclinata pronave recumbit *Anthera*; unde illa fovea *Clinandrium* dicta. (fig. 5. a, 8. a, 7. b.)

Gynizus, (fig. 8. b, 9. c.) praecipua stigmatis pars, est area quaedam, in antica gynostemii facie mox conspicua, e contextu glandularum viscidum quendam humorem exsudans et

eo demum veluti viscosa mucilagine obducta, cui nomen *Gynizus*, id est femineum viscum.

Rostellum. (fig. 5. b. 8. c, 9. b.) Summa stigmatis pars ultra gynizum protrahitur in processum, ante hunc libere reclinatum, rarissime eidem adnascentem: saepius etiam illa pars producitur in laminam plus minusve oblique adscendentem et Clinandrium antrorsum claudentem: rarius e superiori margine stigmatis medius abrupte exstat apiculus, nunc sursum tendens, nunc deorsum flexus. Qualitercunque sese habeat iste summi stigmatis processus, — sive in rostri speciem attenuatus reclinetur, sive in laminam sursum excurrat, sive demum induat apiculi formam, — nomine *Rostelli* ubique signabitur, cum ubique ex eadem varie modificata proveniat parte.

Bursicula. (fig. 3. a.) In Orchide genere et proxime affinibus apex *Rostelli* carnoso-incrassatus sursum excavatur sacculi instar

s. *Bursiculae*; intra quam, humore viscidulo madidam, nidulatur retinaculum massarum pollinicarum.

Quod excipitur a Bursicula retinaculum, dicitur *bursiculatum*, *nudum* contra, deficiente illa.

Proscolla. (fig. 8. d.) Ad medium apicemve rostelli, sive laminati sive apiculiformis, conspicitur glandula prominula, formae quidem variae, sed ejusdem semper in congeneribus. Ea autem glandula ideo dicta est *proscolla*, quod massas pollinicas, ex anthera tota vel partim dehiscente expeditas, sibi adglutinat mediante humore viscido, ab ipsamet secreto.

Quod *retinaculum* (fig. 2. e. c.) massis pollinicis caudiculatis, id caudicula aut retinaculo carentibus esse videtur proscolla.

Caudicula est processus filamentiformis solidus massarum pollinicarum. (fig. 2. f.)

Anthera, omisso solo *Cypripedio* duabus lateralibus remotisque insigni, semper unica. Ejus insertio et imprimis structura constanter eaedem habentur in congeneribus; et inter praecipuas affinitatis generum notas locum sibi vindicant. Anthcrae autem quoad insertionis modum in tres phalanges congregant genera.

1) *Continua*. Dorsalis pars seu stratum (fig. 1. a.) gynostemii abit continuo in materiam, loculos (fig. 1. b. c.) discretos connectentem, ita ut, quoad posteriora, originem antherae a caetero gynostemio nullis vel levissimis terminis discernas: quae nota *Antherae continuae* plura, Orchide praeside, convoçat genera.

2) *Stipitata*. (fig. 5. e.) Filamentulum, a summo gynostemii dorso abrupta contractione distinctissimum, suffulcit *Antheram* inde *stipitatam*, basibus loculorum saepe infra punctum ipsius insertionis protuberantibus. An-

theriferum filamentulum (s. stipitulus), ex ipso apud plerasque Orchidearum margine postico clinandrii oritur, raro tamen et intra eundem marginem egreditur.

3. *Sessilis.* (fig. 7. e.) Sub signo *Antherae sessilis*, quae postico margini clinandrii, intra quod cernua pronave decumbit, per angustam baseos partem immediate affigitur, numerosa consociantur genera.

Antherae situs ratione stigmatis. Anthera *postica*; quae erectiuscula s. dorso stigmatis acclinata, pone hoc tota vel partim subsidet: *superposita*; prona in loculos intra clinandrium, gynizo superpositum, jacens.

Antherarum structura. Orchidearum omnium anthera bilocularis est. Loculi intus raro simplicissimi, plerumque in binos pluresve, solito tot, quot Massulae Pollinis, *locellos* divisi; *septulis* completis aut incompletis; unde ilii completi vel incompleti *bi - plurilocellati* dicuntur.

Pollen ratione texturae massarum massularumve praestabilem subministrat tripartitionem: Massae aut Massulae sunt:

1) *Sectiles*. Massae sectiles (fig. 2. a.) longitudinaliter divisae sunt in binas massulas (fig. 2. b.), primum interjecto septulo, e fundo loculorum antherae ad suturam dehiscibilem protenso, sejunctas; dein, obliterato illo, ad invicem accumbentes. Massulae ab extrorsa s. convexa facie multipliciter profundeque diffinduntur in particulas, numero indefinitas, arcte contiguas inaequales, varie angulatas: hae omnes imis suis basibus, ad rationalem massae axim s. introrsam massularum faciem tendentibus, leviter et unico strato connexae sunt, materie ibi laxius contexta tenerioreque, et ideo in fila elastica facilius protractili, rarius etiam evanida.

Massae sectiles dividuntur in *caudiculatas* et *muticas*. *Caudiculatae* deorsum desinunt in caudiculam filamentiformem, binis

massulis communem, eamque ab angusto singulorum antherae loculorum processu, tanquam a vagina, receptam. Inferior caudiculae pars perforata vaginae suae basi adfigitur corpusculo glandulari viscido, foraminulum extus veluti obturante. Hoc autem corpusculum, utpote quod massas, ubicunque sint, adglutinando detineat, haud incongrue *retinaculum* nuncupari potest.

Muticae contra dicuntur massae, quibus memorata caudicula et praesertim retinaculum desunt.

Interdum illae massae, in tenuissimum versus apicem filum gracilescentes, ibi gradatim decrescentibus et evanescentibus particulis seu massulis, fiunt solidae, et tunc vero illa apicilaris pars veluti caudiculae speciem inducit; sed defectu retinaculi istae a vere caudiculatis distinguuntur.

2. *Granulosae* (fig. 8. e. f. 10.), perinde ac sectiles, ex binis massulis subaequalibus aut saepius altera interiore minore componuntur; sed omnes has ecaudiculatas invenies. Intra antherae nondum dehiscentis loculos massulae, septulo completo demum retractili, ab invicem dirimuntur. Massae simul atque hiantibus loculis proscollam contingunt, illico isti, qua parte eum attigerunt, adglutinantur, plerumque ad apicem vel summam partem, rarius infra illam seu medium versus, rarissime adhuc in inferiori.

Contextae sunt ex innumeris granulis, sine ordine coacervatis et modo proxime adjunctis, modo passim aut ubique mediante materie veluti fibrillosa undique firmiterque cohaerentibus, quorum granulorum ea est minuties, ut sive tritu, sive spontanea dissipatione soluta, in pulverem sordide albidum et subfarinaceum fatiscant.

Perpauca tantum occurrunt genera, *rostello* et inde *proscolla* destituta; quorum pollen granulosum intra loculos, jam antequam isti dehiscant, imbuitur humore quodam, granula ab ipso emollita conglutinante. Hujus pollinis massulae, licet primum septulo completo distinctae, simulac loculi aperiuntur, coëunt in massam sive acervum rudem et veluti pulmentarem, parieti loculi sui adhaerentem et nonnisi detritu s. vetustate solvendam.

3. *Massae vel Massulae solidae.* (fig. 4.) Pollinis solidi massae intra singulos antherae loculos raro solidescunt indivisa simplicive mole: in binas plerumque discedunt massulas: nonnunquam etiam in quatuor partes dividuntur.

a) *Massae simplices*, sphaeroideam s. ovoideam induunt formam; modo undique laeves, modo foveola rimave antice exaratae: unica solito conjugantur caudicula, plerum-

que lamellari sublineari aut angustiori elongata, rarissime in speciem peculiaris fulcri abbreviata. Intra verticem antherae angustum primum tota latitat caudicula; dein, rupta illa vaginula, expeditum apicem suum ad proscollam extendit; cui mox adeoque tenaciter adglutinatur, ut nisi conjunctim cum ista avelli aut decidere nequeat.

b) *Massae bimassulatae.* Massulae binae (fig. 4.) intra singula antherae, adhuc inapertae, loculamenta sibi mutuo et proxime accumbunt: hae neutra extremitate in processum tenuem gracilescunt, sed potius ex utraque parte obtuso fine desinunt.

c) *Massae quadrimassulatae.* Quatuor cujusque loculi massulae vel a se invicem prorsus distinctae sunt et sponte separabiles, vel vario modo connexae, et tum vero vel ipso earum processu apicali, vel interjecto

quodam corpusculo ejusdem materiae seorsim affiguntur.

Staminodia. Hoc nomine nuncupantur qualescunque gynostemii summi appendices. (Conf. adjecta tabula Fig. 6. 7. 9.) In *Cypripedio* gynostemii pars staminea, tum lateribus tum dorso styli adnexa, constat e tribus filamentis connatis, sive *Synemate trifido* (fig. 6. a.); laciniis *lateralibus* (fig. 6. b. c.) *antheriferis*, intermedia (fig. 6. e.) sterili, quae in hoc itaque genere est *Staminodium*, i. e. stamen imperfectum.

In Orchideis et proxime affinibus istis generibus ad ima antherae latera duo prominent corpuscula (fig. 1. d. e.) veluti ruguloso-scabriuscula, quorum situs, ratione habita filamenti (fig. 1. a.) antheriferi, ipsa divisuris lateralibus (fig. 6. b. c.) *Synematis* (fig. 6. a.) Cypripedii aequiparandas esse, probat, et vel leviorem de eorum natura staminea rescindit dubitationem: haec ergo, perinde ac divisura in-

termedia (fig. 6. e.), sunt stamina, et ista quidem lateralia in hisce imperfecta, unde *Staminodiis* accensentur. Nec jam deficit ratio, cur eodem nomine etiam processus laterales summi gynostemii *Limodori* (fig. 9. e.), Liparis (fig. 7. g. u. et c.), appellentur.

In quibusdam *Staminodia*, alarum ad instar, margines gynostemii ex parte totosve percurrunt (fig. 7. g.)

Patet ex his, Orchideas, ad Monocotyledonearum plantarum regulam ternario floris numero instructas, abortu partium, vel alterius tantum seu intermediae diandras, vel duarum lateralium prodire monandras; a qua partium gravissimarum aberratione floris etiam insolitam et irregularem formam pendere, facile conjicias.

Fructus. De pericarpii fabrica atque dehiscentia, sat notis, nil dicimus.

Epispermum, s. tegumen seminis pro-

prium, ad exteriora contexitur ex opere celluloso tenuissime membranaceo pellucido, passim intus ruptis membranulis lacunoso aut veluti fibrilloso; cujus superficies ab extimis cellulis adaequatur. Intima vero illius pars densatur in membranam modo tenuiusculam, modo crassiuscule coriaceam testaceamve, Nucleo ipsa adhaerente foetam. *Semina* ipsa Orchidearum vitri lenticularis auxilio dividuntur:

α) *in reticularia*, subovali - lineari - oblonga, plus minus compressa, facile dignoscenda, superficie eleganter reticulata et nucleari parte subglobosa ovatave; et

β) *in fusiformia*, in teretem gracilis fusi formam effecta, nucleari parte conformi.

Embryo. Ex observationibus Cl. Richard conjicere licet, illum esse epispermicum et orthotropum, absque ullis cotyledonis distinctione gemmulaeque indicis.

Classis XIV.

DIDYNAMIA. *Stamina 4, quorum 2 longiora.*

TOMOGYNIA. (*Gymnospermia.*)

Germen quadrilobum. Stylus unicus intra germinis lobos enatus. Fructus gynobasicus tetraëremus, seu semina 4 nuda Linn.

---

369. AJÚGA. *Günsel.*

Calyx 5 fidus, subaequalis. Corolla tubulosa, labiata, labio superiore minimo erecto bidentato (staminibus breviore), inferiore patente 3 lobo obtuso, lobo medio maximo obcordato. Eremi (semina) 4, oblongiusculi, reticulati. (Mirbel, Ann. du Mus. XV. t. 15. f. 13.

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordr. *Nepeteen*, Spreng.)

a.) Floribus axillaribus spicatis. (Bugula.)

1569. *A. reptans:* stolonibus reptantibus. Decand. fl. fr. 2491. Willd. III. 1. p. 10. Pers. Smith. britt. p. 604. Hoffm. Roth, II. 2. 18. Gmel. bad. II. 573. Mössl. II. 809. à Boenningh. monast. p. 169. engl. Bot. 489. fl. dan. 925.

A. reptans, Linn. *Bugula reptans*, Scop.

In sylvis montanis. ♂. May — Aug. (Caulis erectus, foliosus, purpurascens, stolonibus flagelliformibus

foliosis. Folia opposita, obovata, obtusa, crenato-repanda, in petiolos latos decurrentia, fere glabra, lucida. Calyx pilosus. Corolla coerulea, fauce alba, labio inferiore 4 lobo. Variat flore albo vel roseo.)

1570. *A. alpina:* foliis glabriusculis inaequaliter dentatis subuniformibus, verticillis remotiusculis multifloris. Smith. britt. 608. fl. fr. 2492. Willd. III. 1. 9. Pers. Mössl. II. 809. engl. Bot. 477. Sternb. et Hoppe, Denkschr. d. Regensb. bot. Ges. 1818. p. 118.

A. alpina, Linn.

In sylvis montosis. (Austr. Tübing.) ♃. Jul. (Caules plures stolonibus destituti, simplices. Folia inaequaliter dentata, pilosiuscula, floralia incisa, superiora integra colorata. Verticilli multiflori. Calyx dentibus praecipue villosus. Flores coerulei, lineis saturatioribus, labio inferiore 3 fido.)

1571. *A. pyramidalis:* spica tetragono-pyramidali villosa, foliis radicalibus maximis, labio corollae inferiore majore 3 lobo, intermedio emarginato. Decand. fl. fr. 2493. Smith. britt. III. p. 1399. Willd. III. 1. p. 8. engl. Bot. 1270. fl. dan. t. 185. Sternb. et Hoppe, Denkschr. d. Regensb. bot. Ges. 1818. p. 119.

A. pyramidalis, Linn.

In sylvaticis, rarior (Suev. Francon. Wetterav. Hass. Saxon.) ♂. Mai—Aug. (Differt a sequente caule semper solitario, foliis radicalibus caulinis majoribus, bracteis subintegris plerumque coloratis.)

1572. *A. genevensis:* villosa, foliis radicalibus caulinis sublobatis minoribus, lobo intermedio labii corollae inferioris breviore. Decand. fl. fr. 2494. Willd. III. 1. p. 9. Sternb. et Hoppe, l. c. p. 120. Roth, II. 2. 18. Gmel. bad. II. 572. Mössl. II. 809. Schkt. 155.

A. genevensis, Linn. *Bugula genevensis,* Scop.

In pratis siccis. (Suev. Wetterav. M. D. Rhen. inf.

et Bad. Francof. Halae.) ♃. May—Jul. (Folia obovata, dentata, villosa, superiora seu floralia 3 loba, lobo medio reliquis longiore, subtus nervosa. Corollae coeruleae, quandoque violaceae, rubentes aut albae.)

b.) Floribus axillaribus solitariis. (Chamaepitys.)

1573. *A. Chamaepitys*: foliis 3 fidis, floribus axillaribus solitariis folio brevioribus, caule diffuso. Decand. fl. fr. 2495. Willd. III. 1. p. 10. Pers. Smith. fl. britt. p. 605. Roth. II. 2. 19. Mössl. II. 810. a Boenningh. monast. p. 169. engl. Bot. 77.

A. Chamaepitys, Smith. *Teucrium Chamaepitys*, Gmel. bad. Fl. 575. fl. dan. 733. *Bugula Chamaepitys*, Scop.

In agris lapidosis calcareis. ☉. May—Jul. (Herba pilosa, viscida, aromatica. Caulis foliosus, rubicundus. Folia ad medium usque 3 fida, linearia, integerrima, subrevoluta, infima indivisa. Corolla flava rubropunctata, labio inferiore 3 fido, lobo centrali maximo obcordato.)

370. TEÚCRIUM. *Gamander.*

Calyx tubulosus, 5 fidus subaequalis. Corolla tubo brevi, labiata, labio superiore nullo, inferiore 3 lobo, lobo medio majore. Stamina intra fissuram labii superioris exserta. Eremi laeves. (Mirbel, l. c. t. 15. f. 15-18.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1574. *T. Botrys*: foliis multifidis, verticillis dimidiatis. Decand. fl. fr. 2498. Willd. III. 1. p. 14. Pers. Roth. II. 2. 14. Gmel. bad. II. 576. Mössl. II. 811. — *T. Botrys*, Linn.

In apricis cultis. ☉. Jul.—Aug. (Folia opposita, multifida, laciniis 5-3-2 fidis, integris, obtusis. Ver-

ticilli 5-6-9 flori. Corolla rubella, medio pallida, punctis saturatioribus adspersa. Variat corollis albidis.)

1575. *T. Scorodonia:* foliis petiolatis cordatis oblongis subpubescentibus dentatis, racemis exillaribus secundis, caule erecto. Decand. fl. fr. 2501. Willd. III. 1. p. 24. Pers. Smith. flor. britt. p. 606. Roth. II. 2. 14. Gmel. bad. II. 577. Mössl. II. 811. fl. dan. 485. Schk. t. 185. — *T. Scorodonia,* Linn.

In sylvis arenosis montosis. ♃. Jul.—Aug. (Folia opposita, rugosa, serrata, pilosa, floralia integerrima. Racemi laxi, basi, nudi. Pedunculi breves, simplices. Calyces glabri. Corollae ochroleucae tubo longo. Stamina deflorata reflexa, purpurascentia.).

1576. *T. Scordium:* foliis oblongis sessilibus dentatis nudiusculis, floribus axillaribus pedunculatis geminis, caule diffuso pubescente. Decand. fl. fr. 2503. Willd. III. 1. p. 27. Pers. Smith. flor. britt. p. 606. Roth. II. 2. 15. Gmel. bad. II. 579. Mössl. II. 811. fl. dan. 593. Schk. t. 155. engl. Bot. 828. *off. Pfl. Lief. VII. t. 21.* — *T. Scordium,* Linn.

In paludosis, ad fossas. (Austr. Suev. Francon. Wetterav. Hass. Palat. Francof. ad M. Hanov. Götting. Halae. Berol.) ♃. Jul. — Sept. (Caulis basi repens, stolonifer, tunc erectus, ramosus. Folia opposita, sessilia, villosa, oblonga, obtusa, allium redolentia. Flores saepius 4, breviter pedunculati. Calyx villosus. Corolla purpurascens.)

1577. *T. Chamaedrys:* foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus subprocumbentibus villosis. Decand. fl. fr. 2504. Willd. III. i. p. 28. Pers. Smith. flor. britt. p. 609. Roth. II. 2. 15. Gmel. bad. II. 580. Mössl. II. 812. engl. Bot. 680. Schk. l. c. off. Pfl. Lief. VIII. t. 22.

T. Chamaedrys, Linn.

In apricis calcareis, sylvaticis. (Austr. Bavariae, Suev. Francon. Palat. Hass. Saxon. Halae.) ♃. Jun.

—Aug. (Fruticulus humilis. Folia oblonga, in petiolum desinentia, pilosa, floralia fere sessilia, infra medium integerrima. Calyx pilosus. Corollae purpurascentes.)

1578. *T. lucidum:* foliis ovatis inciso-serratis glabris, verticillis dimidiatis, caulibus erectis laevibus. Decand. fl. fr. 2505. Willd. III. 1. p. 29. Pers. Roth. II. 2. 16. Schreb. Mössl. II. 812.

T. lucidum, Linn.

Prope Weilburg raram hunc Germaniae plantam observavit cl. Dillenius. ♃. Jun. (Differt. ab antecedente; radice stolonifera, caule majore erecto glabro, foliis glabris nitidis incisis et serratis, floralibus superioribus 3 dentatis vel integris obovatis, calyce glabro, ore purpurascente.)

1579. *T. montanum:* procumbens, corymbis terminalibus, calycis dentibus acutis muticis, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosis. Decand. fl. fr. 2509. Willd. III. 1. p. 31. Pers. Roth. II. 2. 16. Gmel. bad. II. 582. Mössl. II. 812.

T. supinum, Linn. Willd. III. 1. p. 32. Pers. Gmel. bad. II. 583. Jacq. a. t. 417.

In saxosis rupestribus siccis. (Austr. Bavar. Saxon. Suev. Francon. Hass. Halae. Bohem. Siles.) ♄. Jun. —Aug. (Caules ramosissimi, obsolete 4 goni, lignosi, juniores ex albo-tomentosi. Folia lanceolata, utrinque attenuata, breviter petiolata, integerrima, margine revoluta. Corymbus terminalis subrotundus. Bracteae foliis similes vel paulo angustiores. Flores albidi pedunculati.)

371. NÉPETA. *Katzen-Münze.*

Calyx cylindricus, 5 dentatus, dentibus superioribus nudis, fauce nuda. Corollae tubus longus, fauce patente. Limbus 2 labiatus, labio superiore emargi-

nato, inferiori 3 lobo, lobis lateralibus brevissimis reflexis, medio majore crenato-concavo. Stamina approximata. (Mirbel, l. c. t. 16. f. 10—13.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1580. *N. Cataria:* floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-serratis. Decand. fl. fr. 2521. Willd. III. 1. p. 49. Pers. Smith. flor. britt. p. 608. Roth. II. 2. 32. Gmel. bad. II. 588. Mössl. II. 817. engl. bot. 137. fl. dan. 580. Schk. 157. — *N. Cataria*, Linn.

In lapidosis, campis. ♃. Jun.—Aug. (Folia rugosa. Bracteae setaceae, calyce breviores. Corolla alba, labio rubicundo punctato.)

1581. *N. pannonica:* cymis paniculatis nudiusculis, foliis cordato-oblongis crenatis petiolatis nudis. Willd. III. 1. p. 51. Pers. Mössl. II. 817.

N. pānnonica, Linn.

In Austria. (Islebiae.) ♃. Jul. (Folia obtusa, scabriuscula, venosa. Bracteae lineares, ciliatae. Calyx villosus. Corolla alba margine coerulea.)

1582. *N. nuda:* florum racemis verticillatis nudis, foliis cordato-oblongis sessilibus serratis. Decand. fl. fr. 2524. Willd. III. 1. p. 53. Pers. Hoffm. Mössl. II. 818.

N. pannonica, Jacq. a. t. 24.

Ad sepes, vias, in sylvis (Austr.) ♃. Jun. — Aug. (Folia obtusa, nervosa, glabra, rugosa, scabra. Corolla albido-rubella, fauce rubra, punctata.)

372. SATURÉJA. *Bohnenkraut.*

Calyx 5 dentatus, subaequalis, erectus. Corolla tubulosa, limbo 5 lobo subaequali, lobis obtusis emarginatis, saepe crenulatis. Filamenta distantia. Eremi 4. (Mirbel, l. c. t. 16. f. 1—4.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1583. *S. hortensis:* pedunculis axillaribus bifloris, foliis lanceolatis integerrimis, caule brachiato. Decand. fl. fr. 2514. Willd. III. 1. p. 45. Pers. Gmel. bad. II. 585. Mössl. II. 815. Schk. t. 156. Sturm. I. 5.

In Gallia, Hispania, Italia. Nunc in Germania australiori, in vineis passim frequens. ☉. Jul. — Sept. (Corollae parvae, pallidae, coeruleae, quandoque albidae. Folia per lentem observata, setis pulcherrime articulatis curvatis et subtus praecipue punctis excavatis, medio splendentibus, instructa sunt.)

373. HÝSSOPUS. *Isop.*

Calyx substriatus, 5 dentatus, fauce nuda. Corolla tubulosa, longitudine calycis. Labium superius breve, emarginatum inferius, 3 lobum, lobo intermedio majore obcordato crenulato. Stamina distantia. Anthorarum locellis discretis. Eremi 4, subovato - trigoni. (Mirbel, l. c. t. 16. f. 7—9.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1584. *H. officinalis:* floribus verticillatis racemosis secundis, lacinia corollae intermedia biloba integerrima, foliis lanceolatis. Decand. fl. fr. 2520. Willd. III. 1. p. 47. Pers. Roth. II. 2. 4. Gmel. bad. II. 586. Mössl. II. 815. Jacq. a. t. 245. Schk. t. 156. Sturm. 1. 3. off. Pfl. Lief. VIII. t. 5.

H. officinalis, Linn.

In subalpinis. (Austr. nunc quasi spontaneus etiam in vineis ac hortis.) ♄. Jun. — Sept. (Folia opposita, lineari - lanceolata, obtusa, integerrima, utrinque punctata, subtus scabriuscula. Corollae coeruleae, violaceae, rubrae et albae.)

374. SIDERÍTIS. *Gliedkraut.*

Calyx 5 dentatus. Corolla calyci aequalis, aut saepius longior, 2 labiata, labio superiori integro vel emarginato, inferiori 3 lobo, lobo intermedio crenulato. Stamina non exserta. Stigma alterum longius, altero breviore involutum. (Mirbel, l. c. t. 17. f. 7—12.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

α.) Ebracteatae.

1585. *S. montana:* herbacea, prostrata, calycibus corolla majoribus spinosis, labio superiore 3 dentato. Decand. fl. fr. 2529. Willd. III. 1. p. 64. Pers. Roth. II. 2. 12. Hoffm. Mössl. II. 821. Jacq. a. t. 434. Sturm, 1. 4. — *S. montana*, Linn.

In asperis. (Austr. Salisb. Bavar. Halae prope Hornburg. Siles.) ⊙. Jun. (Folia opposita, utrinque pilosa, nervosa, apice mucrone spinescente terminata, integerrima. Calyx villosus, dentibus aristatis spinescentibus. Corollae minimae, fauce sulphureae, margine purpureo-nigrae, calycem non excedentes.)

β.) Bracteatae.

1586. *S. hyssopifolia:* foliis lanceolatis integerrimis subglabris, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus aequalibus, verticillis approximatis. Decand. fl. fr. 2532. Willd. III. 1. p. 69. Pers. Roth. II. 2. 13. Mössl. II. 822. — S. *hyssopifolia*, Linn.

Erfordiae. ♃. Jun. — Sept. (Caules erecti. Folia 3 nervia, inferiora obtusa, non raro versus apicem dentibus raris exiguis praedita, superiora acumine brevi terminata. Flores ochroleuci.

1587. *S. scordioides:* foliis lanceolatis subdentatis subvillosis, bracteis ovatis dentato-spinosis, calycibus aequalibus, verticillis inferioribus remotis. Decand. fl. fr. 2533. Willd. III. 1. p. 69. Pers. Gmel. bad. II. 591. Mössl. II. 822.

S. scordioides, Mill. *S. hirta*, Roth, cat. I. p. 67.

In M. Duc. badens. sup. t. C. Bauhino. ♃. Jul. — Sept. (Caules basi decumbente villosi, ramosi. Folia inferiora a medio usque ad apicem remote serrata, superiora mucrone terminata, integriuscula, omnia villosa. Bracteae margine serrato-ciliatae. Corollae lutescentes.)

375. MÉNTHA. *Münze.*

Calyx 5 dentatus, dentibus simplicibus. Corolla subaequalis, 4 fida, lacinia superiore emarginata. Stamina erecta, distantia. Stylus exsertus. (Mirbel, l. c. t. 16. f. 14 — 17.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

A. Spicatae.

1588. *M. sylvestris:* foliis ovato-oblongis subsessilibus inaequaliter serratis, supra cano-pubescentibus, subtus albo-tomentosis, spicis oblongo-cylindraceis, dentibus calycis aequalibus subulatis, staminibus corolla longioribus. C. G. Nees ab Esenb. mscpt. Schreber in Schweigg. et Körte fl. erlang. p. 5. Decand. fl. fr. 2534. Willd. III. 1. 74. Smith. britt. 609. Roth. II. 2. 5. Gmel. bad. II. 592. engl. Bot. 686. Sole monogr. t. 1. — *M. sylvestris:* Linn.

β. foliis subtus magis canis, quam albo tomentosis.

In ruderatis humidis. ♃. Jun. — Sept. (Folia villosiuscula plus minusve rugosa. Bracteae villoso-tomentosae. Corollae calyce parum longiores ex albido rubellae vel purpureae, quandoque albicantes. Stamina corollis duplo longiora.)

1589. *M. villosa:* foliis oblongis inaequaliter serratis basi angustioribus integerrimis inaequalibus subpetiolatis, supra pubescentibus subtus cano-villo-

sis, spicis densis cylindraceis, dentibus calycinis inaequalibus lanceolato-subulatis, staminibus corollam subaequantibus. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. villosa*, Hoffm. II. p. 4. Sole. t. 2.

In uliginosis. ♃. Aug. (A sequente, quam in nonnullis refert, floribus maxime diversa jam primo intuitu. A. *M. sylvestri* recedit: colore incano nec albo paginae inferioris foliorum, petiolo saltem in inferioribus distinctissimo, horum basi late integra angustiori inaequali, corollis majoribus totis pallide purpureis nec basi albidis, denique dentibus calycinis inaequalibus, duobus superioribus longioribus, omnibus e basi ovato-lanceolata subulato-acuminatis trinerviis, nec angustis subulatis aequalibus, neque adeo longis villis sed mollioribus ciliatis, magis quoque viridibus, cum in *M. sylvestri*, purpurascent. — Caulis ruber, 4 angulus, villosulus, altus. Foliorum serraturae inaequales, simplices, remotiusculae, argutae, rectiusculae. Spicae densissimae, obtusae, speciosae. Bracteae lineari-lanceolatae, vel lineares, villosae. Calyces subcampanulati, longe pedicellati, pedicello tenui subvilloso, pubescentia brevi recurva alba. Corolla obtusa. Stamina purpurea, limbo parum altiora, stylo breviora. Antherae saturate purpureae.)

1590. *M. canescens:* foliis oblongis basi angustioribus subcordatis inaequaliter serratis supra canopubescentibus subtus albo-tomentosis, caulis angulis lanuginosis, spicis oblongo-subcylindricis, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. canescens*, Roth, neue Beitr. p. 210. catal. bot. II. p. 47. Pers. II. 118. — *M. Halleri*, Gmel. bad. II. 594. — *M. nemorosa*, fl. Würceb. P. II. p. 20.

Ad fossas aquaticas. ♃. Jul. — Aug. (Differt a praecedente: foliis multo longioribus basin versus angustioribus mollioribus, caule 4 gono angulis solis alba lanugine tectis, interstitiis parum pubescentibus, spicis densioribus candicantibus, corollis vix calyce majoribus, staminibus inclusis.)

1591. *M. gratissima:* foliis cordato-oblongis subpetiolatis acuminatis aequaliter argute serratis, supra pubescentibus subtus cano-subtomentosis, caule pubescente, spicis cylindraceis, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt. Schweigger et Körte, Fl. Erl. p. 5.

β. foliis angustis lanceolatis basi vix cordatis, superioribus longius petiolatis, supra laete virescentibus, subtus canis.

Ad fossas. (Francon. Erl. Würceb.) ♃. Jul. — Aug.

1592. *M. undulata:* foliis cordatis subsessilibus supra cano-pubescentibus subtus albido-villosis inaequaliter serratis, serraturis cuspidatis patentibus, supremis subrotundo-longe-cuspidatis subundulatis, caule erecto ramoso, spicis cylindricis basi interruptis, staminibus exsertis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. undulata*, Willd. enum. — *M. gratissima*, Roth. Fl. Germ. II. p. 6. et Heller Fl Würceb. p. 4.

Ad fossas (Francon. Saxon. Würceb.) ♃. (Stolones fere glabri, foliis quam in caule latioribus, subtus ad nervos tantum pubescentibus. Spicae plerumque ternae, quam in praecedente longiores, pedicellis calycibusque minus villosis.)

1593. *M. nemorosa:* foliis cordato-ovatis, sessilibus aequaliter serratis serraturis conniventibus, supra subtusque pubescentibus, hinc pube densiore canis, caule erecto stricto subsimplici villoso, spicis densis acuminatis, staminibus exsertis. Nees ab Esenb. mscpt. *M. nemorosa,* Willd. III. 75. — *M. sylvestris, β.* Smith. fl. dan. 484. Sysimbrica Mentha agrestis, Lobel, observat. p. 272. ic. pulcherrima, fl. erbacensis.

In Marchia Electorali. ♃. Jun. — Aug.

1594. *M. dumetorum:* foliis cordato-ovatis petiolatis dense subinaequaliter argute serratis, supra subtusque pubescentibus hinc incanis, staminibus in-

clusis. — *M. dumetorum*, Schult. observ. botan. p. 108.

Ad ripas Moeni prope Marktbreit, (Francon.) ♃. Aug. (Caulis parum ramosus, ruber, albido-subvillosus. Calyces et pedicelli villosi, villis albis in pedicellis retro, in calyce sursum spectantibus. Corollae satis magnae. Ad *M. palustrem Sole* propius accedere videtur.)

1595. *M. rotundifolia*: spicis subhirsutis interruptis, foliis ellipticis obtusis rugosis crenatis subtus villosis, bracteis lanceolatis. Smith. britt. p. 611. Decand. fl. fr. 2535. Willd. III. 77. Roth. II. 2. 6. Gmel. bad. II. 596. engl. Bot. 446.

β. foliis minoribus rugosioribus.

γ. foliis majoribus minus rugosis albo-variegatis. In hortis.

In ruderatis humidis et paludosis, praecipue per omnem tractum Rheni fluminis. ♃. Jul.—Aug. (Caules pilosi seu villosi, pilis subdeflexis. Folia sessilia, elliptico-subrotunda, acute crenata, rugosa, supra subpilosa, subtus villosa. Spicae graciles. Flores albi. Bracteae floribus 2plo longiores. Pili pedicellorum deflexi. Calyx parvus, campanulatus, undique hirtus, dentibus lanceolatis longitudine tubi.)

1596. *M. crispata*: floribus verticillato-spicatis interruptis, foliis ovato-oblongis subsessilibus cuspidato-serratis undulatis glabris, dentibus calycinis hirsutis. — *M. crispata*, Schrad. hort. Götting. Willd. enum. h. berol. p. 608. à Boenningh. monast. p. 172. off. Pfl. Lief. 12.

Ad rivos. (Coesfeld, Dulmen, Westphal. Erbach.) ♃. Jul.—Aug. (Differt. a *M. crispa*, floribus in spicas graciles congestis, nec capitatis. Folia acute dentata glabriuscula, minus crispa.)

1597. *M. odorata*: spicis capitatis obtusissimis, foliis petiolatis cordatis utrinque nudis, calyce pedi-

cellisque undique glaberrimis. Smith. britt. 615. engl. Bot. 1025. Sole t. 9. — *M. odorata*, Sole. *M. citrata*, Willd. III. 79. Pers. II. 119.

In Franconia ad Moen. ♃. Jun. — Aug. (Herba glaberrima odore grato Citri. Caules erecti, ramosissimi, patuli. Folia petiolata, late cordata, obtusiuscula, serrata. Calyx gracilis, sulcatus, glanduloso-punctatus, atropurpureus, tubo dentibusque omnino glaberrimis.)

1598. *M. Pimentum:* foliis ovatis petiolatis remote serratis glabris, margine et caulis angulis scabris, spicis capitatis ovatis, calycibus antrorsum, pedicellis retrorsum pubescentibus, staminibus exsertis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. piperita*, Linn. sp. pl. 805. Mat. med. 148. — *M. hirsuta*, var. γ. Smith. britt. II. p. 617.

β. staminibus inclusis.

In aquosis (Franc. Erl. Kitz.) ♃. Jun. — Aug.

B. Capitatae et verticillato-capitatae.

(sc. verticillis superioribus magis approximatis, foliis bractealibus verticillo suo vix longioribus vel brevioribus.)

1599. *M. hirsuta:* floribus capitatis, foliis ovatis subsessilibus, pedicellis calycibusque hirsutis, staminibus exsertis. Schreber, l. c. p. 5. Decand. fl. fr. 2538. Willd. III. 78. Roth. II. 2. 7. Hoffm. II. 5. Gmel. bad. II. 600. engl. bot. 447. — *M. hirsuta*, Linn.

In inundatis limosis. ♃. Juli — Aug. (Differt. à sequente: caulibus debilioribus hirsutis incanis, foliis hirsutis subtus villosis incanis brevioribus, omnibus quidem petiolatis sed petiolis brevissimo, maxime pilosis.)

1600. *M. aquatica:* foliis ovatis serratis petiolatis glabriusculis vel sparsim pilosis, pedicellis re-

trorsum hirsutis, calycibus striatis subpubescentibus, staminibus exsertis. Schreb. l. c. p. 3. Willd. III. 1. 75. Pers. II. 119. Roth. II. 2. 7. Gmel. bad. II. 598.

a.) foliis glabris.

α. foliis subcordatis, caule simplici et polycephalo.

† foliis ovato-subcordatis glabris obscure viridibus, caule ramosissimo, floribus, verticillato-capitatis, capitulo verticilloque subjecto solitariis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. hirsuta, δ. palustris,* Smith. britt. 617. sole 13. t. 6. Lobel. advers. p. 272. f. 2.

†† foliis fusco-purpureis.

β. foliis ovatis vel ovato-oblongis.

b. caule foliisque magis hirsutis.

α. foliis subcordatis.

† polycephala.

β. foliis ovatis.

In aquosis ad ripas fossarum et piscinarum. ♃. Jul. — Sept. (Differt à praecedente caule duplo altiore, firmo saepe ramoso, foliis minus hirsutis, viridibus, ad venas magis vel minus pilosis longius petiolatis, petiolo a tertia folii parte ad totius fere laminae longitudinem protenso, floribus majoribus saturatius purpureis. Vulgatissima haec est species.)

1601. *M. riparia:* foliis ovato-oblongis serratis petiolatis glabriusculis, pedicellis retrorsum hispidis, calycibus striatis pubescentibus, staminibus inclusis. Schreb. l. c. p. 6.

β. foliis ovato-oblongis.

γ. foliis subcordatis.

In inundatis. (Erlang. Sickershausen) ♃. Jul. — Aug. (Caulis erectus, pilosus, superne ramosus. Folia oblonga, basin versus paullulum latiora, glabra sed

margine et venis subtus pilis raris conspersa, obtusa, dentato-serrata, dentibus obtusis parum exstantibus, summa acutiuscula. Flores *M. aquaticae*, sed minores in capitula minora collecta, accedente plerumque verticillo inferiori, et stamina limbo corollae breviora.)

1602. *M. pilosa:* foliis cordato-ovatis petiolatis serratis utrinque caule pedicellis calycibusque pilosis, dentibus ciliatis subulatis, staminibus corolla brevioribus. Sprengel. Wallr. ann. bot. 75.

In sylvaticis udis et ad fossas nemusculi Sebensis. (Halae.) ♃. Jul. (Planta pilosa, pilis patentissimis. Caulis flexuosus, erectus, subramosus, inferne aphyllus, pilosissimus fere lanatus. Folia cordato-ovata, serrata, basi integerrima, petiolis longiora, utrinque pilosa, nervosa. Calyx pilosus, striatus, dentatus, dentibus subulatis, in pilum album terminantibus. Corolla dilute-rubra, extus pilosa, laciniis obtusis, superiore 2 fida. Stamina inclusa.)

C. Verticillatae.

(sc. foliis bractealibus cunctis verticillum suum excedentibus.)

α. calycibus cylindricis vel obconico-cylindricis.

1603. *M. paludosa:* foliis ovato-ellipticis basi rotundatis inaequaliter serratis utrinque pilosis, superioribus sensim decrescentibus, verticillis brevi pedicellatis calycibusque hirsutis, terminali subcapitato bracteis breviore, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt.

β. verticillis in apice caulis paucioribus. Ad Menthas verticillato-capitatas quasi transiens.

In aquosis. Würceb. Sickershausen (Francon) ♃. Jul. — Aug.

1604. *M. austriaca:* foliis subovatis basi cuneatis in petiolum attenuatis villosis, verticillo ter-

minali subcapitato bracteis breviore, corollae laciniis omnibus obtusis, staminibus inclusis. Willd. III. 81. Pers. II. 120. Host. synops. 324. Jacq. austr. V. t. 430?

β. foliis summis latioribus.

In inundatis (passim.) ♃. Jul. — Sept. — (Caulis erectus ramosissimus.)

1605. *M. glabra:* caule ramosissimo glabro angulis scabris, foliis ovato-orbiculatis obtusis glabris remote-adpresso-serratis, serraturis aequalibus, verticillis subsessilibus parvis, pedicellis retrorsum calycibusque obconicis hirsutis, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. hirsuta*, Smith.

Ad ripas Moeni, prope Markbreit (Francon.) ♃. Jul. (Caulis ramosus vel simplex, firmus, ad angulos retrorsum subhirsutus. Folia omnia orbiculato-ovata, obtusa, crenato-serrata, supra glabra, subtus ad nervos scabra, caulina inferiora breviora et subcrenata, flagellorum omnino orbiculata, sessilia, obiter crenulata, glabra. Corolla extus hirsuta, laciniis omnibus obtusis.)

1606. *M. sativa:* foliis ovatis acutiusculis serratis, serraturis distinctioribus, supra glabris subtus pubescentibus, caule erecto flexuoso, pedunculis retrorsum hispidis, calycibus obconicis, staminibus corollam aequantibus supra hirsutis. Willd. III. p. 79. Decand. fl. fr. 2539. Pers. II. 119. Gmel. bad. II. 601. fl. dan. 794. — *M. verticillata*, Fl. Erl. II. 7. *M. hirsuta*, V. ζ. Smith. britt. 2. 617.

Ad ripas et in stagnis. (Austr. Salisb. Bavariae, Suev. Francon. Saxon. Halae.) ♃. Jul. — Sept. (Caules atque folia utrinque pilosa. Calyces subcylindrici. Flores quam in praecedente minores. Stamina non multum exserta.)

1607. *M. agrestis:* caule ramosissimo, floribus verticillatis, foliis ovatis basi acutis serratis, calycibus

cylindrico-obconicis, staminibus variis. — *M. arvensis*, Schreb. l. c. p. 7.

α. foliis omnibus basi rotundatis, cuneatim in petiolum desinentibus, verticillis remotis, pedicellis in medio glaberrimis. Nees ab Esenb. mscpt.

† staminibus inclusis.

†† staminibus exsertis.

β. foliis inferioribus basi attenuatis, pedicellis hirsutis.

† foliis latioribus,

†† foliis angustioribus,

1.) glabriuscula.

2.) magis hirsuta. — *M. agrestis*, Hoffm. II. 5.

In arvis, udis et hortis in cultis. ♃. Jul.

1608. *M. dentata:* foliis sessilibus ovatis acutis dentatis undulatis, calycibus subcylindricis resinoso punctatis patenti pubescentibus, pedunculis retrorsum hispidis, staminibus corolla brevioribus. Willd. III. 80. — *M. sativa*, Roth. II. 2. 8.

In pratis humidis. (Austr. Salisb. Bavar. Suev. Francon. Saxon. Halae.) ♃. Jul. — Sept. (Folia late ovata, subcordata, acuta, duplicato-serrata, serraturis acutis. Internodia caulis villosa, ejus anguli et foliorum costae subtus praecipue pubescentes. Corolla ampla, obtusa, violacea. Stamina inclusa.)

1609. *M. acutifolia:* foliis ovali-lanceolatis acutis basi longe cuneatis, medio remote serratis, bracteis ovato-lanceolatis, calyce subcylindrico undique hirsuto, pilis pedicellorum patentibus, staminibus inclusis. Smith. britt. 619. Pers. II. 119.

β. verticillis pedunculatis, foliis minus profunde serratis, caule magis flaccido.

Ad rivulorum margines rarius. (Vogelsberg in Francon.) ♃. Jul. (Caulis satis altus, ramosus, viri-

dis sparsim pilosus. Folia pallide viridia, basi longe cuneatim attenuata ibidemque et apice integerrima, utrinque pilosa. Verticilli remoti. Flores parvi, pallide lilacini Odor debilis, gratus.)

1610. *M. verticillata:* foliis ovato-lanceolatis utrinque attenuatis denso inaequaliter serratis, superioribus latioribus, verticillis pedicellatis, calycibus pedicellisque hirsutis, staminibus exsertis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. verticillata*, Roth. II. 2. p. 11. (nec Schw. et K. in Fl. Erl.)

α. caule rubro, serraturis foliorum latioribus minus acutis;

β. caule viridi, serraturis foliorum argutis densioribus.

In humidis, ad fossas. ♃. Jun.—Jul. (Folia breviter petiolata, ovato-acuminata, pilis rarioribus adspersa. Calyces tubulosi, pilosi, superne purpurascentes. Corolla hirsuta, purpureo-violacea, magnitudine florum *M. aquaticae.*)

1611. *M. Rothii:* caule subsimplici 4 gono erecto, foliis ovatis acuminatis basi cuneatis remote grosse serratis, serraturis aequalibus, nervis prominentibus etcaulis angulis pilosis, verticillis densis subsessilibus, calycibus basi praecipue hirsutis, pedicellis glabris, corolla obtusiuscula, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt. — *M. gentilis*, Roth. II. 2. 8.

In aquosis (Saxon. Erlang. . . . .) ♃. Jul.—Aug. (Folia serraturis inferiorum quaternis. superiorum ternis grossis aequalibus aequali spatio remotis acutiusculis distincta, margine costisque subtus praecipue prominentibus, piloso-ciliata, viridia. Verticilli densi longitudine petiolorum. Calyces tubuloso-cylindrici sulcati, glandulis adspersi, basi et dentibus, qui atro-purpurei, villosi, in medio pilis parvis adspersi, notati, pedicelli vix pilo uno alterove, purpurei. Corolla satis ampla, purpurea, lacinia infima angusta, supra emarginata. Stylus promineus. Hujus loci

videtur *M. palustris*, fl. Würceb. II. p. 17. excl. syn. fl. Erlang.)

b. calycibus subcampanulatis, ore amplo.

1612. *M. rubra:* caule erecto flexuoso, foliis ovatis, pedicellis calycibusque glaberrimis, dentibus hirsutis. Smith. britt. 620. Hoffm. II. 5.

β. foliis inciso-serratis, summis crispis. — *M. rubra var.* Smith. *M. crispa*, auctorum quorundam.

In aquosis, ad fluviorum margines. ♃. Jul.—Aug. (Herba glabriuscula. Folia petiolata, late ovata, inciso-serrata, saturate viridia, lucida, subtus pallidiora, venis subhirsutis, superiora minora, breviora et subrotunda, interdum crispa. Bracteae lineari-lanceolatae, apice subciliatae, interiores setaceae. Pedicelli purpurei, lucidi, glaberrimi. Calyx resinoso-punctatus, glaberrimus, dentibus ciliatis, quandoque dorso hirsutus. Corolla majuscula, purpurea, glabra, resinoso-punctata.)

1613. *M. arvensis:* caule ramosissimo diffuso, foliis ovatis obtuse serratis pilosis, calycibus campanulatis undique hirsutis, pilis horizontalibus, staminibus exsertis. Smith. britt. p. 623.

β. folis subrotundis, saturate viridibus, caule subsimplici.

γ. caule minus ramoso, foliis inferioribus ellipticis, superioribus ovatis omnibus dense serratis, serraturis obtusis, pedicellis glaberrimis, calycibus pilis raris adspersis, staminibus exsertis. (Francon.)

In campis, arvis inundatis praecipue arenosis. ♃. Jul.—Aug. (Herba magis vel minus pilosa, pallida. Folia ovata seu elliptico-ovata. Bracteae lanceolatae, subtus hirsutae. Pedicelli purpurascentes, saepe glaberrimi, interdum plus minus hirsuti, pilis sparsis subreflexis. Calyx obsoletius sulcatus, resinoso-puncta-

tus, undique pilosus, pilis horizontaliter patentibus. Corolla purpureo-coerulescens, extus pilosa.)

1614. *M. Nummularia*: foliis infimis subrotundis subintegerrimis minoribus, superioribus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, staminibus exsertis. Schreb. l. c. p. 7. — *M. badensis*, Gmel. bad. II. 604 (?) *M. verticillata*, Hoffm. II. 6. *M. arvensis* β. Smith, britt. 623.

β. pedicellis subhirsutis.
γ. foliis basi longe cuneatis.

In udis. (Erlang. Francon. Sickershausen. M. Ducat. bad. Dachsland?) ♃. Jul.—Aug. (Folia ima subrotunda seu subrotundo-ovata, subintegerrima, caulina media multo majora ovato-lanceolata, basi integerrima, a medio ad apicem dentibus aequalibus obtusis parum profunde serrata, summa denuo minora, omnia villis raris conspersa, praesertim margine et venis subtus subvillosa. Petioli paullo magis villosi. Pedicelli laeviusculi. Bracteae lanceolatae, acuminatae, villosae. Calyx pilis raris patentibus hirsutus, praesertim basi. Stamina corolla duplo longiora.)

1615. *M. gentilis*: foliis ovatis acutis subhirsutis incumbenti-serratis, calycibus basi pedicellisque glabris, staminibus inclusis. Smith, britt. 621. Schreb. l. c. p. 6. Wallr. sched. crit. I. p. 509. Gmel. bad. II. 602.

In aquosis. (Suev. Francon. Holsat. Francof. ad M. Halae. (In aggeribus limosis lacuum salsum cingentibus) ♃. Jul. — Aug. (Caulis erectus. Folia ovata, obtusiuscula, serrata, laete viridia, utrinque subhirsuta pilis sparsis brevibus, venis subtus albidis. Pedicelli purpurei, saepius glaberrimi, interdum sed rarissime parum hirsuti pilis deflexis. Calyx superne hirsutus pilis adscendentibus, basi glaber, undique resinoso-punctatus. Corolla pallide purpurascens.)

1616. *M. intermedia*: foliis ovato-lanceolatis basin versus valde angustatis, in medio serratis,

pilis adspersis, verticillis aequo spatio remotis densis subsessilibus, calycibus undique villosis, pedicellis glabriusculis purpureis, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt.

In udis. (Francon. . . . . . .) ♃. Jul. — Aug. (Caulis a basi ramosus, subdiffusus. Folia fere ut in M. acutifolia.)

1617. *M. parviflora:* caule erecto ramoso, foliis ovatis, floralibus subrotundis acutis, calycibus glaberrimis, dentibus ciliatis, pedicellis retrorsum hispidis, corollis vix calyce longioribus, staminibus inclusis. Nees ab Esenb. mscpt.

In udis. (Francon. . . . .) ♃. Jul. — Aug. (Folia inferiora ovata, basi cuneiformia, obtusiuscula, floralia subrotunda, acuta, omnia petiolata, obiter obtuse serrata, subvillosa. Petioli valde ciliati. Verticilli densi, pedunculati, pedunculis albo-villosis pilis brevissimis retrorsum adpressis hispidis. Calyces omnino glabri, nec fere resinoso-punctati, dentibus ciliatis. Corolla dentibus calycinis vix longior, pallide rufescens. Stamina longitudine corollae. Stylus longe exsertus.)

1618. *M. dubia:* foliis inferioribus subrotundis subcrenatis minoribus, superioribus ovato-lanceolatis serratis subhirsutis, verticillis densis, staminibus corolla brevioribus. Schreb. l. c. p. 8. Suter helv. II. p. 10. — *M. arvensis var. α. et β.* Smith, britt. 623. *M. austr.* All. Pedem. t. 75. f. 2. Wallr. ann. bot. p. 75.

In udis. ♃. Jul. — Aug. (Folia ima orbiculata seu subrotunda, subintegerrima, paulo plura et magis villosa quam in *M. Nummularia*, Petioli villosiores. Pedicelli laeviusculi, vel pilosi pilis patentibus. Stamina longitudine tubi corollae).

1619. *M. angustifolia:* foliis lanceolatis serratis glabris, pedicellis retrorsum pilosis, calycibus hirsutis, staminibus corolla brevioribus. Schreb. l. c. p. 8.

In udis. (Erlang. Francon.) ♃. Jul. — Aug. (Caulis ruber, infra laevis, supra subvillosus. Folia lanceolata, inferiora paullo latiora, serrata, serraturis parum profundis acutis inaequalibus, obtusiuscula, lineata, pilis brevibus raris et praesertim subtus punctis nitidis conspersa, venis subtus pilosioribus, basi integerrima acuta, in petiolos decurrentia. Petioli breves, supra sulcati, villosi, inferiores paullo longiores. Verticili pedunculis brevibus insidentes, multiflori. Pedicelli calyce breviores, rubri, ut pedunculi albo - villosi, pilis in istis retrorsum spectantibus. Bractaee lanceolatae acuminatae, villosae, longitudine florum et breviores. Calyx tubulosus, supra ampliatus, 10 striatus, villosus pilis brevibus erectis, dentibus inaequalibus acutis. Corolla calyce parum longior, laciniis omnibus obtusis, superiori 2 fida. Stylus corolla duplo fere longior. Stamina inclusa. An dist. sp.?

376. PULÉGIUM. *Poley.*

Calyx villo clausus, bilabiatus, labio superiori 3 fido, inferiore 2 fido. Corolla 4 fida, labio superiore integro. Stamina erecta, distantia. Stylus exsertus.

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1620. *P. vulgare:* caule prostrato, foliis ovatis, pedicellis calycibusque undique tomentosis, dentibus ciliatis, floribus verticillatis. — *P. vulgare*, Mill. *Mentha Pulegium*, Linn. Willd. III. 1. 82. Decand. fl. fr. 2543. Pers. II. 120. Smith, britt. 624. Roth, II. 2. 12. Gmel. bad. II. 607. engl. bot. 1026. off. Pflanz. Lief. 12.

In inundatis, ad ripas. (Austr. Bavar. Suev. Wetterav. Francof. ad M. Lusat. sup. Siles.) ♃. Jul. (Caules prostrati, ramosissimi, repentes, pilosi, angulis obtusiusculis. Folia ovata, obtusa, crenato-serrata, subtus praecipue subhirsuta. Verticilli numerosi,

multiflori. Bracteae nullae. Pedicelli tomentoso-incani. Calyx sulcatus, resinoso — punctatus, pilis densis brevibus porrectis undique vestitus, fauce villis albis conniventibus clausa. Corolla calyce duplo longior, purpurea, basi alba, extus villosissima. Stamina exserta. Variat flore albo).

377. GLECHÓMA. *Gundelrebe.*

Calyx striatus, 5 fidus, inaequalis, fructiferus nudus. Corolla tubulosa, fauce villosa, calyce duplo longior, 2 labiata, labio superiore 2 fido, inferiore 3 fido, lacinia intermedia majore emarginata. Antherae per paria in formam crucis conniventes.

Labiatae, Juss. Decand. *Labiaten,* ord. *Nepeteen,* Spreng.)

1621. *Gl. hederacea:* foliis reniformibus crenatis. Decand. fl. fr. 2545. Willd. III. 1. p. 85. Sm. britt. p. 625. Roth. II. 2. 3. Gmel. bad. II. 606. Mössl. II. 829. fl. dan. 789. Schk. t. 152. Sturm. I. 8. off. Pfl. Lief. II. t. 22. — *Gl. hederacea,* Linn. *Calamintha hederacea,* Scop.

In nemorosis et ad sepes. ♃. April—Jun. (Herba pubescens. Caules repentes ramis floriferis erectis. Flores verticillati, utrinque subterni, coerulei. Antherae albae.)

378. LÁMIUM. *Taube Nessel.*

Calyx 5 dentatus, superne dilatatus, dentibus subaequalibus aristatis. Corolla longior, tubulosa, fauce inflata, margine utrinque dente acuto notata, limbo labiato supra fornicato integro, infra 3 lobo, lobis lateralibus minimis reflexo, medio majore emarginato. Antherae extus hirsutae. (Mirbel, l. c. t. 17. f. 14.)

(*Labiatae,* Juss. Decand. *Labiaten,* ordn. *Nepeteen,* Spreng.)

1622. *L. laevigatum*: foliis cordatis rugosis serratis petiolatis, caule sublaevi, calycibus glabris longitudine tubi corollae, verticillis sub 6 floris. Decand. fl. fr. 1551. Willd. II. 1. p. 86. Pers. fl. Wetter. Gmel. bad. II. 607. Mössl. II. 830.

L. laevigatum, Linn.

Ad sepes, in sylvaticis. (Austr. Palat. Berol. Holsat. Siles.) ♃. April — Jul. (Caules purpurascentes. Folia serrata vix pubescentia. Calyces basi maculis fuscis desituti. Corollae rubello-purpureae, magnae.)

1623. *L. maculatum*: calycibus patentibus in verticillos 10-12 flores laxe digestis, dentibus calycinis inaequalibus, superioribus majoribus, foliis cordatis irregulariter crenato-vel inciso-serratis, floralibus breviter petiolatis, imis remotis. Hoffm. II. 7. Spreng. hal. 170. Roth, II. 2. 21. Fl. dan. 1649. Hayne et Drew. t. 8. Moris. XI. f. 1. *L. rubrum*, Wallr. sched. p. 300. a Boenningh. p. 175.

β. lacteum: flore candidissimo.

Ad sepes, inter dumeta per omnem Germaniam. ♃ April — Jul. — (Variat caule valde piloso et glabriusculo, foliisque interdum profunde incisis. — Ab hac specie differt. — *L. hirsutum*, Lam. enc. III. p. 410. Pers. II. 122. — *L. maculatum*, Wallr. l. c. p. 302. foliis cordatis crenatis villoso-pubescentibus, floralium petiolis calyce longioribus, caule hirsuto, verticillis octo-decemfloris. — Corollae tubo calyce longiore basi incurvo; quae planta, utrum in Germania sponte nascatur, non liquet. Hab. in Caucaso, Italia).

1624. *L. album*: foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, petiolis dilatatis, verticillis 20 floris, labio superiore obtuso integerrimo. Decand. fl. fr. 2549. Willd. III. 1. p. 88. Pers. Smith, flor. britt. p. 626. Roth, II. 2. 21. Gmel. bad. II. 613. Moessl. II. 8. 31. fl. dan. 594. Sturm. 1. 8.

L. album, Linn.

Ad sepes, muros, vias. 4. April—Sept. (Differt. a *L. maculato*, verticillis 12 - 14 - 20 floris, calycibus basi fuscis, corollis albis. Antherae nigrae, hirsutae.)

1625. *L. purpureum:* foliis cordatis obtusis crenatis petiolatis, superioribus confertis, verticillis 8 - 10 floris. Decand. fl. fr. 2553. Willd. III. 1. p. 88. Smith. fl. britt. p. 626. Roth. II. 2. 22. Gmel. bad. II. 614. Mössl. II. 831. fl. dan. 523. Schk. t. 159. — *L. purpureum*, Linn.

In agris, ad sepes. ☉. April — Sept. (Distinguitur a praecedentibus: foliis in inferiore parte caulis fere nullis, in superiore autem approximatis, corollis multo minoribus, purpureis quandoque incarnatis rarius albidis.)

1626. *L. incisum:* foliis cordatis acutiusculis inciso - dentatis petiolatis, corollis calyce angustioribus. Willd. III. 1. p. 89. a Boennigh. prodr. flor. monast. Westphal. p. 176. — *L. westphalicum*, Weihe, botan. Zeit. 1823. p. 539.

In sepibus, cultis et agris, praecipue argillosis. (Coesfeld. Darup. Billerbeck, Nötteln, Münster, in Westphal. t. a Boenningh.) ☉. Febr. — Mai. atque iterum Sept. — Nov. (Differt. a *L. purpureo:* foliis patentissimis nunquam reflexis, profunde incisis, calycibus undique pilosis, dentibus eorum longioribus, corollae fauce glabra nec basi producta.)

1627. *L. amplexicaule:* foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis, corollae tubo gracili. Decand. fl. fr. 2555. Willd. III. 1. p. 90. Pers. Smith. britt. 627. Hoff. Gmel. bad. II. 615. Mössl. II. 831. fl. dan. 752. Schk. t. 159. — *L. amplexicaule*, Linn. *Pollichia amplexicaulis*, Roth. II. 2. 27.

In arvis sabulosis, ad sepes. ☉. Febr. — Augst. (Habitus *L. purpurei*, sed folia superiora sessilia, amplexicaulia, rotundata, incisa et crenata, basi pal-

lida. Flores multo minores, pulcherrime rosei, primordiales corolla abortiva. Calyx dense villosus.)

379. GALEÓPSIS. *Hohlzahn.*

Calyx campanulatus, 5 dentatus, dentibus aristatis subspinosis. Corolla breviter tubulosa, fauce dilatata, 2-dentata, limbo 2-labiato, labio superiore fornicato crenato, inferiore 3 lobo, lobis inaequalibus, loborum sinubus denticulo erecto notatis. Antherae intus subhirsutae. (Mirbel, l. c. t. 18. f. 1 et 2.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

a.) caulibus aequalibus.

1628. G. *angustifolia*: caule subpubescente, foliis lineari-lanceolatis denticulatis, calycibus villosis pilis adpressis, dentibus tubo subaequalibus patentibus, corollis calyce 2plo longioribus. Schreb. in Schweigg. et Körte fl. Erlang. p. 11. Pers. II. 122. Hoffm. II. 8. G. *Ladanum*, Roth. Germ. II. p. 23. Rivin. t. 24. f. 2. Roth. II. 2. 23.

In agris ⊙. Jul.—Aug. passim. (Caulis elongatus, glabriusculus, ramis patentibus. Folia lineari-lanceolata utrinque attenuata, inferne subpubescentia. Flores parvuli, rubri, tubo gracili pallido.)

1629. G. *grandiflora*: caule pubescente, ramis divaricatis, foliis lanceolatis remote serratis, calycibus villosis, dentibus tubo triplo brevioribus — Roth. II. 2. 24. — G. *Ladanum*, Schreb. Fl. Erl. p. 12. G. *segetum*, Reich. Moenofranc. 391. G. *canescens*, Schult. Obs. 108. M. v. Bieb, suppl. 1397.

In agris post messem, ad vias passim. ⊙. Jul.—Sept. (Differt. a praecedente: caule humiliore ramis magis divaricatis et inferioribus saepe procumbentibus, calycis dentibus brevioribus lanceolatis spinula brevi terminatis, corolla quadruplo majore purpurae-

cente fauce inflata. — Var. floribus albis. — Caulis in hac ac in antecedente genicula nodosa, nec vero incrassata, ut in sectione posteriori ostendit.)

1630. G. *Ladanum:* foliis ovato-oblongis dentato-serratis villoso-pubescentibus, margine caule calycibusque glandulosis, calyce villoso, dentibus spinosis tubo corollae dimidio brevioribus.

G. *Ladanum,* Linn. Smith, britt. 628. Decand. fl. fr. 2557. Willd. III. 91. M. v. B. suppl. p. 397. Gmel. bad. II. 619. Wallr. sched. I. 302. engl. Bot. 884. Schk. t. 160. G. *grandiflora,* Willd. III. 91. (non *Roth.*)

In agris arenosis, locis incultis, etiam in sylvaticis. ☉. Jul. — Octobr. (Caulis pedalis et altior ramis erecto-patentibus. Corolla magna, pulchella, albida purpureo-lineata, laciniae labii inferioris macula rotunda purpurea pictae, labium superius 2 fidum.)

1631. G. *villosa:* caule pubescente, foliis ovato-lanceolatis dentato-serratis villoso-sericeis, calycibus villosissimis, dentibus tubo brevioribus erectis, corollis tubo calycis 3 plo longioribus. Schreb. in Schweigg. et Koerte fl. erlang. p. 12. Gmel. bad. II. 620. Smith. britt. 629. — G. *villosa,* Huds. G. *ochroleuca,* Lam. Pers. II. 122. Decand. 2556. Reichenb. ic. rar. Cent. I. p. 40. t. 46. (excl. syn. G. *grandiflora.*) a Boenningh. monast. 177.

In agris, inter segetes. ☉. Jul. — Octbr. (Folia ovato-lanceolata, subtus praecipue dense villosa. Corolla lutea, palato saturatiore. Stamina flava.)

1632. G. *intermedia:* foliis ovatis, obtuse — (utrinque ter-sexies) serratis, cauleque aequali tenuissime puberulis, corolla calycem inaequaliter dentatum vix duplum longa. Reichenb. ic. rar. Cent. I. p. 40. t. 47. — G. *intermedia,* Vill. delph. II. p. 387. t. 9. G. *parviflora,* Lam. enc. Decand. fl. fr. 3558.

In Saxonia. (rarius.)

β.) nodis caulinis superne incrassatis.

1633. *G. Tetrahit:* foliis ovatis acutis serratis caulique hispidis, corolla calyce 2plo longiore, galea rectiuscula. Smith. britt. 629. Decand. fl. fr. 2589. Willd. III. 92. Roth. II. 2. 24. Gmel. bad. II. 621. Mössl. II. 833. engl. Bot. 207. — *G. Tetrahit*, Linn.

In agris. ☉ Jul. — Aug. (Caulis undique hispidus, setis pungentibus subdeflexis, geniculis, praecipue inferioribus, superne gibbosis. Corollae tubus albus, galea purpurea, labium inferius 3 fidum, album vel purpureum. Interdum corolla tota alba.)

1634. *G. pubescens:* foliis ovato-acuminatis utrinque 12-16ies), serratis, cauleque pubescentibus, corollis calycem sub 3plum longis. Reichenb. l. c. p. 40. t. 48. *G. pubescens*, Besser, gal. II. p. 27.

β. glandulosa. Reichenb. l. c. t. 49. Bess. l. c. *G. Walterina*, a Schlechtend. berol. p. 320.

In Saxon. Siles. Boruss. Bohem. Austr. etc. (Folia e basi ovata acuminata. Calyces nigro-glandulosi. Corolla magna purpurascens.)

1635. *G. bifida:* foliis ovatis basi productis serratis, corollae labii inferioris lacinia intermedia angustissima apice 2 fida reflexa, lateribus revolutis. — *G. bifida*, a Boenningh. monast. p. 175.

In agris, et dumetis ambarvalibus Westphaliae copiose. ☉. Jul. — Sept. (Corolla saepius purpurea, breviuscula, labii inferioris lacinia intermedia postice lineis binis parallelis aureis picta, antice immaculata.)

1636. *G. cannabina:* internodiis superne incrassatis, foliis oblongo-ovatis serratis cauleque hirtis, corolla calyce 3plo longiore, galea ventricosa. Willd. III. 1. p. 93. Roth. II. 2. 25. fl. Wett. Gmel. bad. II. 623. Mössl. II. 833. fl. dan. 929. a Boenningh. monast. p. 177. — *G. cannabina*, Roth. *G. versicolor*, Smith. flor. britt. p. 630. Pers. De-

cand. fl. fr. 2560. Hoffm. engl. Bot. 667. Reichenb. ic. rar. Cent. I. p. 47. tab. 57.

In arvis arenosis ☉. Jul. — Dèc. (Habitus praecedentis, sed folia basi parum attenuata. Corolla maxima calyce 3plo vel 4plo longior, lutea, labio inferiore lineis fulvis maculaque centrali violacea picto. Galea dilatata ventricosa, inciso-crenata.)

380. GALEÓBDOLON. *Goldnessel.*

Calyx campanulatus, 5 dentatus, dentibus inaequalibus acutis. Corolla breviter tubulosa calyce longior, 2 labiata, labio superiore fornicato integro, inferiore 3 fido, laciniis acutis intermedia longiore, fauce nuda.

(*Labiatae,* Juss. Decand. *Labiaten,* ordn. *Nepeteen,* Spreng.)

1637. *G. luteum:* foliis cordato-ovatis crenato-dentatis petiolatis, verticillis sub 6 floris. Smith. flor. britt. p. 631. Decand. fl. fr. 2581. fl. Wetter. Gmel. bad. II. 617. Mössl. II. 834. a Boeningh. monast. p. 176.

G. luteum, Smith. *Galeopsis Galeobdolon,* Linn. engl. Bot. 787. Schk. t.157. — *Leonurus Galeobdolon,* Willd. II. 1. p. 115. Hoffm. Spreng. Scop. *Pollichia Galeobdolon,* Roth. II. 2. 26. *Galeobdolon Galeopsis,* Hort.

In umbrosis humidiusculis. ♃. April — Jun. (Habitu et forma floris *Lamium,* sed corolla fauce integerrima nec dentata, calyceque aristato spinoso discrepat. Verticilli multiflori, bracteis linearibus acutis. Corolla erecta, lutea, fauce rubro-maculata. Var. foliis angustioribus lanceolatis.)

381. BETÓNICA. *Betonie.*

Calyx 5 dentatus, dentibus subaequalibus aristatis, fauce nudus. Corolla tubulosa, gracilis. Tubus cy-

lindricus, limbo 2 labiato, labio superiore erecto subrotundo integro vel emarginato, inferiore 3fido (Mirb. l. c. t. 18. f. 12—15).

Labiatae, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1638. *B. officinalis:* spica interrupta, corolla galea integra, lacinia intermedia labii inferioris emarginata, calycibus subglabris. Decand. fl. fr. 2561. Willd. III. 1. p. 93. Pers. Smith. britt. p. 632. Roth, II. 2. 20. Gmel. bad. II. 624. Mössl. II. 834. engl. Bot. 1142. fl. dan. 726. Schk. t. 160.

In sylvis ac dumetis humidis. ♃. Jun. — Augst. (Herba glabriuscula. Folia cordato-oblonga, obtusa, late serrata, inferiora longe petiolata. Spica bracteolata. Calyx margine setosus. Corolla purpurea, extus villosa, rarius alba).

1639. *B. stricta:* calycibus hirsutis, lobo medio labii inferioris crenato undulato, spica longa. Aiton Kew. II. 99. a Boenningh. monast. p. 178.

B. hirta, Leyss. hal. ed. I. p. 109. Wallr. sched. crit. I. 304. (?) *B. officinalis*, Poll. palat. n. 562. Hoffm. II. p. 9. Spreng. fl. halens. 667. *B. hirsuta*, Thuill. par. 263. (non Linn.) *B. off. var.* Gmel. bad. II. 624 et pl. Aut.

In sylvaticis, siccis, praecedente frequentior. ♃. Jun. — Augst. (Differt a *B. officinali*, habitu rigidiore, spica oblonga minus interrupta, calycibus hirsutis, dentibus calycinis calycibus duplo brevioribus e basi ovata breviter mucronatis, corollae tubo duplo breviore).

1640. *B. hirsuta*: spica ovata obtusissima foliosa, corollae galea integra, laciniis lateralibus labii inferioris angustioribus acuminatis, calycibus glabriusculis. Decand. fl. fr. 2563. Willd, II. 1. p. 95. Pers. Mössl. II. 835. — *B. hirsuta:* Linn.

In alpibus (Austr.) ♃. Jul. (Differt corollae galea integra rubella nec lutea, spica ovata nec interrupta, bracteis linearibus nec ovatis, majoribus serratis, minoribus ciliatis).

1641. *B. Alopecuros:* villosa, spica oblonga basi foliosa, corollae galea emarginata, labio inferiore longiore. Decand. fl. fr. 2565. Willd. III. 1. p. 94. Pers. Hoffm. Mössl. II. 834. Jacq. a. t. 78.

B. Alpecuros, Jacq.

In alpibus. (Austr. Salisb. Siles.) ♃. Jul. (Folia cordata, late serrata, villosa, inferiora longe pedunculata, superiora subsessilia. Corollae luteae. Bracteae integerrimae).

382. STÁCHYS. *Ziest.*

Calyx angulatus, 5 dentatus, acuminatus. Corolla breviter tubulosa, labio superiore fornicato emarginato, inferiore 3 fido, lacinia media latiore emarginata lateribus deflexis. Stamina deflorata ad latus utrinque deflexa. (Mirbel l. c. t. 18. f. 6 — 11.)

Labiatae, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1642. *St. palustris:* verticillis sub 6 floris, foliis lanceolatis subglabris sessilibus, semiamplexicaulibus. Decand. fl. fr. 2567. Willd, III. 1. p. 98. Pers. Smith. flor. britt. p.633. Roth, III. 2. 29. Gmel. bad. II. 625. Mössl. II. 826. fl. dan. 1103. Sturm, 1. 18. — *St. palustris*, Linn.

In humidis aquosis. ♃. Jun. — Aug. (Folia lanceolata, acuta, serrulata, supra sericeo-pilosa, subtus lanata, reticulato-venosa, inferiora subpetiolata. Calyx villosus. Corolla purpurea, labio inferiore variegato.

β. ambigua: foliis inferioribus petiolatis superioribus sessilibus oblongo-lanceolatis, basi cordatis pubescentibus, caule erecto petiolisque villosis.

Flores *St. sylvaticae*, an species hybrida inter hanc et palustrem. Prope Heidelberg, legit Dr. Bischoff).

1643. *St. sylvatica:* verticillis 6 floris, foliis cordatis ovatis petiolatis. Decand. fl. fr. 2566. Willd. III. 1. p. 97. Pers. Smith, flor. britt. p. 633. Roth, II. 2. 28. Gmel. bad. II. 624. Mössl. II. 835. engl. Bot. 416. fl. dan. 1102. — *St. sylvatica*, Linn.

In sylvis umbrosis. ♃. Jun. — Aug. (Herba pilosa, foetida. Folia serrata. Spica interrupta, foliosa, superne bracteata. Calyx hispidus. Corolla fusco-sanguinea, labio inferiore albo purpureoque picto, tubo basin versus infra gibbo.)

1644. *St. annua:* verticillis 6 floris, foliis ovato-lanceolatis 3 nerviis petiolatis, caule erecto. Decand. fl. fr. 2574. Willd. III. 1. p. 105. Pers. Roth, II. 2. 31. Hoffm. fl. Wett. Gmel. bad. II. 632. Mössl. II. 836. Jacq. a. t. 360. — *St. annua*, Linn.

In agris passim. (Carniol. Bavar. Nassov. Tübing. Götting. Herb. Siles. Günther). ☉. Jul. — Sept. (Folia obtusa, a medio ad apicem grosse serrata, 3-5 nervia, glabra, subrugosa. Calyces villosi. Corolla alba, calyce 3 plo vel 4 plo longior, labio inferiore dilute flavescente, punctis rubris picto.

1645. *St. arvensis:* verticillis 6 floris, foliis cordatis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili. Decand. fl. fr. 2575. Willd. III. 1. p. 106. Smith, flor. britt. p. 634. Roth, II. 2. 32. Gmel. bad. II. 633. Mössl. II. 837. fl. dan. 587. *St. arvensis*, Linn.

In agris, hinc inde. ☉. Jun. — Aug. (Caulis diffusus, subpilosus. Folia basi 3 nervia, cordata, obtusa, late crenata, utrinque subpilosa. Flores omnes verticillati. Calyx pilosus, dentibus ciliatis. Corolla vix calycem excedens, dilute purpurascens).

1646. *St. germanica:* lanata, verticillis multifloris, foliis ovatis acutis, serraturis imbricatis. De-

cand. fl. fr. 2569. Willd, III. 1. p. 99. Smith. fl. britt. p. 634. Roth, II. 2. 30. Gmel. bad. II. 628. Mössl. II. 837. engl. Bot. 829. fl. dan. t. 684. Jacq. a. t. 319. — *St. germanica*, Linn.

In arvis et ad vias, solo calcareo, rarior. ♃. Jul. — Aug. (Folia ovata, crenata, reticulato-venosa, albo-villosa-tomentosa. Bracteae et calyces densissime villosi. Flores purpurascentes, labii inferioris lacinia centrali maxima, galea extus villosissima).

1647. *St. recta*: verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. Willd. III. 1. p. 104. Pers. Roth, II. 2. 21. Hoffm. fl. Wett. Gmel. bad. II. 629. Mössl. II. 837. Jacq. a. t. 359. Schk. t. 161.

St. recta, Linn. *St. Betonica*, Scop.

In apricis, collibus asperis sabulosis. ♃. Maj. — Aug. (Caulis basi plerumque decumbens, Folia obtuse serrulata, utrinque villosa, nervosa, inferiora in petiolum desinentia, superiora acuminata. Verticilli plerumque 10flori. Corollae ex albido-dilute flavicantes).

1648. *St. alpina*: subtomentosa, verticillis sub 6floris, foliis cordatis ovatis obtusis petiolatis, corollae labio superiore plano. Decand. fl. fr. 2568. Willd. III. 1. p. 98. Pers. Roth, II. 2. 30. Hoffm. Gmel. bad. II. 627. Mössl. II. 836. — *St. alpina*, Linn.

In umbrosis sylvarum. (Bavar. Nassov. Tübing. Goetting. Siles.) ♃. Jun. — Augst. (Caules basi decumbentes, erecti, tetragoni, sulcati. Folia cordato-oblonga, villosa, rugosa, scabriuscula, crenulata. (Crenis apice cartilagineis). Bracteae sub verticillis plures, lanceolatae, subtomentosae, verticillo plerumque longiores. Flores triste purpurei, albo-variegati).

383. BALLÓTA. *Ballote.*

Calyx campanulatus, 5gonus, 10 striatus, 5 dentatus. Corolla breviter tubulosa, 2 labiata, labio su-

periore fornicato crenato, inferiore 3 lobo, lobo medio emarginato. Eremi 3 angulares. (Mirbel, l. c. t. 18. f. 20—21.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1649. *B. nigra:* foliis ovatis obtusis remote-crenatis, basi subcuneiformibus, calycis dentibus basi dilatatis, brevissime acuminatis patentibus, tubum corollae superantibus. Wallr. ann. bot. p. 79. — *B. nigra*, Linn. sp. pl. id. I. p. 682. Huds. 260. Smith. britt. II. 635. engl. Bot. 46. *B. alba*, Linn. sp. pl. ed. 2. 814. *B. foetida*, Lam. fl. fr. II. 381. illustr. t. 508. f. 1. Decand. fl. fr. 2576.

Ad sepes. ♃. Jul. — Sept. (Folia ovata aut subcordata, aequaliter remote crenata, crenis obtuse-mucronatis, superiora basi cuneata. Corolla purpurascens, etiam alba, tubo calycem aequante.)

1650. *B. vulgaris:* foliis indivisis ovatis inaequaliter crenato-serratis calycibusque acuminatis, laciniis calycinis setaceis aristatis rectis, tubo corollae brevioribus. — *B. vulgaris*, Link. Wallr. ann. bot. 79. *B. nigra*, Linn. sp. pl. ed. 2. p. 814. et plur. post eum auct. Schk. II. t. 161.

In pomeriis, hortorum sepibus, ruderatis, ubique. ♃. Jun. — Sept. (Foliorum crenae et dentes calycini in hac specie sensim attenuantur, ita ut illae in obtusum mucronem, hi vero in aristam excurrant. Foliorum igitur crenis utraque jam potest dignosci ab exercitato.)

384. MARRÚBIUM. *Andorn.*

Calyx cylindricus, rigidus, 10 striatus, 5 aut 10 dentatus, dentibus alternis minoribus evanescentibusve. Corolla tubulosa, calyce paulo longior, 2 labiata, labio superiore angusto 2 fido, inferiore 3 fido, lacinia media latiore emarginata. (Mirbel, l. c. t. 18. f. 16—19. et t. 19. f. 1 et 2.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

A. calycibus 5 dentatis.

1651. *M. peregrinum:* caule stricto ramoso, foliis oblongis obtusis tomentosis rugoso-venosis dentatis. Willd. III. 1. p. 110. Pers. Roth. II. 2. 34. Mössl. II. 840. Spreng. hal. t. 6. Jacq. a. t. 160. — *M. peregrinum*, Linn.

In arvis ad vias. (Austr. Vindob.) ♃. Jun. (Bracteae erectae longitudine tubi calycis. Calyces in verticillis inferioribus 10 dentati, in superioribus 5 dentati, denticulis setaceis apice glabris nitidis sphacelatis. Corollae albae.)

1652. *M. creticum:* caule ramosissimo, ramis subhorizontalibus, foliis lanceolatis utrinque attenuatis sericeis-incanis venosis medio serratis, calycibus omnibus 5 dentatis. Willd. III. 1. p. 110. Pers. Roth. II. 2. 35. Mössl. II. 840. Spreng. hal. t. 6.

M. creticum, Roth. *M. pauciflorum*, Wallr. sched. p. 195.

In Mansfeldia (Erdeborn). ♃. Jul.—Aug. (Differt ab antecedente; bracteis tubo calycis duplo brevioribus, calycibus omnibus 5 dentatis, dentibus omnibus tomentosis duplo fere majoribus, quam in *M. peregrino.*)

1653. *M. supinum:* caule decumbente, foliis subrotundis crenatis rugoso-venosis, calycibus 5 dentatis, dentibus setaceis rectis villosis. Willd. III. 1. p. 111. Pers. Decand. fl. fr. 2578. Roth. II. 2. 34. Mössl. II. 841. — *M. supinum*, Linn.

In montosis. (Thüring. Erdeborn, Rolsleben) ♃. Jul.—Aug. (Bracteae lineares, longitudine calycum villosissimae. Calyces villis longis albis copiosis obsessi, semper 5 dentati. Corollae albae, calyce duplo longiores.)

B. calycibus decem dentatis.

1654. *M. vulgare:* caule erecto, foliis subrotundo-ovatis dentatis rugoso-venosis, calycibus 10 dentatis, dentibus setaceis uncinatis. Willd. III. 1. p. 111. Pers. Decand. fl. fr. 2577. Smith. fl. britt. p. 636. Roth. II. 2. 36. Hoff. fl. Wett. Spreng. Gmel. bad. II. 637. Mössl. II. 841. engl. Bot. 410. fl. dan. 1036. Schk. t. 162. off. Pfl. Lief. VI. t. 18.

M. vulgare, Linn.

In ruderatis incultis. ♃. Jun. — Augst. (Herba amara. Differt a praecedente bracteis longitudine tantum tubi calycis, tomentosis reflexis, calycibus brevioribus tomentosis, fauce villis densis clausa, omnibus 10 dentatis, dentibus alternis minoribus, omnibus apice uncinnatis patentissimis.)

385. LEONÚRUS. *Löwenschweif.*

Calyx cylindricus, pentagonus, 5 dentatus, dentibus inaequalibus, fauce nuda. Corolla tubulosa, calyce vix longior, 2 labiata, labio superiore fornicato villoso integro, inferiore reflexo 3 partito subaequali. Antherae punctis nitidis adspersae. (Mirbel, l. c. t. 19.)

(*Labiatae,* Juss. Decand. *Labiaten,* ordn. *Nepeteen,* Spreng.)

a. Staminibus villosis, germinibus apice tomentosis (*Cardiaca.*)

1655. *L. Cardiaca:* foliis petiolatis, inferioribus cuneiformi-ovatis 3 lobis dentatis, summis indivisis, lacinia media labii corollae inferioris acuta, calyce pungente. Decand. fl. fr. 2579. Willd. III. p. 114. Pers. Smith. flor. britt. p. 637. Roth. II. 2. p. 2. Gmel. bad. II. 638. Mössl. II. 842. engl. Bot. 286. fl. dan. 727. Schk. t. 162. Sturm. 1. 9.

L. Cardiaca, Linn.

In dumetis ruderatis. ♃. Jun. — Aug. (Caulis exaltatus. Flores bracteati, verticillati, axillares. Calyces dentibus duobus reflexis. Corollae purpureae.)

b. Staminibus germinibusque glabris (*Chaiturus.*)

1656. *L. Marrubiastrum:* foliis oblongis dentatis, corollis calyce subpungente vix longioribus. Decand. fl. fr. 2580. Willd. III. 1. p. 115. Pers. Roth. II. 2. p. 3. Hoffm. Mössl. II. 842. Schlechtdl. berol. p. 325. Günth. enum. pl. Siles. p. 104. Jacq. a. t. 405. Schk. t. 162.

L. Marrubiastrum, Linn. *Chaiturus leonuroides*, Ehrh. Host.

In cultis siccis (Austr. Lips. Hannov. Halae, Siles, Berol.) ♃. Jul. — Sept. (Differt a priore: foliorum forma, floribus multo minoribus, calycum dentibus subulatis pungentibus erectis, corollae lacinia media labii inferioris subrotunda.)

386. PHLÓMIS. *Phlomis.*

Calyx angulatus, 5 dentatus fauce nuda, dentibus patulis. Corolla oblonga, labiata, labio superiore villoso fornicato compresso incumbenti subbifido, inferiore 3 lobo, lobo medio majore emarginato. Antherae non punctatae. (Mirbel l. c. t. 19. f. 7—10.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Nepeteen*, Spreng.)

1657. *Ph. tuberosa:* foliis radicalibus cordatis scabris, floralibus oblongo-lanceolatis, bracteis subulatis hispidis, caule glabro. Willd. III. 1. p. 122. Pers. Mössl. II. 843. Schk. t. 162. Gärtn. 1. t. 66. f. 9. — *Ph. tuberosa*, Linn.

In Austria. ♃. Jun. — Sept. (Bracteae pilis articulatis obsessae. Flores purpurei, galeis denticulatis.)

587. CLINOPÓDIUM. *Weichborste.*

Involucrum multisetum, verticillo subjectum. Calyx labiatus, fauce nuda, limbo supra 3 fido, infra 2 partito. Corolla tubulosa, superne dilatata, 2 labiata, labio superiore erecto emarginato, inferiore 3 fido, lacinia media majore emarginata. (Mirbel, l. c. t. 17. f. 13.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Melisseen*, Spreng.)

1658. *Cl. vulgare:* caule subsimplici foliisque remote dentatis pilosis, bracteis setaceis. Decand. fl. fr. 2585. Willd. III. 1. p. 131. Pers. Smith. flor. britt. p. 638. Roth. II. 2. 45. Gmel. bad. II. 640. Mössl. II. 844. engl. Bot. 1401. fl. dan. 930. Schk. t. 163. *Cl. vulgare*, Linn.

Ad sepes, oras sylvarum. ♃. Jun. — Aug. (Corolla purpurea. Flores in capitulum terminale, et in unum alterumve verticillum, sub capitulo collecti.)

588. ORÍGANUM. *Dosten.*

Bractea calyce major. Calyx varius, nunc 5 dentatus, nunc (rarius) 2 labiatus, aut 2 partitus. Corolla fauce compressa, labiata; labium superius erectum emarginatum, inferius 3 fidum subaequale. Eremi subrotundi. Flores in spicas sub 4 gonas dispositi. (Mirbel, l. c. t. 20. f. 1—3.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Melisseen*, Spreng.)

1659. *O. vulgare:* spicis subrotundis paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis coloratis, foliis ovatis. Decand. fl. fr. 2586. Willd. III. 1. p. 135. Pers. Smith. flor. britt. p. 639. Roth. II. 2. 44. Gmel. bad. II. 641. Mössl. II. 845. engl. Bot. 1143. Sturm. 1. 3. — *O. vulgare*, Linn.

In sylvaticis ad sepes. ♃. Jul. — Sept. (Caulis erectus. Folia integerrima aut obsolete serrata, prae-

sertim infra pubescentia. Bracteae fusco-purpureae. Corolla intense rosea, subfuscens. Variat flore albo. Varietas, an species propria? corolla calyce parum longiori pallida, quae forte *Or. pallidum*, Desf. Atl. p. 60, hinc inde occurrit.)

389. THÝMUS. *Thymian.*

Calyx striatus, fauce villis clausa, limbus labiatus, labio superiore 3 dentato, inferiore biseto aut bifido. Corolla brevis, 2 labiata, labio superiore emarginato, inferiore 3 lobo, lobo medio latiore integro vel emarginato. Mirbel l. c. t. 20. f. 5—8.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ord. *Melisseen*, Spreng.)

a. Corollae labii inferioris lobo medio integro. (*Thymus*).

1660. *Th. Serpyllum:* floribus verticillato-capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. Decand. fl. fr. 2589. Willd, III. 1. p. 138. Pers. Sm. fl. britt. p. 639. Gmel. bad. II. 643. Mössl. II. 847. fl. dan. 1165. engl. Bot. 1401. Schk. t. 164. Sturm. 1. 5.

α. Th. sylvestris: foliis ovalibus, floribus verticillato-capitatis majoribus, staminibus 2 exsertis. Schreb. in Schweigg. et Körte fl. erlang. p. 17. a Boenningh. monast. p. 181.

β. Th. parviflorus: foliis ovalibus, floribus minoribus subspicatis, staminibus inclusis, saepissime nullis. — *Th. subcitratus* et *citriodorus* Schreb. l. c. *Serpyllum Anander*, Wallr. *T. Serpyllum β subcitratus* a Boenningh. monast. p. 181.

In ericetis montosis. ♃. Jun.—Sept. (Corolla purpurea).

1661. *Th. angustifolius:* floribus verticillato-capitatis, caulibus repentibus pubescentibus, fo-

liis lanceolatis antrorsum latioribus, infernis ciliatis, corollis calyce majoribus, staminibus exsertis. Schreb. l. c. p. 18. *Th. angustifolius*, Pers. II. 130. a Boenningh. monast. p. 181.

β. corolla albida ad faucem punctis roseis eleganter picta, staminibus longissimis. *Th. pulchellus*, a Boenningh. l. c.

In pascuis arenosis, praecedente rarior. ♃. Jun. — Sept. (Flores majores quam in sylvestri, corolla calyce notabiliter longior, et stamina labio superiore corollae longiora.)

1662. *Th. lanuginosus*: floribus capitatis, caulibus procumbentibus pilosis, foliis subrotundo-ovatis utrinque pilosis, corollis longitudine calycis, staminibus inclusis. Schreb. l. c. p. 19. Decand. fl. fr. 2590. Willd. III. 1. 138. Pers. II. 130. a Boenningh. monast. p. 181. Mössl. II. 847. *Th. lanuginosus*, Schk. t. 164.

In calcareis siccis (rarior). ♃. Jun. — Sept. (Incano-tomentosus. Corolla longitudine calycis. Stamina inclusa.)

1663. *Th. vulgaris*: erectus, suffructicosus, foliis ovatis aut oblongis, floribus verticillato-spicatis. Decand. fl. fr. 2592. Willd. III. 1. p. 139. Pers. Gmel. bad. II. 646. Mössl. II. 847. Schk. t. 164.

Th. vulgaris: Linn.

In montosis saxosis. (Austr.) An vere Germaniae indigena? ♄. Jun. — Augst. (Fruticulus ramosissimus. Folia parum obtusa, margine revoluta, integra, punctata. Calyces villosi. Corollae pallide rubellae, quandoque albidae.)

b. Corollae labii inferioris lobo medio emarginato. (*Calamintha*. (Mirb. l. c. f. 8, 11 et 12.)

1664. *Th. Acinos*: verticillis 6 floris, pedunculis unifloris, caulibus subramosis suberectis, foliis ob-

longis acutis serratis. Decand. fl. fr. 3593. Willd. III. 1. p. 142. Smith. fl. britt. p. 641. Roth. II. 2. 41. Gmel. bad. II. 647. Mössl. II. 848. engl. Bot. 411. Schk. t. 164.

Th. Acinos, Linn. *Acinos vulgaris*, Pers. a Boenningh. monast. p. 182.

In arvis arenosis. ☉. Jul. — Aug. (Caules villosi, ramosi. Folia ovata, acuta, plerumque serrata, subrevoluta, scabra. Calyx hispidus, subtus gibbosus. Corolla dilute violacea, labio inferiore albo nigroque vario.)

1665. *Th. diffusus:* caule abbreviato omnino prostrato saepe radicante, ramis adscendentibus, foliis exacte ovatis obtusis integerrimis, subtus tantum ad nervos parce pubescentibus caeterum glabris, pedicellis hispidis. *Acinos diffusus*, a Boenningh. monast. p. 182.

In arvis calcareo-argillosis prope Nienberge et Altenberge in Westphalia cl. legit a Boenningh. ♂? ♃? Jun. — Aug. (Differt a praecedente specie praeter Diagnosin: habitu graciliore, statura multo minore, calycibus minoribus minus profunde sulcatis, corollis amplioribus saturatioribus. Accedere videtur ad *Th. alpinum.*)

1666. *Th. alpinus:* verticillis 6-8 floris, foliis subrotundis obtusiusculis subserratis, corollis inflatis. Decand. fl. fr. 2594. Willd, III. 1. p. 142. Hoffm. Mössl. II. 848. Jacq. a. t. 97. — *Th. alpinus*, Linn.

In alpibus. (Austr. Salisb. Bavar. Siles.) ♃. Jul. — Sept. Praecedenti affinis, sed major, folia ovalia, minus serrata.)

1667. *Th. grandiflorus:* pedunculis axillaribus 3-4 floris, bracteis lanceolatis sessilibus, foliis ovatis acutis argute serratis. Decand. fl. fr. 2596. Scop. Mössl. II. 858.

Melissa grandiflora, Willd. III. 1. p. 146. Pers. gmel. bad. II. 650. Schk. t. 165.

In montosis umbrosis (M. ducat bad. sup.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis villosus. Folia subtus venosa, utrinque cum petiolis villoso-hirsuta. Calyx fauce villis clausus. Corolla violaceo-rubella, quandoque albida, calyce 3plo fere longior.)

1668. *Th. Calamintha:* pedunculis axillaribus multifloris dichotomis corymbosis, foliis ovatis obtusis argute serratis cauleque hirsutis, dentibus calycinis inferioribus villosis longioribus. Decand. fl. fr. 2597. Smith. fl. britt. p. 641. Hoffm. Mössl. II. 849.

Melissa Calamintha. Willd. III. 1. p. 147. Pers. Roth. II. 2. 47. Gmel. bad. II. 652. Blackw. t. 166. *Calamintha officinalis*, fl. Wett.

In collibus saxosis. (Salisb. Suev. Francon. Bad. M. Duc. Rhen. inf.) ♃. Jul. — Sept. Folia venosa utrinque villosa. Calyx fauce pilis clausus. Corolla calyce 2plo longior, purpureo-violacea.)

1669. *Th. Nepeta:* pedunculis axillaribus multifloris dichotomo-corymbosis, foliis ovatis obtusis subserratis cauleque subhirsutis, dentibus calycinis subaequalibus, superioribus duobus erectis. Decand. fl. fr. 2598. Smith. fl. britt. p. 642. Mössl. II. 849.

Melissa Nepeta: Willd. II. 1. p. 147. Pers. Roth. II. 2. 47. Hoffm. Gmel. bad. II. 653. *Calamintha officinalis*, Blackw. t. 167.

In collibus, solo calcareo. — (Austr. Ratisb. M. Ducat. Bad.) ♃. Jun. — Aug. (Differt a praecedente: foliis semper ovato-lanceolatis acutis manifeste serratis, angustioribus villosis, subtus subincanis, pedunculis dichotomis, folio saepissime longioribus, corollis minoribus.

390. MELÍSSA. *Melisse.*

Calyx apice patens, fauce nuda, 2-labiatus, supra planus 3 dentatus, infra 2 lobus. Corolla tubo cylindrico 2 labiata, labio superiore fornicato emarginato,

inferiori 3 lobo, lobo medio obcordato. (Mirbel l. c. t. 20. f. 9.)

Labiatae, Juss. Decand. *Labiaten,* ordn. *Melisseen,* Spreng.)

1670. *M. officinalis:* verticillis dimidiatis, foliis ovatis acutis serratis, caule ramoso. Decand. fl. fr. 2600. Willd. III. 1. p. 146. Pers. Roth. II. 2. 47. Gmel. bad. II. 649. Mössl. II. 850. Schk. t. 165. Sturm. 1. 11. off. Pfl. Lief. I. t. 14.

M. officinalis, Linn.

In montosis sepibus, rarissime. (Austr. Francof. ad M.) ♃. Jul. — Sept. (Folia opposita, subcordata, venoso-rugosa, subpubescentia. Corollae albae ante anthesin flavae.)

391. DRACOCÉPHALUM. *Drachenkopf.*

Calyx 5 fidus, 2 labiatus, vel subaequalis. Corolla fauce inflata, 2 labiata, labio superiore fornicato aut emarginato, inferiore 3 lobo, lobis lateralibus brevibus erectis, medio integro aut emarginato. (Mirbel l. c. t. 20. f. 13. t. 21. f. 1 — 6.)

(*Labiatae,* Juss. Decand. *Labiaten,* ordn. *Melisseen,* Spreng.)

1671. *Dr. austriacum:* floribus spicatis, foliis sessilibus linearibus mucronatis, caulinis 3 — 7 partitis, rameis simplicibus, floralibus 5 partitis, caule ramoso subvilloso. Decand. fl. fr. 2603. Willd. III. 1. p. 153. Pers. Host. Mössl. II. 851. Jacq. ic. rar. t. 112.

Dr. austriacum, Linn.

In montibus. (Austr.) ♃. Mai — Jun. (Folia juniora ciliata, apice mucronata. Corolla purpurea.)

1672. *Dr. Ruyschiana:* glabrum, floribus spicatis, foliis bracteisque lanceolatis indivisis muticis. Decand. fl. fr. 2604. Willd. III. 1. p. 153. Pers. Roth. II. 2. 44. Hoffm. Mössl. II. 851. fl. dan. 121.

Dr. Ruyschiana, Linn.

In sylvis ac pratis. (Francon. Kitzingae. Suinofurth. Austr. Halae.) ♃. Jul.—Aug. (Folia longe petiolata, angusta, obtusa, glabra, integerrima. Corolla magna coerulea.)

1673. *Dr. Moldavica:* floribus verticillatis, bracteis lanceolatis ciliato-dentatis, subtus punctatis, serraturis infimis subciliatis. Willd. III. 1. p. 155. Pers. Mössl. II. 832. Lamark. ill. t. 513. f. 1. Schk. t. 165. off. Pfl. Liefer. VII. t. 22. — *Dr. Moldavica*, Linn.

In Moldavica. (Neomarch. teste Rebentisch.) ⊙. Jun.—Sept. (Folia petiolata, ovato-linearia, glanduloso-punctata. Corolla coerulea vel alba.)

592. MELÍTTIS. *Immenblatt.*

Calyx magnus, 3 fidus, supra saepe emarginatus, inaequaliter 2 labiatus, tubo corollae amplior. Corolla calyce duplo longior, limbo dilatato patente labiato, labio superiore integro plano, inferiore 3 lobo, lobis magnis inaequalibus. Eremi subrotundo-triangulares extus villosi.

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Melisseen*, Spreng.)

1674. *M. Melissophyllum:* calyce 3 lobo, foliis oppositis cordato-ovatis dentatis. Willd. III. 1. p. 157. Decand. fl. fr. 2602. Pers. Smith. flor. britt. p. 643. Roth. II. 2. 46. Hoffm. Gmel. bad. II. Mössl. II. 85. 3. Jacq. a. t. 26. engl. Bot. 577. Schk. t. 166.

In sylvis. (Austr. Bavar. Suev. Francon. Wetterav. M. Duc. Bad. Würceb. Halae. Jenae. Hercyn.) ♃. Mai—Jul. (Corolla calyce 2 plo vel 3 plo longior pubescens, carnea, labio inferiore macula sanguinea bifida.)

1675. *M. grandiflora:* calyce quadrilobo glabro, corolla luteo-alba, lacinia labii inferioris medio

violacea. Smith. flor. britt. p. 644. Pers. Hoffm. Mössl. II. 853. engl. Botan. t. 636. — *M. grandiflora*, Smith.

In sylvis rarissima. (Ratisb.) ♃. Mai. (Habitus praecedentis, at floribus diversa. Calyx 4 lobus, lobis utrinque duobus lateralibus subaequalibus, interdum erosis. Corolla praecedente major, luteo-alba, labii inferioris lacinia media violacea, margine alba, galea subemarginata.)

393. SCUTELLÁRIA. *Helmkraut.*

Calyx brevis 2 labiatus, labio utroque truncato; superiore obtuse carinato dein calycem claudente. Corolla longior, basi flexa, limbo labiato, labio superiore compresso fornicato sub 3 dentato, inferiore latiore emarginato. Stigma vix bifidum. Eremi calyce clauso tecti. (Mirbel, l. c. t. 21. f. 12—14.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Melisseen*, Spreng.)

1676. *Sc. galericulata*: floribus axillaribus geminis, foliis cordato-lanceolatis crenatis. Decand. fl. fr. 2615. Willd. III. 1. p. 173. Pers. Smith. flor. britt. p. 645. Roth. II. 2. 36. Gmel. bad. II. 658. Mössl. II. 854. engl. Bot. 523. fl. dan. 637. Schk. t. 167. — *Sc. galericulata*, Linn. *Cassida galericulata*, Scop.

In palustribus. ♃. Jun.—Sept. (Folia denticulata, glabra. Flores plerumque gemini, recurvi, coerulei.)

1677. *Sc. hastifolia*: foliis integris, inferioribus hastatis, superioribus sagittatis. Willd. III. 1. p. 173. Pers. Roth. II. 2. 37. Hoffm. fl. Wett. Mössl. II. 855. — *Sc. hastifolia*, Linn. *Cassida hastifolia*, Scop.

Ad fossas et sepes. (Austr. Bavar. Francon. Wetterav. Saxon. Dresd. Halae. Lips. Wittenb.) ♃. Jul.

— Sept. (Differt. ab antecedente, cui simillima: caule plerumque minore, basi decumbente, foliis inferioribus hastato-ovatis ad basin plerumque dentium pari uno alterove praeditis, caeterum integerrimis, superioribus sagittato-lanceolatis obtusiusculis integerrimis, floribus pallidioribus.)

1678. *Sc. minor:* foliis cordato-ovatis integris, floribus axillaribus solitariis. Willd. III. 1. p. 173. Decand. fl. fr. 2616. Pers. Smith. flor. britt. p. 645. Roth. II. 2. 38. Hoffm. fl. Wetter. Gmel. bad. II. 660. Mössl. II. 855. engl. Bot. 524. — *Sc. minor*, Linn.

In paludibus inundatis. (Darmstadt. Wetterav. Erlang. Westphal. M. Duc. Bad. et Rhen. inf. Francof. ad M. Oldenb. Brem. Bonn.) ♃. Jul. — Sept. Parvula. Folia inferiora cordato-ovata, obtusissima, serraturis rarioribus pubescentia, superiora ovali-lanceolata. Pedunculi solitarii ad latus recurvi. Calyx exiguus, pilosus. Corolla coerulea, extus hirsuta, calyce multo major. Antherae superne pilosae, semibifidae, transversim quasi partitae.)

394. PRUNÉLLA. *Braunelle.*

Calyx labiatus, fauce nuda, supra planus subtruncatus 3 fidus, infra brevior 2 fidus. Corolla labiata, labio superiore concavo integro aut 2 lobo, inferiore 3 lobo, medio majore emarginato. Filamenta apice bifurca seu 2 dentata, dente altero antherifero, altero nudo. Stigma bifidum aut rarius quadrifidum. (Mirbel, l. c. t. 21. f. 15 et 16.)

(*Labiatae*, Juss. Decand. *Labiaten*, ordn. *Melisseen*, Spreng.)

1679. *Pr. vulgaris:* foliis petiolatis oblongo-ovatis, basi dentatis, calycis labio superiore truncato 3 aristato, caule adscendente. Decand. fl. fr. 2605. Willd. III. 1. p. 176. Pers. Smith. fl. britt. p. 646. Roth. II. 2. 42. Gmel. bad. II. 661. Moessl. II.

p. 855. engl. Bot. 921. fl. dan. 910. Schk. t. 168. Sturm. I. 5. — *Pr. vulgaris*, Linn.

β. *parviflora*: caule humiliore saepius ramoso, foliis in petiolum longius decurrentibus undique pilis patentibus hirsutis, floribus 4 plo minoribus calycem paulo tantum superantibus, corolla alba rarius pallide violacea. Lejeune. a Boenningh. monast. p. 183.

In pascuis. ♃. Jun. — Sept. (Calycis labium superius truncatum, 3 aristatum. Corollae mediocres, coeruleo-violaceae, purpureae, rarius incarnatae aut albidae.)

1680. *Pr. pinnatifida*: caule ramoso divaricato glabro, foliis pinnatifidis glabris, infimis breviovatis. Pers. II. 137. — *P. intermedia*, Link.

In sylvaticis. ♃. Jun. — Aug. (Flores violacei.)

1681. *Pr. grandiflora*: foliis petiolatis oblongo-ovatis basi dentatis, calycis labio superiore 3 fido, galea in medio flexa. Decand. fl. fr. 2607. Willd. III. I. p. 177. Pers. Roth. II. 2. 42. Gmel. bad. II. 662. Mössl. II. 856. Jacq. a. t. 377. Schk. t. 168. *Pr. grandiflora*, Pollich.

In saxosis. ♃. Jun. — Augst. (Differt ab antecedente: foliis majoribus magis viridibus, calycibus labio superiore magis profunde 3 fidis, corollis duplo 3 plove semper majoribus speciosioribus, saepissime purpureo-violaceis, rarius albidis.)

1682. *Pr. laciniata*: foliis petiolatis ovato-oblongis, superioribus lanceolato-dentatis pinnatifidisque, calyce labio superiore 3 lobo, lobis brevissimis obtusis mucronatis. Decand. fl. fr. 2606. Roth. II. 2. 43. Hoffm. II. 18. Gmel. II. 663.

In pratis montosis rara. ♃. Jun. — Jul. (Folia saepissime omnia laciniata, pilosa. Calycis labium superius minutissime 3 dentatum. Corolla parva, ochroleuca seu ex albido pallide lutescens.)

395. VERBÉNA. *Eisenhart.*

Calyx quinquefidus, dente unico breviore. Corolla infundibuliformis, limbo subbilabiato quinquelobo inaequali incurvo. Stamina quatuor, rarius 2. Stylus unicus. Stigma obtusum. Utriculus bilocularis tetraspermus adhaerens quadripartibilis maturitate evanescens. (Mirb. l. c. t. 14. f. 1—5.) (Semina 4, immatura membrana suburceolari bifida inclusa, dein libera.)

(*Vitices*, Juss. *Pyrenaceae*, Decand. *Viticeen*, ordn. *Verbeneen*, Spreng.)

1683. *V. officinalis:* foliis multifido-laciniatis, spicis filiformibus paniculatis, caule erecto solitario. Decand. fl. fr. 2474. Willd. I. 1. p. 120. Pers. Smith. fl. britt. p. 608. Roth. II. 2. p. 2. Mössl. II. 816. fl. dan. 628. Schk. t. 3. Sturm. 1. 3. —
V. officinalis, Linn.

In pascuis, ruderatis, ad vias. ♃. Jun.—Aug. (Caules muricibus sparsis scabri, basi curvati. Folia crenata, scabriuscula. Spicae multiflorae. Flores parvi, pallide purpurei. Corolla fauce coarctata. Variat antheris atque seminibus 2.)

Atomogynia. (*Angiospermia*, Linn.) Capsula 2 locularis polysperma.

396. OROBÁNCHE. *Sommerwurz.*

Calyx 4-5 fidus, varius. Corolla 1 petala, tubulosa, anomala, fauce aperta, personata, 2 labiata, cum calyce persistens: labium superius fornicatum, emarginatum, inferius 3 fidum, reflexum. Stigma nutans. Capsula 1 locularis, 2 valvis: valvae ad parietes ex receptaculo 2 crurali seminiferae. Semina scobiformia, microscopia. (Plantae parasiticae.)

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, trib. *Orobancheae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Orobancheen*, Spreng.)

A. Calyx subcampanulatus anticus connatus, posticus fissus 2 phyllum mentiens, 5 fidus. Flores bractea 1 suffulti. Corolla 4 fida, inflata. Faux et antherae nudae. (*Osproleon.*)

1684. *O. major:* scapo simplicissimo, inferne squamis raris brevibusque munito, floribus inflato-ventricosis incurvis glabriusculis in spicam laxam dispositis, staminibus pistilloque hirsutiusculis, dentibus calycinis ovatis acuminatis aequalibus conformibus, stigmate exserto 2 partito divaricato. Wallr. sched. crit. I. p. 313. Decand. fl. fr. 2452. Willd. III. 1. 347. Smith. britt. 669. Gmel. bad. II. 713. engl. Bot. t. 421. Smith. transact. of. Linn. Soc. IV. 175. *O. major*, Linn. nec. auct. fl. germ. (Wallr. l. c.)

In dumetis, solo steriliore, in Spartio vel Ulice parasitica. ♃. Jun.—Jul. (Caulis erectus, carnosus, fuscescens. Spica terminalis, simplex, multiflora. Corolla calyce duplo longior, purpureo-rubiginosa, inodora.)

1685. *O. elatior:* scapo simplici, corolla tubulosa, labii laciniis acutis aequalibus, staminibus pubescentibus, stylo glabro. Smith. britt. 669. Willd. III. 1. 349. Decand. fl. fr. 2455. Sutton. Trans. of. Linn. Soc. IV. 178. t. 17. Spreng. Mössl. II. 857. engl. Bot. 568. — *O. elatior*, Sutton.

Ad agrorum margines. (Halae. Erdeborn.) ♃. Jul.—Aug. (Habitus praecedentis, sed elatior magisque flavescens. Corolla minus ventricosa, labio superiore subinde emarginato. Stamina intus ad medium usque pubescentia, apice glabra. Germen stylusque glaberrimus.)

1686. *O. rubens:* scapo simplicissimo bracteisque colorato, floribus ventricosis in spicam oblongam congestis, staminibus intus hirsutiusculis, stylo parce

glanduloso, calycibus campanulatis membranaceis, dentibus carinatis, superioribus ovatis acuminatis, inferioribus obtusiusculis obsoletis tubi plicam attingentibus. — *O. rubens*, Wallr. sched. I. 307.

In collibus editioribus ad Biebram. Auleben et Sondershusa.) ♃. Jul. (Scapus erectus, striatus, hirsutiusculus, atro-sanguineus. Spica oblonga multiflora. Bracteae ovatae ex glandulis rubiginosis hirtae. Corolla extus bractearum more glandulosa, rubescens. Stamina intus hirsuta. Stylus glandulosus. Stigma obcordatum, atrorubens magnum. Variat scapi altitudine et staminibus basi hirsutioribus.)

1687. *O. caryophyllacea:* scapo simplici, squamis bracteisque ovato-oblongis acuminatis rubiginosis, floribus inflatis incurvis hirsutis in spicam laxam elongatam digestis, staminibus basi undique hirsutissimis, stylo apice parce glanduloso, stigmate obcordato, dentibus calycinis subaequalibus linearibus acuminatis. Wallr. sched. I. 308. Smith in act. Soc. Linn. Willd. III. 1. 348. Spreng. Mössl. II. 857. — *O. caryophyllacea*, Smith. *O. vulgaris*, Decand. fl. fr. 2453.

In pratis siccis, pomariis. (Wetterav. Palat. Hannov. Pomm. Halae. Dresd. M. Duc. rhen. inf.) ♃. Jul. (Labium superius emarginatum, longius quam in sequente, lobis rotundatis obtusis crenulatis conniventibus, inferius 3 fidum, laciniis lateralibus ovatis crenulatis, intermedia longiori et angustiori, obtusa.)

1688. *O. sparsiflora:* scapo simplici, squamis bracteisque oblongo-lanceolatis concoloribus, floribus ventricosis hirsutis remotis, in spicam elongatam laxe dispositis, staminibus margine ciliatis styloque apice parce glanduliferis, dentibus calycinis ovatis acuminatis, inferioribus conformibus duplo minoribus. — *O. sparsiflora*, Wallr. sched. I. 309.

β. pauciflora: scapo humili paucifloro. Wallr. l. c.

In collibus et promontoriis graminosis sylvaticis. (Halae . . . . .) ♃. Jun. (Corollae labium superius fere. O. *caryophyllaceae*, a qua floribus confertioribus eorumque fauce patente et bracteis ovatis differt.) (Scapus e basi leviter incrassata in fasciculum polyrrhizum senescens, fusco-rubiginosus. Bracteae flores superantes. Corolla pilis glanduliferis albis adspersa. Stigma bilobum, coloratum.)

1689. O. *nudiflora:* scapo simplicissimo, inferne squamato, squamis bracteisque ovatis extus hirsuto, floribus ventricoso-subcampanulatis glaberrimis in spicam oblongam laxiusculam dispositis; staminibus basi interna parce papillosis styloque glaberrimo prominulis, calyce profunde 4 fido, dentibus inaequalibus, superioribus majoribus e basi ovata lineari-setaceis. — O. *nudiflora,* Wallr. sched. I. 310. (O. *minor,* Vahl fl. dan. 1219. exc. Syn.? —)

Ad radices Pruni spinosae. (prope Roßleben. Halae). (Viva pallens, sicca fuscescit. Corolla ventricosa-subcampanulata, extus nuda. Stamina corpusculis papillaeformibus perpaucis adspersa, iisque quasi exasperata, subprominula. Stylus glaberrimus. Stigma bilobum. Germen oblongum, glaberrimum, calycem aequans.)

1690. O. *minor:* scapo simplicissimo, squamis bracteisque oblongo-lanceolatis, floribus tubulosis aequalibus glaberrimis in spicam laxam dispositis, staminibus basi ciliatis superne styloque glabris, calycibus ad basin usque divisis, dentibus distinctis lanceolato-linearibus acuminatis inaequalibus, inferioribus brevioribus. Wallr. sched. I. 311. ann. bot. p. 82. Smith. britt. 671. Sutt. Trans. of. Linn. Soc. IV. 179. engl. Bot. 422. — O. *minor,* Sutt.

Ad radices Trifolii medii, in apricis montium editioribus. (Halae . . . .) ♃. Jun. (Scapus subflexuosus, basi incrassatus, pallescens, superne purpurascens. Bracteae squamis caulinis latiores. Corolla pallide flavescens angulis purpureo-striatis. Stamina

glabra praeter basin ciliatam alba. Antherae nigrae. Stigma bilobum purpurascens. — O. *amethystea*, Thuill. par. II. 317. est O. *minoris*, var. procerior, sec. Wallr.)

B. Calyx connatus, integer 4—5 fidus. Bracteae 3, interiores minores corollam munientes. Corolla sub 5 loba. Faux striis elevatis villosis exarata. Antherae pilosae, effoetae cum staminibus albentes. Glandula nectarifera nulla. (*Trionychon.*)

1691. O. *comosa:* scapo simplicissimo, bracteis squamisque furfuraceo-hirsutis, floribus tubulosis medio constrictis in spicam oblongam condensatis tribracteatis, stigmate 2 lobo (flavescente) exserto, calyce connato 5 fido, dentibus aequalibus linearibus corollae stricturam superantibus, quinto (postico) minore. — O. *comosa*, Wallr. sched. I. 314. O. *minor*, auct. quorund.

Ad Genistae tinctoriae radices. (Halae . . . .) ♃. Jun. (Herba viva pallida, sicca et matura saturatius fuscescit. Scapus striatus, rectus, pube furfuracea adspersus. Spica comosa ex floribus plurimis approximatis condensata. Corolla pallide flavescens, labium superius emarginatum, fere 2 fidum revolutum, inferius 3 fidum. Calyx integer, 5 fidus, dentes aequales quinto postico tamen minore. Stamina glaberrima, demum eburnea. Stylus hirsutiusculus. Stigma 2 partitum aurantiacum. Capsula ovata.)

1692. O. *ramosa:* scapo ramoso, floribus tubulosis brevissime pedicellatis alternis in spicam laxam dispositis, staminibus basi parce pilosis, superne pistilloque glabro inclusis, connatis 4 fidis aequalibus ovatis acutis, corollae strictura brevioribus. Wallr. Sched. I. 315. Willd. III. 1. 353. Decand. fl. fr. 2458. Smith. britt. 671. Spreng. Gmel. bad. II. 716. t. 5. Mössl. II. 858. engl. Bot. 184. — O. *ramosa:* Linn.

In agris. (ad Cannabeos sativae radices parasitica. Austr. Bavar. Palat. Wetterav. Suev. Francon. Neovid. Thuring. Halae . . . .) ♃. Jun. — Aug. (Caulis ramosus, subpubescens. Spicae multiflorae. Flores minores quam in sequente, purpureo-cyanei, tubo flavescente. Stigma reticulatum, dilatatum.)

1693. O. *coerulea:* caule simplici, bracteis ternis, corollae labio superiore 2 fido inciso, staminibus glabris, stylo pubescente. Decand. fl. fr. 2457. Willd. III. 1. 352. Smith. britt. 670. Gmel. bad. II. 715. Mössl. II. 857. engl. Bot. 423. Spreng. hal. 176. O. *coerulea*, Vill. Dauph. II. 406. Sutton. Trans. of. Linn. Soc. IV. 182. O. *laevis*, Lam. fl. fr. II. 327. Roth. II. 2. 48. Schk. t. 170. O. *purpurea*, Jacq. austr. t. 276. Host. O. *arenaria*, Borckh. G. May. et Scherb. Fl. Wett. II. p. 405.

In pascuis editioribus. ♃. (Austr. Suev. Francon. Schweinf. Wetterav. Darmst. Francof. ad M. Hercyn. Barby. Halae (?) Siles. M. Duc. Rhen. inf. prope Tonistein.) ♃. Jun. (Caulis rectus vix flexuosus, colore coerulescenti. Corolla calyce fere 3 plo longior, coeruleo-violacea, dorso carinata, tubo albo. Stigma capitatum, 2 lobum, flavescens.)

397. LATHRÁEA. *Schuppenwurz.*

Calyx campanulatus, 4 fidus. Corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore concavo 2 fido, inferiore 3 fido reflexo. Germen basi glandulosum. Stigma 2 lobum. Capsula 2 locularis, 2 valvis spermophoris singulis medivalvibus.)

(*Pediculares*, Juss. *Personatae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Orobancheen*, Spreng.)

1694. *L. Squamaria:* caule simplicissimo, corollis pendulis. Decand. fl. fr. 2460. Willd. III. 1. 201. Smith. britt. 654. Gmel. bad. II. 681. Roth. II. 2. 50. Mössl. II. 858. engl. Bot. 50. flor. dan. 56.

Gärtn. I. t. 52. f. 3. Schk. t. 170. — *L. squamaria*, Linn. *Squamaria Orobanche*, Scop. carn. ed. 2. n. 760.

In sylvis, ad rad. Fagi. (Austr. Bavar. Suev. Ratisb. Lips. Erlang. Dresd. Berol. Halae. Wirceb. Holsat. Siles.) ♃. Apr.—Mai. (Corollae carneo-purpurascentes, succulentae, nutantes, labium inferius albidum; siccata nigrescit.)

398. EUPHRÁSIA. *Augentrost.*

Calyx cylindricus, 4 fidus. Corolla tubulosa, 2 labiata, labio superiore emarginato inferiore 3 lobo. Antherae inferiores basi acuminatae vel aristatae. Capsula ovata, compressa, 2 locularis, 2 valvis, dissepimento medivalvi seminifero.

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Scrophularineae*, R. Brown. *Personaten*, ordn. *Rhinantheen*, Spreng.)

1695. *E. lutea:* foliis linearibus serratis, superioribus integerrimis, calycibus pubescentibus, lobis lateralibus labii corollae inferioris denticulatis. Decand. fl. fr. 2423. Willd. III. 1. 195. Scop. carn. 759. Roth. II. 2. 52. Gmel. bad. II. 673. Mössl. II. 860. Jacq. austr. t. 398. — *E. lutea*, Linn.

In aridis montosis. (Austr. Bavar. Francon. Wetterav. Palat. Thuring. Weimar. Hercyn. M. Ducat. bad. sup.) ♃. Jul. — Aug. (Corolla saturate lutea extus pilosula.)

1696. *E. Odontites:* foliis lineari-lanceolatis serratis, lobis labii corollae inferioris obtusis, caule ramoso. Decand. fl. fr. 2422. Willd. III. 1. 194. Pers. Roth. II. 2. 51. Gmel. bad. II. 672. fl. dan. 625. Schk. t. 169. — *E. Odontites*, Linn. *Bartsia Odontites*, Huds. Smith. britt. 648. engl. Bot. 1415. Mössl. II. 859.

In agris humidis. ⊙. Jun. — Aug. (Corolla dilute purpurascens, quandoque albida.)

1697. *E. salisburgensis*: foliis lanceolatis setaceo-dentatis, lobis labii corollae inferioris emarginatis. Willd. III. 1. 193. Pers. Mössl. II. 860. Braune Salisb. II. t. 1. f. 1. Hoppe bot. Taschenb. 1794. p. 190. *E. salisburgensis*, Funk in Roemers Archiv. I. p. 43.

In alpibus (Salisb.) alpestribus (Halae.) ⊙. Jul. — Aug. (Differt a sequentibus foliis sessilibus lanceolatis dentatis, dentibus utroque latere 3-6 acuminatis apice setaceis.)

1698. *E. Rostkoviana:* foliis ovatis acute serratis calycibusque glanduloso-pubescentibus stigmate cernuo. *E. Rostkoviana*, Hayne Arzneigew. IX. t. 7. a Schlechtend. berol. I. 331. *E. officinalis*, Willd. III. 1. 193. (excl. syn.)

In pratis siccioribus, pascuis graminosis subhumentibus. ⊙. Jul. — Aug. (Differt a sequente habitu laxiore, caule plerumque humiliore, foliorum dentibus minus cuspidatis, ramis patulis, calycibus profundius incisis, corollis interdum majoribus magis coeruleis.)

1699. *E. officinalis:* foliis ovatis argute serratis cuspidatis, calycibusque glabriusculis eglandulosis, stigmate nutante. Hayne Arzneigew. IX. t. 8. Sturm, I. 3. Smith britt. p. 650. a *Schlechtend.* l. c. p. 332. *E. nemorosa*, Pers. Syn. II. 149.

α. *glabrata:* foliis lato ovatis glabris,

β. *ciliata:* foliis lato-ovatis ciliatis,

γ. *tenuifolia*: foliis lanceolatis profundius serratis.

In nemorosis graminosis. ⊙. Jul. — Aug. (Corollae pubescentes, albidae, picturis violaceo-purpureis luteisque ornatae. Antherae 2 loculares, longitudinaliter dehiscentes, inferne pilosae et basi mucronatae. Flores quoad magnitudinem varii.)

399. BÁRTSIA. *Bartsche.*

Calyx non ventricosus, 4 fidus, inaequalis. Corolla tubulosa, 2 labiata; labium superius erectum, integrum, inferius reflexum 3 fidum minimum. Antherae tomentosae. Capsula ovata, compressa.

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Rhinantheen*, Spreng.)

1700. *B. alpina:* foliis oppositis ovato-cordatis obtuse serratis, dentibus crebris, florum spica subinterrupta foliacea. Decand. fl. fr. 2426. Willd. III. 1. 187. Smith britt. 647. Gmel. bad. 665. Mössl. II. 859. engl. Bot. 361. fl. dan. 43. Schk. t. 168. Sturm I. 17. *B. alpina*, Linn. *Staehelinia alpina*, Crantz austr. p. 294.

In alpibus. (Austr. Salisb. Bavar. Suev. Siles.) ♃. Jul. — Aug. (Corolla ex rubro coerulea.)

400. PEDICULÁRIS. *Lausekraut.*

Calyx 4-5 fidus, dente accessorio minimo. Corolla tubulosa, bilabiata ringens, labio superiore fornicato saepius emarginato, inferiore plano patulo trilobo. Stylus simplex. Capsula compressa, mucronata, saepe obliqua et calyce longior, bilocularis apice 2 valvis, dissepimento medivalvi. Spermophorum basale subglobosum dissepimento affixum.

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Rhinantheen*, Spreng.)

A. Caule simplici.

α.) floribus flavis.

1701. *P. flammea:* foliis pinnatis, pinnisibus bricatis ovatis obtusis duplicato-dentatis, calyc im- 5 dentatis, corollae galea obtusa. Decand. fl. fr. 2442. Willd. III. 215. Pers. Mössl. II. 869. fl. Lapp. 244. t. 4. f. 2. Hall. helv. t. 8. f. 3. *P. flammea*, Linn.

In alpibus (Judenbergens.) Styriae. ♃. Jun. — Jul. (Calyces pallide rubro maculati. Corollae galea utrinque macula coccinea.)

1702. *P. foliosa:* foliis caulinis profunde pinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis pinnatifidis dentatis, spica foliosa, calycibus 5 dentatis, dente superiore maximo, corollae galea obtusissima. Decand. fl. fr. 2445. Willd. III. 1. 211. Pers. Hoffm. Deutsch. Fl. II. 32. Mössl. II. 868. Jacq. austr. t. 139. Hall. helv. t. 9. f. 1.. Sturm. I. 20. *P. foliosa,* Linn. *P. comosa,* Scop. carn. n. 765.

In herbidis alpinis, subalpinis. (Austr. Bavar. Carinth. Salisb. Hoppe pl. rar. c. IV.) ♂. Jul. — Aug. (Calyces angulis orisque pilosis. Corollae galea non rostrata obtusissima adunca. Caulis saepe pedalis. Variat foliis angustioribus latioribusque.)

1703. *P. tuberosa:* foliis pinnatis, pinnis profunde pinnatifidis dentatis, calycibus 5 fidis subcristatis, corollae galea uncinata acuminata emarginata. Decand. fl. fr. 2443. Willd. III. 1. 217. Pers. Scop. Hoffm. II. 24. Mössl. II. 869. Hall. helv. t. 10. Sturm. I. 30. *P. tuberosa:* Linn.

In pratis alpinis (Austr. Carinth. *Hoppe* pl. rar. c. 3. — Salisb.) ♃. Jul. — Aug. (Calyx tubulosus, glaber vel parum hirsutus. Corollae labium superius uncinatum, aduncum, apice attenuatum emarginatum.)

1704. *P. Sceptrum Carolinum:* caule simplici, foliis pinnatifidis pinnis repandis crenulatis, calycibus 5 fidis cristatis, corollis clausis. Willd. III. 1. 206. Pers. Roth. II. 2. 68. — Hoffm. II. 31. Mössl. II. 866. fl. dan. 26. fl. lapp. t. IV. f. 4. Sturm. I. 30. *P. Sceptrum Carolinum,* Linn.

In alpinis paludosis subalpinis. (Bavar. Salisb. *Hoppe* pl. rar. c. 2.) pratis paludosis (Megalop. Aug. Vindelic.) ♃. Jul. — Aug. (Caulis tripedalis speciosissimus. Corollae magnae clausae, luteae ore sanguineo, galea obtusa.)

β.) floribus purpureis vel albidis.

1705. *P. acaulis:* foliis pinnatis, pinnis ovatis obtusis dentatis, pedunculis 1 floris, calycibus 5 dentatis cristatis, corollae galea elongata obtusa. Willd. III. 215. Pers. II. 153. Scop. carn. n. 761. t. 31. Mössl. II. 868. Wulff in Jacq. Coll. I. t. 14.

In alpibus. (Carniol. Carinth.) ♃. Maj. — Corolla albida, labio superiore elongato obtuso.)

1706. *P. recutita:* foliis profunde pinnatifidis, pinnis lanceolatis pinnatifidis dentatis, spica compacta foliosa, calycibus glabris 5 dentatis, corollae galea obtusissima. Decand. fl. fr. 2435. Willd. III. 1. 210. Pers. Mössl. II. 867. Jacq. austr. t. 258. Hall. helv. n. 316. t. 8. f. 2. Sturm. I. 30. *P. recutita*, Linn.

In alpibus. (Austr. Salisb.) ♃. Jul. — Aug. (Calyces colorati. Spica oblonga, bracteis linearibus basi ciliatis. Caulis 1 — 2 pedalis.)

1707. *P. verticillata:* foliis caulinis pinnatifidis quaternis, pinnis oblongis obtusis dentatis, spica capitata, calycibus villosis 5 dentatis, corollae galea obtusissima. Decand. fl. fr. 2437. Willd. III. 1. 214. Pers. Scop. carn. n. 766. Mössl. II. 868. Jacq. austr. t. 206. Sturm. I. 20. — *P. verticillata*, Linn.

In alpibus. (Austr. Salisb. Siles.) ♃. Jul. — Aug. (Caulis 8 — 12 uncialis. Calyx membranaceus, hirsutus, 5 dentatus, dentibus brevissimis. Capsula compressa, calyce duplo longior.

1708. *P. rosea:* caule simplici, foliis pinnatis, pinnis pinatifidis linearibus acutis, calycibus hirsutis 5 fidis, corollae galea obtusa. Decand. fl. fr. 2441. Willd. III. 1. 216. Pers. All. spec. ped. 52. t. 11. f. 1. Mössl. II. 869. Jacq. ic. rar. I. t. 115. ejusd. misc. II. p. 57. Sturm. I. 20. — *P. rosea*, Jacq.

In alpibus Carinthiae. ♃. Jul. (Caulis 8—12 uncialis. Spica uncialis vel biuncialis densa. Calyces 5 fidi, lobis inaequalibus brevibus.)

1709. *P. incarnata:* foliis profunde pinnatifidis, pinnis inaequaliter dentatis lineari-lanceolatis, calycibus villosis 5 fidis, corollae galea uncinata longe acuminata. Decand. fl. fr. 2436. Willd. III. 1. 212. Pers. Hoffm. Mössl. II. 868. All. ped. n. 128. t. 3. f. 2. et t. 4. f. 2. Hall. helv. n. 319. Sturm. I. 30. Jacq. austr. t. 140.

P. incarnata, Jacq. (non Linn.)

In summis alpibus Austriae, Styriae, Salisb. ⊙. Jul. — Aug. (Flores carnei in spica bi-vel triunciali terminali, alterni, inferiores distantes, summi approximati. — P. recutitae similis, sed spica nuda, et flores dilutiore colore insignes.)

1710. *P. rostrata:* foliis pinnatis, pinnis oblongis pinnatifidis dentatis, calycibus hirsutis 5 fidis cristatis, corollae galea uncinato-acuminata truncata. Decand. fl. fr. 2438. Willd. III. 1. 216. Pers. Scop. carn. n. 764. Roth. II. 2. 68. Mössl. II. 869. Jacq. austr. t. 205. Lamark illustr. t. 517. f. 2. Sturm. I. 20. *P. rostrata*, Linn.

In alpibus. (Austr. Salisb. Bavar. Suev. Siles.) ♃. Jul. — Aug. (Caules e radice plures decumbentes vel adscendentes, bi-vel triunciales.)

1711. *P. sudetica:* foliis profunde pinnatifidis, pinnis lineari-lanceolatis inaequaliter dentatis, calycibus 5 fidis hirsutis, corollae galea obtusa emarginata bidentata. Willd. III. 1. 209. Pers. II. 152. Hoffm. II. 22. Mössl. II. 867. *P. sudetica*, Willd. *P. incarnata*, Krok. siles. n. 984. Günther.

In Sudetis. ♃. Jul. — Aug. (Caulis erectus. Folia glabra. Spica terminalis, uncialis vel sequiuncialis. Calycis laciniae lanceolatae, inaequaliter tenuissime serrulatae. Corollae labium superius in utroque latere sub apice dente unico instructum, labium inferius 3 lobum, obtusum, lobis lateralibus serrulatis.)

1712. *P. asplenifolia:* foliis pinnatifidis, pinnis oblongis inferne dentatis, calycibus 5 fidis subcri-

statis, (glabris) corollae galea uncinata acuminata truncato-emarginata. Willd. III. 1. 208. Pers. II. 152. Hoffm. II. 24. Mössl. II. 867. Floerke spic. fl. Salisb. med. bot. Zeit. c. ic. Sturm. I. 20. — *P. asplenifolia*, Floerke.

In alpibus Salisb. ♃. Jul.—Aug. (Caulis erectus. Foliorum pinnae oblongae, obtusae, latere inferiore dente unico vel tribus obtusis obsoletis instructae. Flores 3—7 in apice caulis purpurei. Corollae tubus calycis longitudine. Lacinia labii inferioris intermedia angustior et longior.)

B. Caule ramoso.

1713. *P. palustris:* foliis pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifido dentatis, calycibus ovatis inflatis 2 partitis cristatis, corollae galea obtusa basi truncata. Decand. fl. fr. 2433. Willd. III. 1. 202. Smith. britt. 655. Roth. II. 2. 66. Scop. carn. n. 762. Gmel. bad. II. 684. Mössl. II. 866. engl. bot. 399. Schk. t. 171. Gärtn. t. 53. f. 5. — *P. palustris*, Linn.

In pratis paludosis. ♃. Mai—Jul. (Caulis 1—1½ pedalis, erectus. Calyx ovatus inflatus 2 partitus, laciniis apice brevissime 5 partitis dentatis crispis. Flores speciosi purpurei. Corollae labium superius utrinque dentibus duobus praeditum. Variat corolla alba.

1714. *P. sylvatica:* caule basi ramoso, foliis pinnatis, pinnis ovatis acute dentatis, calycibus oblongis inflatis inaequaliter 5 fidis cristatis, corollae galea obtusa truncata acute 2 dentata. Decand. fl. fr. 2434. Willd. III. 1. 203. Smith. britt. 656. Roth. II. 2. 67. Gmel. bad. II. 686. Mössl. II. 866. engl. Bot. 400. fl. dan. 225. Schk. II. 185. t. 171. Sturm. I. 13. *P. sylvatica*, Linn.

In sylvis paludosis, ericetis. ♃. Apr.—Jun. (Differt a praecedente; caule humiliori 2-3 unciali, saepius simplici, interdum basi ramoso adscendente, calycibus non 2 fidis sed semper inaequaliter 5 fidis, floribus paucioribus incarnatis.)

401. RHINÁNTHUS. *Hahnenkamm.*

Calyx 4 fidus, inflatus. Corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore compresso-emarginato. Antherae geminatae, cymbiformes. Capsula compressa, 2 locularis, 2 valvis, dissepimento medivalvi seminifero.

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Rhinantheen*, Spreng.)

1715. *R. grandiflorus:* caule maculato, corollae tubo curvato lacinias calycinas acutas subaequante, labio superiore fornicato apice 2 dentato, dentibus pistilloque colorato exsertis, bracteis membranaceis — *Alectorolophus grandiflorus*, Wallr. sched. crit. I. p. 316. fl. dan. t. 981.

α. *glabratus:* caule calycibusque glabris, Wallr. l. c. *Alectorol. glaber*, All. ped. n. 206. *Al. vulgaris*, a Bieberst. taur. cauc. II. *Rhinanthus glabra*, Lam. fl. fr. II. p. 352. Decand. fl. fr. 2431. *Rh. crista galli* α. Linn. Pers. synops. II. 150. Spreng. hal. 176. *Rh. major*. Ehrh. Beitr. VI. 144. a Schlechtend. berol. I. 330.

β. *pubens*: caule calycibusque piloso-pubescentibus. Wallr. l. c. *Alectorol. hirsutus*, All. ped. n. 205. *Rhinanthus crista galli* γ. Linn. Willd. III. 1. 189. *Rh. villosus*, Pers. II. 151. *Rh. hirsuta*, Lam. fl. fr. II. 353. Decand flor. fr. 2432. *Rh. Alectorolophus*, Poll. palat. n. 580. Hoffm. II. 19. Roth. II. 2. 53.

In pratis humidis. ☉. Mai — Jul. (Folia exacte lanceolata. Spica multiflora. Flores ex albido flavescentes. Corollae labium superius inferioris longitudine, infra apicem dentibus coloratis terminatum.)

1716. *R. parviflorus*: caule immaculato, corollae tubo recto laciniis calycinis ovatis breviore, labio superiore obsolete 2 dentato, dentibus, pistillo incluso bracteisque concoloribus. *Alectorolophus*

parviflorus, Wallr. sched. I. 318. *Rhinanth. Crista galli β.* Linn. Roth. II. 2. 53. *Rh. minor*, Ehrh. Beitr. VI. 144. Pers. II. 151. a Schlechtend. berol. I. 331.

In pratis editioribus. ☉. Mai — Jul. (Differt a praecedente: caule immaculato glaberrimo, foliis lineari-lanceolatis, spica pauci- (1—8) flora, bracteis minoribus saturatius virescentibus rubore fuscescente intermixto, floribus duplo minoribus fulvis, ungue corollae recto breviore, labio superiore inferius superante, infra apicem obsolete denticulato, dentibus brevissimis pallescentibus, pistillo curvato, antheris, capsulis seminibusque duplo minoribus.

402. MELAMPÝRUM. *Wachtelweizen.*

Calyx tubulosus, 4fidus. Corolla tubulosa, compressa, 2labiata, labio superiore galeato margine replicato, inferiore sulcato 3fido. Capsula oblonga, oblique acuminata, compressa, 2locularis, sub 2 valvis, loculis, 1—2 spermis, dissepimento medivalvi seminifero.

(*Pediculares*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Rhinantheen*, Spreng.)

1717. *M. cristatum*: spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis, Decand. fl. fr. 2447. Willd. III. 1. 197. Smith. britt. 651. Roth. II. 2. 54. Gmel. bad. II. 675. Mössl. II. 862. Poll. palat. 584. Scop. carn. n. 757. engl. Bot. 41. fl. dan. 1104. — *M. cristatum*, Linn.

In nemorosis, collibus graminosis hinc inde. ☉. Jul.—Aug. (Folia linearia, integerrima, scabra. Bracteae coloratae, inferiores apice foliaceo reflexo. Calyx inaequalis, bracteis brevior. Corolla lutea (etiam alba) galea purpurascente, palato fulvo. Capsula lunata, compressa. Semina in utroque loculamento duo, elliptica, obtusa, laevigata.)

1718. *M. arvense*: spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis, calycum dentibus scabris. Decand. fl. fr. 2446. Willd. III. 1. 198. Smith. britt. 652. Roth. II. 2. 54. Gmel. bad. II. 676. Mössl. II. 862. Poll. palat. 585. engl. Bot. 53. fl. dan. 911. Gärtn. I. t. 53. f. 1. — *M. arvense*, Linn.

In agris inter segetes. ⊙. Jul.—Aug. (Folia lanceolata, acuminata, integerrima, scabra. Bracteae lanceolatae, purpureae. Corolla clausa, flava, apice purpurascens. Capsula ovata, compressa. Semina laevigata, flavescentia, utrinque bina.)

1719. *M. barbatum*: spicis laxis, bracteis dentato-setaceis non coloratis, calycum dentibus barbatis, corollis hiantibus. Willd. III. 198. Pers. II. 151. Mössl. II. 864. *M. barbatum*, Waldst. et Kitaib. pl. rar. hung.

In agris. (Austr.) ⊙. Jun.—Aug. (Differt a praecedente: bracteis non coloratis viridibus, calycum dentibus margine pilis longis diaphanis scariosis instructis, corollis flavis hiantibus.)

1720. *M. nemorosum*: floribus secundis lateralibus, bracteis dentatis cordato-lanceolatis, summis coloratis sessilibus, calycibus lanatis. Decand. fl. fr. 2448. Willd. III. 1. 198. Roth. II. 2. 55. Gmel. bad. II. 677. Mössl. II. 862. fl. dan. 305. Schk. t. 170. Sturm. I. 29. — *M. nemorosum*, Linn.

In sylvis. (Austr. Bavar. Suev. Francon. Wetter. Thuring. Saxon. Holsat. Barby. Berol. Hercyn. Götting. Dresd.) ⊙. Jul.—Aug. (Folia ovato-lanceolata, integerrima, pubescentia. Bracteae e coeruleo violaceae. Corollae apertae, rubrae vel flavae.)

1721. *M. pratense*: floribus secundis lateralibus calycis laciniis adscendentibus, inferioribus angustioribus, corollae tubo recto. Schönheit bot. Zeitung. 1824. II. p. 454. Decand. fl. fr. 2449. Willd. III. 1. 199. Smith. britt. 652. Roth. II. 2. 55. Gmel. bad. II.

679. Mössl. II. 863. engl. Bot. 113. Schk. t. 170. Gaertn. I. t. 52. f. 1. *M. pratense*, Linn. *M. vulgatum*, Pers. II. 151.

In pratis siccis. ☉. Jun.—Sept. (Corolla albido-flava, subaperta, tubo albo longo.)

1722. *M. sylvaticum:* floribus secundis lateralibus, calycis laciniis subaequalibus margine revolutis patulis, corollae tubo tenui brevi curvato. Schönheit l. c. Decand. fl. fr. 2450. Willd. III. 1. 199. Roth. II. 2. 56. Gmel. bad. II. 680. Mössl. II. 863. engl. Bot. 804. fl. dan. 145. Sturm. I. 9. *M. sylvaticum*, Linn. *M. alpestre*, Pers. II. 151.

In subalpinis et sylvis montosis. (Hercyn. (Billshöhle Rostrappe). Halae. sylva Thüring. Saxon. M. duc Weimar. Francon. Muggendorf. Suev. Austr.) ☉. Maj—Aug. (Differt a praecedente: caule minus ramoso, corollis dimidio brevioribus limbo inflatis hiantibus totis flavis, nec tubo albis.)

403. TÓZZIA. *Tozzie.*

Calyx tubulosus, brevis, 5 dentatus. Corolla tubulosa, limbo subaequali, supra 2 lobo, infra 3 lobo. Antherae basi setula aristatae. Capsula sphaerica, 2 valvis, unilocularis, monosperma.

(*Lysimachiae*, Juss. *Rhinanthaceae*, Decand. *Viticeen*, ordn. *Myoporeen*, Spreng.)

1723. *T. alpina:* caule erecto, foliis oppositis amplexicaulibus ovatis dentatis. *T. alpina*, Linn. Willd. III. 1. 202. Decand. fl. fr. 2451. Pers. Gmel. bad. II. 683. Mössl. II. 865. Jacq. austr. 165. Schk. t. 171. Sturm. I. 30.

In alpibus. (Austr. Salisb. Bavar.) In humidis saxosis. (Rheno sup. vicinis.) ♃. Jul.—Aug. (Folia glabra. Pedunculi solitarii. Corollae luteae, labio inferiore punctis croceis adsperso.)

404. LIMOSÉLLA. *Limoselle.*

Calyx quinquefidus, persistens. Corolla minima, monopetala, campanulata, erecta, 5 fida, laciniis acutis patentibus. Stylus declinatus. Stigma globosum. Capsula ovata, 1 locularis, 2 valvis, polysperma, spermophoro centrali ovato fungoso ad basin membrana brevi cum valvulis cohaerente, ceterum libero.

Lysimachiae, Juss. *Personatae*, Decand. *Primuleen*, Spreng.)

1724. *L. aquatica*: foliis lanceolato-spathulatis, scapis foliis brevioribus. Decand. fl. fr. 2622. Willd. III. 1. 341. Smith. britt. 668. Roth. II. 2. 57. Gmel. bad. II. 711. Mössl. II. 885. engl. Bot. 357. fl. dan. 69. Schk. t. 176. Sturm. I. 30. *L. aquatica*, Linn.

In inundatis, ad fluviorum ripas. ☉. Jul. — Aug. (Stolones radicantes, repentes, tenues. Corollae parvae, albidae, rubello mixtae.)

405. SCROPHULÁRIA. *Braunwurz.*

Calyx 5 fidus. Corolla ventricosa, 2 labiata, labio superiore 2 fido, inferiore 3 lobo. Rudimentum quinti staminis (squamulo) sub labio superiore. Filamenta declinata. Capsula subrotunda, acuminata, 2 valvis, 2 locularis, dissepimento duplicato ex inflexis marginibus valvularum formato. Spermophorum centrale, basale dissepimento ad basin adnatum.

Scrophulariae, Juss. *Personatae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Scrofularinen*, Spreng.)

1725. *S. vernalis*: foliis cordatis pubescentibus duplicato-serratis, paniculis axillaribus dichotomis. Decand. fl. fr. 2626. Willd. III. 1. 274. Sm. britt. 664. Gmel. bad. II. 700. Roth. II. 2. 59. Mössl. II. 878. engl. Bot. 567. fl. dan. 411. Schk. l. c. Sturm. I. 23. *S. vernalis*, Ait.

In humidis, ad sepes. (Austr. Bavar. Nassov. Suev. Helmstadt. Berol. Lips. Holsat.) ♂. April — Mai. (Caulis pedalis, valde ramosus. Folia opposita, longius petiolata, cordata, rugosa, villosula. Bracteae sub pedicellis lanceolatae, serrato-denticulatae. Calyces profunde 5 partiti, longitudine fere corollae luteae, laciniis 3 fidis.)

1726. *S. aquatica*: foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato-alato, racemis terminalibus. Decand. fl. fr. 2627. Willd. III. 1. 270. Smith. britt. 663. Roth. II. 2. 59. Gmel. bad. II. 699. Mössl. II. 877. engl. bot. 854. fl. dan. 507. Schk. t. 173. Gärtn. I. t. 53. f. 8. Sturm. I. 23. — *S. aquatica*, Linn.

In aquosis, sylvis humidis. (♂.) ♃. Jun.—Aug. (Caulis 5—6 pedalis. (Differt a *S. nodosa*, radice fibrosa articulata, caulibus saepissime longioribus angulis alis membranaceis praeditis, foliis majoribus petiolatis, petiolis ad caulem decurrentibus.)

1727. *S. nodosa*: foliis cordatis lanceolatis acutis dentatis, caule acutangulo. Decand. fl. fr. 2625. Willd. III. 1. 270. Smith. britt. 663. Roth. II. 2. 58. Gmel. bad. II. 698. Mössl. II. 877. fl. dan. 1167. Sturm. I. 23. *S. nodosa*, Linn.

Ad sepes, in nemorosis. ♃. Jun. — Aug. (Radix nodosa. Folia glabra. Bracteae lineari-lanceolatae, integrae, ad pedunculorum basin. Corolla ex viridi-lutescens. Galea 2 fida, fusco-purpurea.)

1728. *S. Scopolii*: foliis inferioribus ternatis cordatis crenato-dentatis, superioribus integris, floribus racemoso-paniculatis, bracteis ovato-lanceolatis apice integerrimis. *S. Scopolii*, Hoppe, Cent. pl. Pers. II. 160. *S. auriculata*, Scop. carn. ed. 2. p. 446. t. 32. Mössl. II. 878. Decand. fl. fr. v. p. 406.

In alpibus. (Austr. Carinth.) ♃. Jul. — Aug. (Planta, praecipue folia subtus, pubescentia. Caulis

acutangulus, flexuosus. Folia magna, grosse dentata. Pedunculi axillares, ramosi, glandulosi. Flores lutescentes. Praecedenti affinis.)

1729. *S. canina*: foliis pinnatis, pinnis lobatis, racemo terminali nudo, pedunculis 2 fidis. Decand. fl. fr. 2632. Willd. III. 1. 277. Gmel. bad. II. 701. Pers. II. 160. Mössl. II. 878. — *S. canina*, Linn.

In montium declivibus. (Carinth. Carniol. ad Rhenum. M. Ducat. bad. sup. Kehl, Breisach.) ♃. Jun. Sept. (Planta elegans. Radix articulata, repens. Folia saturate viridia, glaberrima. Racemi erecti, multiflori. Pedunculi sub 3 fidi, pedicelli bractea setacea brevi suffulti. Corollae, caeteris minores, fusco-rubellae, margine albidae.)

406. LINÁRIA. *Leinkraut.*

Calyx 5 partitus, laciniis 2 inferioribus remotis. Corolla personata, basi calcarata, tubo inflato, limbo 2 labiato, supra 2 fido reflexo, infra 3 lobo, palato ad faucem prominulo. Capsula ovata apice multivalvis. Semina marginata.

(*Scrophulariae*, Juss. *Personatae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Scrofularinen*, Spreng.)

α.) *foliis angulatis.*

1730. *L. Cymbalaria*: foliis cordatis quinquelobis alternis glabris, caulibus procumbentibus. Decand. fl. fr. 2634. Mössl. II. 873. — *L. Cymbalaria*, Dillen. *Antirrhinum Cymbalaria*, Linn. Willd. III. 1. 232. Smith. britt. 656. Roth. II. 2. 61. Gmel. bad. 688. engl. Bot. 502. *Cymbalaria muralis*, fl. Wett.

In muris antiquis. (Carinth. Bavar. Palat. Suev. Wetterav. ad Rhen. sup. et inf. Francof. ad M. Götting. Wittenb. Lips. Jenae.) ♃. Mai — Octbr. (Folia glabra. Pedunculi 1 flori. Corollae pulchellae, ex purpureo-violaceo-albidae. Variat Corollis albis.)

1731. *L. Elatine*, foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus. Decand. fl. fr. 2636. Mössl. II. 873. Hell. *L. Elatine*, Spreng. *Antirrhinum Elatine*, Linn. Willd. III. 1. 234. Smith. britt. 658. Roth. II. 2. 61. Gmel. bad. II. 689. fl. dan. 426. *Cymbalaria Elatine*, fl. Wett.

In agris passim cum sequente. ☉. Jul. — Sept. (Folia inferiora opposita, ovato-sagittata, superiora alterna, omnia pilosa. Pedunculi 1 flori, foliis longiores. Calyces pilosi. Corollae parvae, lutescentes, galea violacea.)

1732. *L. spuria*: foliis ovatis alternis pilosis, inferioribus oppositis obsolete dentatis, caule procumbente. Decand. fl. fr. 2637. Mössl. II. 874. *L. spuria*, Spreng. *Antirrhinum spurium*, Linn. Willd. III. 1. 235. Smith. britt. 657. Roth. II. 2. 62. Gmel. bad. II. 670. flor. dan. 913. *Cymbalaria spuria*, fl. Wett.

In agris, vineis. (Austr. Bavar. Francon. Suev. M. Duc. Bad. Palat. Wetterav. Francof. ad M. Götting. Halae. Siles.) ☉. Jul.—Septbr. (Folia breviter petiolata, plana, subvillosa, quandoque subdenticulata, majora, quam in praecedente. Pedunculi bini solitariive, 1 flori, pubescentes. Corollae galea atropurpurea, faux et barba aurea.)

β.) foliis integerrimis, inferioribus verticillatis.

1733. *L. arvensis*: foliis linearibus inferioribus quaternis, calycibus piloso-viscosis, floribus racemosis, calcare recurvo, caule erecto glabro subramoso. Decand. fl. fr. 2645. Mössl. II. 875. Hell. fl. Wett. — *L. arvensis*, Spreng. *Antirrhinum arvense*, Linn. Willd. III. 1. 244. Roth. II. 2. 62. Gmel. bad. II. 692. Schk. t. 172.

In agris, vineis. (Francon. Palat. Francof. ad M. Nassov. Hannov. Wurceb. Lips. Dresd.) ☉. Jun. —

Sept. (Folia integerrima, glauco-viridia, glabra. Flores caulem, non raro simplicem, ramosque terminantes. Pedunculi breves bractea lineari setacea, suffulti. Corollae parviusculae, violaceo-coeruleae, fauce albida venis coeruleis picta. Variat corolla lutea.)

1734. *L. alpina*: foliis quaternis lineari-lanceolatis glaucis, inferioribus ovalibus, caule diffuso patulo floribus racemosis, calcare recto. Decand. fl. fr. 2650. Mössl. II. 875. — *Antirrhinum alpinum*, Willd. III. 1. 248. Scop. carn. ed. 2. n. 767. Jacq. austr. t. 58.

In saxosis alpium. (Austr. Salisb. Carinth. Carniol. Bavar. Siles.) ♂. Jul.—Nov. (Caules procumbentes. Folia carnosula, glaberrima. Corolla purpurea, at magna, fauce aurantiaca.)

1735. *L. minor*: foliis lanceolatis obtusis ellipticisque alternis, inferioribus oppositis, caule ramosissimo diffuso. Decand. fl. fr. 2652. Mössl. II. 875. Hell. fl. Wetter. — *L. minor*, Spreng. *Antirrhinum minus*, Linn. Willd. III. 1. 251. Smith. britt. 660. Roth. II. 2. 63. Gmel. bad. II. 691. fl. dan. 502. Gärtn. II. t. 53. f. 7.

In agris arenosis subhumidis. ☉. Jun. — Augst. (Caulis erectus, villosus, ramosissimus. Folia subpubescentia. Flores axillares, solitarii, pedunculis pubescentibus 1 floris. Calyces viscoso-pubescentes. Corollae parvae, dilute ex albido-violaceae. Faux villosa, lutea.)

γ.) *foliis omnibus alternis integerrimis.*

1736. *L. genistifolia*: foliis lanceolatis acuminatis, caule paniculato virgato flexuoso. Decand. fl. fr. 2653. Mössl. II. 876. — *Antirrhinum genistifolium*, Linn. Willd. III. 1. 252. Roth. II. 2. 63. Pers. Host. Jacq. austr. t. 244.

In apricis. (Austr. Dresdae. Hohenstein.) ♃. Jul. — Sept. (Caules subdecumbentes vel erectiusculi alti.

Folia glabra. Racemi longi in paniculam dispositi, a calyce ad calycem flexuosi, pedicellis longitudine calycis. Calyx glaber. Corollae luteae magnitudine florum *L. vulgaris.*)

1737. *L. vulgaris*: foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessiilbus. Decand. fl. fr. 2654. Mössl. II. 876. fl. Wett. Hall. *L. vulgaris*, Spreng. *Anthirrhinum Linaria*, Linn. Willd. III. 1. 253. Smith. britt. 660. Roth. II. 2. 64. Gmel. bad. II. 693. Engl. Bot. 658. fl. dan. 982. Sturm. I. 18. off. Pfl. Lief. V. t. 16.

In agris, ad sepes. ♃. Jul.—Sept. (Radix repens. Caulis erectus foliosus, ramosus. Folia sparsa, sessilia, integerrima, angusta, glabra. Corollae luteae, ad faucem fulvae. Variat. *β.* floribus minoribus, *γ.* floribus 2-3-4 calcaratis ringentibus. *δ.* floribus regularibus 5fidis, 5andris, 5corniculatis. *Peloria*, Linn. amoenit. acad. I. p. 55. t. 3. — *ε.* floribus regularibus 4-5 fidis, 4-5andris, nectariis corniculatis plane nullis. *Peloria anectaria*, Gmel. bad. II. 694.)

407. ANTÍRRHINUM. *Löwenmaul.*

Calyx 5partitus, corolla personata, non calcarata, basi gibba, tubo inflato, limbo et palato ut in Linaria. Capsula basi obliqua, apice foraminulis tribus dehiscens.

Scrophulariae, Juss. *Personatae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Scrofularinen*, Spreng.)

1738. *A. majus*: foliis lanceolatis alternis, rameis oppositis, floribus racemosis, laciniis calycinis ovatis obtusis. Decand. fl. fr. 2655. Willd. III 1. 256. Smith. britt. 661. Roth. II. 2. 65. Gmel. bad. II. 695. Mössl. II. 872. engl. Bot. 129. Lam. ill. t. 531. f. 1. *Antirrhinum majus*, Linn. *Orontium majus*, Pers. II. 158. Gärtn. II. t. 53. f. 7. G.

In muris antiquis. ♃. Jun.—Aug. (Folia glabra interdum subpubescentia. Flores racemosi. Corollae magnae, purpureae, palato luteae. Variat corollis carneis et albis.)

1739. *A. Orontium:* foliis lanceolatis angustis, floribus subspicatis, laciniis calycinis linearibus corolla longioribus. Decand. fl. fr. 2656. Willd. III. 1. 258. Smith. britt. 662. Roth. II. 2. 65. Gmel. bad. II. 697. Mössl. II. 872. Curt. Lond. IV. t. 45. Sturm. I. 27. *A. Orontium*, Linn. *Orontium arvense*, Pers. II. 158.

In agris et arvis. ☉. Jul.—Sept. (Folia pubescentia. Flores axillares, breviter pedunculati sessilesque, solitarii. Corollae purpureae, quandoque albidae. Planta venenata.)

408. DIGITÁLIS. *Fingerhut.*

Calyx 5 partitus, inaequalis. Corolla campanulata, ventricosa, limbo oblique 4 lobo inaequali. Stigma simplex aut bilamellatum. Capsula ovata, acuminata, 2 locularis, 2 valvis, dissepimentum duplicatum ex marginibus inflexis valvularum formatum. Spermophora 2 spongiosa, hinc convexa inde concava, lamina medium dissepimentum secante conjuncta.

(*Scrophulariae*, Juss. *Personatae*, Decand. *Personaten*, ordn. *Scrofularinen*, Spreng.)

a.) Corolla oblonga ventricosa, lacinia superiore transversa. Stamina tubo breviora.

1740. *D. purpurea*: calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis, labio superiore integro, foliis ovato-lanceolatis rugosis. Willd. III. 283. Smith. britt. 665. Decand. fl. fr. 2661. Pers. II. 162. Roth. II. 2. 59. Gmel. bad. II. 703. Lam. ill. t. 515. f. 1. fl. dan. 74. Sturm. I. 11. Gärtn. I. t. 53. f. 6. Lindley Digital. monogr. tab. II. off. Pfl. Lief. III. t. 9. — *D. purpurea*, Linn.

In sylvis montosis, ad sepes. (Bavar. Francon. Palat. Suev. Wetterav. Hass. Westphal. Hannovor. Hercyn. Saxon. M. Ducat. bad. et Rhen. inf.) ♂. Jun. — Aug. (Folia ovato-oblonga, crenata, rugosa, venosa subtus praecipue pubescentia. Flores nutantes, purpurei, intus albidi, pilosi, sanguineo-guttati. Semina numerosa, parva. Variat rarius flore albo.)

1741. *D. grandiflora*: pubescens, foliis lanceolatis, racemo secundo, corollis ventricosis, labio inferiori laciniisque lateralibus acutis reflexis, superiori emarginato, capsula ovoidea bisulca. Reichenb. ic. rar. Cent. II. p. 50. t. 159. *D. grandiflora*, Lam. fl. fr. 387. All. ped. n. 258. *D. ambigua*, Linn. Gmel. bad. II. 705. Roth. II. 2. 60. Lindley, l. c. n. 4. p. 13. t. VII. Sturm. I. 11. *D. lutea*, Poll. palat. n. 599.

In montosis saxosis. (Austr. Bavar. Suev. Francon. Wetterav. Francof. ad M. Götting. Hercyn. Berol. Dresd.) . Jun. — Aug. (Folia elongata, lanceolata. Racemus longus multiflorus. Corollae demum amplissimae, pallide flavicantes, intus ferrugineo conspersae, limbo ad angulos incisorios fusco-maculato laciniis reflexis acutis barbatis. Capsula ovoidea, bisulca.)

1742. *D. ochroleuca*: subviscoso-pubescens, foliis ovato-ellipticis, racemo secundo, corollis ventricosis labiis laciniisque lateralibus brevissimis obtusis, capsula oblonga quadrisulca. Reichenb. l. c. p. 51. tab. 160. Jacq. austr. t. 57. Borkh. in Roem. Mag. 21. Reichenb. flora 1822. p. 532. Pers. II. 163. Lindl. l. c. p. 14. n. 5. t. VIII. *D. ochreuleuca*, Jacq. *D. ambigua*, Schk. t. 174. et auct. quorund.

In montosis saxosis, umbrosis, (Austr. Dresd. . . . . . .) ♃. Jun. — Aug. (Praecedente humilior sed robustior, subviscoso-pubescens. Folia lata, oblonga, caulina ovato-elliptica, acuta vel acuminata, racemus magis nutans quam in praecedente nec ita

multiflorus, corollae plerumque minores et breviores, ochroleucae vel luridae, intus lurido-reticulatae, limbo obtuse breveque 5 dentato. Capsula oblonga, sub 4 gona, 4 sulca. Praecedenti magis serotina.)

b. Corolla infundibuliformis parum ventricosa, lacinia superiore 2 fida. Stamina tubo aequalia, raro nulla.

1743. *D. purpurascens:* glabriuscula, foliis lanceolatis dense serratis, racemo secundo, corollis tubuloso-subventricosis rotundato-4 fidis. Reichenb. l. c. p. 46. t. 154. *D. purpurascens,* Roth. Catal. II. 62. Pers. II. 162. Decand. flor. fr. V. 411. (excl. var.) Elm. mon. 45. (excl. var.) Lindl. mon. n. 17. p. 22. t. XX. (forma minor.) *D. erubescens,* R. Brown. h. Kew. ed. 2. IV. 24.

In sylvis montosis. (M. Ducat. Rhen. Palat.) ♃. Jun. — Aug. (Habitus *D. luteae,* flore inter tubifloras atque ventrifloras quasi intermedia, ex illis sola corollae ore 4 fido. Caulis 2 pedalis, racemus secundus haud raro subflexuosus; folia densius ac in affinibus serrata, subtus ad venas et basi sicut totus racemus plus vel minus pubescentia. Calyces majusculi, foliolis lanceolatis. Corollae magnitudine illarum, *D. mediae,* vel majores, rubicundae, ventre intus rubro-adsperso.)

1744. *D. lutea:* glabra, foliis lanceolatis remote-serratis, racemo secundo, corollis tubulosis acute 5 fidis, labio reflexo, filamentis teretibus, capsula bisulca. Reichenb. l. c. p. 43. t. 151. *D. lutea,* Linn. Willd. III. 285. Pers. II. 162. Gmel. bad. III. 706. Jacq. h. vindob. t. 105. Lindl. mon. p. 23. t. XXIII —XXV. *D. parviflora,* All. ped. I. p. 70. Lam. fl. fr. III. p. 597. (non Jacq.)

In dumetis. Suev. Bavar. Carniol. Saxon. M. Ducat. bad.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis 3—4 pedalis, glaber vel inflorescentia subtilissime puberula. Corolla

parva, laciniis 5 acutis reflexis intus barbatis labio nempe superiori acute 2 fido, laciniis lateralibus subaequantibus et labio inferiori ovato majori. Capsula ovoidea, bisulca, puberula. Racemus demum longissimus, sub aestivatione nutans. Folia glabra, obscure, viridia, plus vel minus serrata, serraturis remotis.)

1745. *D. media:* glabriuscula, foliis lanceolatis remote serratis ciliatis, racemo secundo, corollis tubuloso-ventricosis acute 5 fidis, labio inferiori ovato reflexo, filamentis complanatis, capsula quadrisulca. Reichenb. l. c. p. 45. t. 152. *D. media*, Roth. catal. bot. et neue Beitr. *D. intermedia*, Pers. II. 162.

In M. Ducat. Rhen. inf. ♃. Jun.—Jul. (Habitus praecedentis, sed caulis humilior, 2 pedalis et ultra, flores duplo majores.)

409. LINDÉRNIA. *Lindernie.*

Calyx 5 partitus. Corolla tubulosa, ringens, supra brevissime emarginata, infra 3 fida, inaequalis. Filamenta staminibus breviora, apice 2 dentata, altero dente nudo, altero antherifero. Stigma emarginatum. Capsula 2 locularis, 2 valvis, polysperma, spermophoro valvis parallelo.

(*Scrophulariae*, Juss. *Personatae*, Decand. *Primuleen*, Spreng.)

1746. *L. Pyxidaria:* foliis oblongo-ovatis integerrimis sessilibus, pedunculis axillaribus solitariis 1 floris. Decand. flor. fr. 2623. Willd. III. 1. 325. Roth. II. 2. 57. Mössl. II. 884. Gmel. bad. II. 708. Jacq. Collect. I. p. 271. Schk. t. 175. Sturm. 1. 30. *L. Pyxidaria*, Linn. Syst. veget. *Capraria gratioloides*. Linn. sp. pl. *Anagalloides procumbens*, Krok. siles. 2. n. 1001. t. 26.

In paludibus, inundatis. (Wittenb. Ratisb. Siles. M. Ducat. bad. Carlsruh, Dachsland, Federbach.) ☉.

Jul. — Octbr. (Calyces ex viridi rubelli, corolla longiores. Corollae tubus albidus, labium sup. pallide rubellum, inf. luteum.)

410. LINNAEA. *Linnea.*

Involucrum 4 phyllum persistens. Calyx adhaerens, 1 phyllus, 3 partitus, deciduus. Corolla supera, campanulata, 5 fida, subaequalis. Stylus simplex. Capsula baccata, 3 locularis, loculamentis 2 abortivis, monosperma.

(*Caprifolia,* Juss. *Caprifoliaceae,* Decand. *Caprifolien,* Spreng.)

1747. *L. borealis:* floribus geminatis. *L. borealis,* Gronov. Decand. fl. fr. 3391. Willd. III. 1. 340. Pers. I. 136. Smith. britt. 666. Roth. II. 2. 69. Mössl. II. 885. engl. bot. 433. fl. dan. t. 3. Blackw. 597. Schk. t. 176. Sturm. I. 17.

In sylvis antiquis, muscosis, umbrosis. (Siles. Berol. Liebenwalde. Soldin in Neomarch. Eldenau et Neukirchen in Pommeran. Butzow Megalop.) ♄. Maj. — Aug. (*Planta sempervirens.*) Radix fibrosa. Caules prostrati, repentes, perennes, lignosi teretes, foliosi, juniores pilosi. Folia parva, opposita, petiolata, subrotunda vel ovata, supra subpilosa, subtus pallidiora, nuda. Rami floriferi erecti, 2 flori, parum foliosi. Pedicelli pubescentes, viscidi, aequales, 1 flori. Bracteae oppositae, lanceolatae. Flores nutantes, albo rubroque variegati. Involucri foliola glandulosa. Corolla campanulata, tubo gracili, limbo 5 fido. Stylus filiformi-subclavatus, declinatus. Stigma obtusum. Semina solitaria vel bina. Flores noctu fragrantes, (odore *Spireae Ulmariae.*)

Classis XV.

TETRADYNAMIA. *Stamina 6, quorum, 4 longiora.*

SILICULOSA. (*Longitudo latitudinem siliculae aequat vel parum superat.*)

Pleurorhizeae: Cotyledones planae, accumbentes. Radicula lateralis nempe rimae cotyledonum incumbens. Semina compressa, interdum marginata.

Tribus I. *Alyssineae.*

Silicula longitudinaliter dehiscens, septo lato ovali membranaceo, valvis planis aut concavis. Cotyledones septo parallelae.

411. LUNÁRIA. *Mondviole.*

Calyx 4 phyllus, foliolis ovato-oblongis obtusis conniventibus, quorum duo alterna basi gibba. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato. Stigma obtusum, integrum. Silicula pedicellata, elliptica aut oblonga, placentis nerviformibus marginata, plana, 2 locularis, septo membranaceo persistente, valvis planis enerviis, funiculis umbilicalibus longis septo adnatis, stylo filiformi persistente. Semina distantia, ala marginata. Cotyledones foliaceae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumen-Pflanzen*, Spreng.)

1748. *L. rediviva:* siliquis lanceolatis utrinque attenuatis. Decand. syst. II. p. 281. prodr. p. 156. fl. fr. 4207. Willd. III. 476. Roth. II. 2. 77. Scop. carn. n. 788. — Lam. ill. t. 561. f. 1. *L. rediviva*, Linn. *L. odorata*, Lam. fl. fr. II. 457. *L. rico-*

tia, Gaertn. II. p. 298. t. 142. (excl. syn. et in icone excl. semine.) *L. perennis*, Gmel. bad. III. 48.

In sylvis montanis. (Austr. Carniol. Bavar. Wetterav. Giessae. Hercyn. Thuring. Würzeb. Siles. Dresd.) ♃. Maj. — Jul. — (Folia villosa. Flores odori, purpurascentes. Siliculae utrinque acuminatae stylo vix bilineari apiculatae.)

1749. *L. biennis:* siliculis ellipticis utrinque obtusis. Decand. syst. II. 282. prodr. p. 156. Mönch. meth. 261. Gmel. bad. III. 47. *L. annua*, Linn. Willd. III. 477. Roth. II. 2. 77. Decand. fl. fr. 4206. Lam. ill. t. 561. f. 2. Schk. t. 182. *L. inodora*, Lam. fl. fr. II. p. 457. *L. rediviva*, Gärtn. II. p. 288. t. 142. (excl. syn.)

In sylvis montanis (Tübingae. Rübeland.) ⊙. Maj. — Jul. (Flores inodori, violaceo-lilacini. Siliquae utrinque obtusae, stylo 4-5 lin. longo superatae.)

412. BERTÉROA. *Berteroe.*

Calyx erectus, 4phyllus, basi aequalis. Petala unguiculata, limbo 2lobo. Stamina 2 minora basi intus dentata. Silicula 2locularis, elliptica, valvis convexo-planis membranaceis, septo elliptico, stylo persistente, stigmate capitellato. Semina ovalia, plana, brevissime marginata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumen-Pfl.* Spreng.)

1750. *B. incana:* siliculis pubescentibus subventricosis. Decand. syst. II. 291. prodr. p. 158. *Alyssum incanum*, Linn. Willd. III. 464. Decand. fl. fr. 4217. Gmel. bad. III. 39. Pol. palat. 616. fl. dan. 1461. *Draba cheiriformis*, Lam. fl. fr. II. p. 462. *Moenchia incana*, Roth. II. 2. 73. Schult. austr. p. 78. *Farsetia incana*, Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 97. Wallr. sched. I. 346.

In ruderatis arenosis apricis incultis. ☉. Maj. — Octbr. (Herba tota villis stellatis adpressis incana, in aquosis umbrosisue glabrata. Glandulae 4 virides ante petala sitae. Germen ovato-oblongum, canescens. Silicula ovali-oblonga, valvis membranaceis convexis pubescentibus, adultis subglabris. Semina parva, angustissime marginata.)

413. ALÝSSUM. *Steinkraut.*

Calyx 4 phyllus, aequalis. Petala unguiculata, limbo obovato integro aut subemarginato. Staminum filamenta omnia aut nonnulla hinc appendice aut dente (interdum minimo) aucta. Silicula orbicularis ovalis aut obovata, stylo tenui apiculata, compressa, valvis aut planis, aut centro convexis margine adplicatis, vel rarius omnino subconvexis, loculis 1-2 spermis, septo tenuissimo. Semina ovalia, compressa, interdum ala membranacea cincta.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1751. *A. saxatile:* caulibus basi suffruticosis subcorymbosis, foliis lanceolatis integris tomentoso-canis, siliculis obovato-orbiculatis 2spermis, seminibus marginatis. Decand. syst. II. 302. prodr. 160. Willd. III. 460. Günther stirp. Siles. p. 112.

In collibus apricis. (Siles. Günther. Muggendorff in Francon. Nees ab Esenb.) ♃. April — Jul. (Distinguitur a sequente: foliis planis integris, racemis numerosissimis in corymbum dispositis, habitu humiliori, siliculis vix sesquilineam longis lineam latis fere obovatis, stylo longiusculo apiculatis pedicello 2plo longioribus, seminibus in loculo quoque solitariis nec geminis.)

1752. *A. gemonense:* caulibus basi suffruticosis paniculatis, foliis lanceolatis subintegris cano-velutinis, siliculis suborbiculatis 2-4 spermis, seminibus marginatis. Decand. syst. II. 302. prodr. p. 160. Willd.

III. 469. Baumg. stirp. II. 236. Wulf. in Jacq. Collect. II. 159. Roth. II. 2. 85. Jacq. ic. rar. III. t. 503. *A. gemonense*, Linn. *A. saxatile*, Crantz. austr. p. 16. *Alyssoides gemonense*, Medik. in Uster. neu. ann. II. p. 41.

In rupibus Austriae, in montibus Carinthiae. ♄. (Flores parvi, lutei. Calyx coloratus. Petala oblongo-obovata, emarginata. Staminum filamenta edentula. Silicula glaberrima, orbicularis, compressa, sic pedicello parum brevior, stylo brevi apiculata, valvis planis. Semina ovalia, fusca, margine membranaceo cincta.)

1753. *A. alpestre:* caulibus basi suffruticosis diffusis canescentibus, foliis obovatis incanis, racemis simplicibus siliculis ovato-oblongis canescentibus, valvis planis. Decand. syst. p. 307. prodr. p. 161. fl. fr. Willd. III. 462. (excl. var. *β*.) Baumg. stirp. II. 236. Lam. fl. fr. II. 478. All. ped. n. 888. t. 18. f. 2.

In apricis montanis circa Verviers (Lejeune). ♃. Jun. (Calyces decidui, subflavescentes. Petala flava, obtusa. Stamina basi membranula appendiculata. Siliculae ovali-oblongae, stylo filiformi brevissimo deciduo, pedicelli circiter longitudine, incanae, valvulis planis.)

1754. *A. montanum:* caulibus subherbaceis diffusis pubescentibus, foliis subincanis, inferioribus obovatis, superioribus oblongis, racemis simplicibus, siliculis orbiculatis subemarginatis canescentibus. Decand. syst. II. 309. prodr. 162. fl. fr. 4220. Willd. III. 466. Roth. II. 2. 83. Gmel. bad. III. 35. Wallr. sched. I. 345. Jacq. austr. t. 37. *A. montanum*, Linn. *Clypeola montana*, Crantz. austr. 19. All. ped. n. 409. *Adyseton montanum*, Scop. carn. 803. Baumg. stirp. II. 238. fl. Wett.

β. foliis rotundioribus. *A. arenarium*, Lois. fl. gall. p. 401. p. 96. Gmel. bad. III. p. 36. ?

In collibus apricis montisque demissioribus calcareis. (Austr. Carniol. Suev. Francon. Ratisb. Wet-

terav. Halae. Dresd. Siles. in rupestribus Septemmontanis etc.) ♃. April — Aug. (Folia juniora canescentia, adulta pube stellata distante praesertim supra punctata. Calyces pubescentes, subcolorati. Petala calyce duplo longiora, flava, apice emarginata. Stamina omnia dentata, 4 majora supra medium, 2 minora basi appendiculata. Silicula exacte orbicularis, apice subemarginata, pube minima stellata punctata, valvis medio subconvexis, stylo lineam longo filiformi.)

1755. *A. Wulfenianum:* caulibus subherbaceis diffusis canescentibus, foliis punctato-canis basi attenuasis, infimis obovatis, superioribus lanceolatis, racemis simplicibus, siliculis ellipticis subemarginatis stylo duplo longioribus. Decand. syst. II. 310. prodr. 162. *A. Wulfenianum*, Willd. enum. suppl. 44. Horn. hafn. 601.

In Carinthia ad alpem Ovir. ♃. (Siliculae ellipticae nec orbiculatae ut in *A. montano*, apice retusae, subemarginatae, stylo lineam longo superatae, pube minima stellata scabrae, valvis vix convexis. Petala emarginata, flava.)

1756. *A. campestre:* caulibus herbaceis diffusis, foliis lanceolatis sublinearibusve hirsutis, siliculis orbiculatis tuberculato-hirsutis longe racemosis stylo sextuplo longioribus. Decand. syst. II. 314. prodr. 162. flor. fr. 4222. Willd. III. 467. Poll. palat. 618. *A. campestre*, Linn. *Moenchia campestris*, Roth. II. 2. 84. *Adyseton campestre*, Mönch. suppl. 87. Baumg. transsylv. II. p. 291.

In campis arenosis rarum. (Bavar. Nassov. Palat. Francof. ad M. (Halae?) Jenae. Saxon. Siles.) ♃. Maj. — Jul. (Herba tota pube stellata hirsuta. Petala flava, calyce majora, subemarginata. Stamina 4 majora supra medium subdentata, 2 minora basi appendiculata. Siliculae orbiculatae, tuberculato-hirsutae, stylo semilineari 6 tuplo longiores. Semina saepius solitaria, fusca, submarginata ala albida angustissima.)

1757. *A. calycinum:* caulibus herbaceis diffusis, foliis lineari-lanceolatis canescentibus, calycibus persistentibus, siliculis orbiculatis subemarginatis pubescentibus stylo 4plo longioribus. Decand. syst. II. 315. prodr. 163. fl. fr. 4221. Willd. III. 464. Wall. sched. I. 344. Poll. palat. 617. Gmel. bad. III. 38. Jacq. austr. t. 338. *A. calicinum*, Linn. *Clypeola alyssoides*, Crantz austr. p. 19. *Adyseton calycinum:* Scop. carn. n. 802. Baumg. transsylv. II. 239. *Ad. mutabile*, Mönch. meth. 267. *Alyssum campestre*, Hoffm. p. 43. Schk. t. 281. Spr. Hall. 184 et al.

In campis siccis apricis arenosis lapidosisve. ⊙. Jun. — Aug. (Herba incano-villosa. Calyces villosi persistentes. Petala calyce paullo longiora, flava, mox albida. Siliculae orbiculatae, pubescentes, Stylus semilineam longus. Semina in quoque loculo saepius 2, ovalia, margine membranacea.)

1758. *A. minimum:* caulibus herbaceis diffusis, foliis lineari-lanceolatis incanis, siliculis orbiculatis emarginatis glabris. Decand. syst. II. p. 316. prodr. p. 163. Willd. III. 464. (excl. syn. Linn.). Tratt. thes. bot. p. 8. t. 35.

In siccis arenosis campestribus collibusque, in agro Vindobonensi, rarius ad colles apricos, Türkenschantze dictos. ♃. April — Maj. (Calyx deciduus. Folia canescentia. Petala flava calyce duplo longiora, lineari-obloga, apice subemarginata, senescentia albida. Stamina 4 simplicia, 2 appendice subulato basi aucta. Silicula orbiculata, stylo semilineam longo superata, valvis in centro tumidis. Semina saepius abortu solitaria, ovata, compressa.)

1759. *A. maritimum:* caulibus basi suffruticosis procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis acutis subincanis, siliculis ovalibus glabris stylo brevi apiculatis. Decand. syst. II. 318. prodr. p. 164. fl. fr. 4214. Willd. III. 459. *Alyssum maritimum*, Lam. dict. I. p. 98. *Draba maritima*, Lam. fl. fr. II.

461. — *Lepidium fragrans*, Willd. in Ust. bot. mag. II. p. 37.

In ruderatis (Salisb.) ♃. Jun. — Nov. (Calyx saepe purpurascens. Petala alba, obtusa. Stamina edentula. Glandulae 4 virides, oblongae, parvae, extra stamina majora. Silicula glabra, ovata, sesquilineam longa, stylo brevi apiculata. Semina in loculis abortu solitaria.)

414. PELTÁRIA. *Scheibenkraut.*

Calyx 4phyllus patens, basi aequalis. Petala limbo obovato, integro. Stamina edentula. Silicula orbiculata aut obovata, valde compressa, stigmate punctiformi superata, junior 2-4 sperma septo evanido 1 locularis, valvis planis placentis nerviformibus. Semina pendula, abortu saepe solitaria.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1760. *P. alliacea:* foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus, siliculis planis laevibus. Decand. syst. II. 329. prodr. 166. Willd. III. 471. Scop. carn. 784. Schult. observ. n. 784. Baumg. stirp. II. 249. Jacq. austr. t. 123. *P. alliacea*, Linn. *Boadschia*, Crantz austr. p. 5. t. 1. f. 1. *B. alliacea*, Med. in Ust. neu. Annal. II. p. 37. *Clypeola alliacea*, Lam. dict. II. p. 55. ill. t. 560. f. 2.

In umbrosis ac rupestribus Austriae. ♃. Maj. — Jul. (Herba glabra, glauca, trita allium redolens. Caulis erectus, ramosus. Silicula indehiscens, saepius 2 sperma.)

415. PETROCÁLLIS. *Felsenblume.*

Calyx 4phyllus, aequalis. Corolla 4petala, cruciformis. Petala integra. Filamenta edentula. Stylus brevissimus. Silicula ovalis (longitudine latitudinem superante) septo elliptico membranaceo, valvis medio

nervigeris planiusculis, loculis 2 spermis. Funiculi umbilicales septo adnati. Semina immarginata. Cotyledones ovales, oblique accumbentes.

Cruciferae, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1761. *P. pyrenaica:* siliculis compresso-planis stylo brevi apiculatis. Decand. syst. II. 330. prodr. 166. *P. pyrenaica*, Brown. h. Kew. ed. II. V. IV. p. 93. *Draba pyrenaica:* Linn. Willd. III. 428. Decand. fl. fr. 4227. Schult. austr. p. 76. Hoffm. p. 36. Baumg. stirp. II. 231. Scop. carn. n. 790. Crantz austr. p. 13. t. 1. f. 5. Jacq. austr. t. 228. All. ped. n. 894. t. 8. f. 1. *Draba rubra*, Crantz. cruc. 92.

In rupestribus saxosis. (Austr. Salisb.) ♃. Maj. — Jun. (Folia in ramorum apicibus conferta, ciliata, rigidula, basi cuneata sessilia, apice 3-5 fida, nervis totidem prominulis instructa. Pedunculus foliis paulo longior, erectus, pilosus pilis patulis mollibus. Flores rosei elegantes. Siliculae glabrae, saepe ob unius alteriusve seminis abortu curvatae.)

416. DRÁBA. *Hungerblümchen.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis, suberectus. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis integris obtusis aut vix subemarginatis. Stamina edentula. Silicula ovalis aut oblonga (longior quam lata) integra, valvis planiusculis complanata, septo tenui valvarum latitudine. Semina plurima, biserialia, immarginata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1762. *D. aizoides:* scapis nudis glabris, foliis rigidis linearibus sublanceolatisve carinatis ciliatis, staminibus corollam, siliculis lanceolatis glabris pedicellum, stylo latitudinem siliculae subaequantibus. Koch bot. Zeitung. 1823. p. 422. Decand. syst. II. 333. prodr. 166. fl. fr. 4225. Willd. III. 424. Gmel. bad. III. 15.

Jacq. austr. II. 192. engl. Bot. 1271. Sturm. I. 20. Hoppe bot. Zeit. 1818. p. 194. *Dr. aizoides:* Linn. Wahlenb. *D. alpina,* Crantz austr. I. p. 13. Jacq. vind. 254. Scop. carn. n. 786. *Alyssum ciliatum,* Lam. fl. fr. II. 479. *Moenchia aizoides,* Roth. II. 2. 72.

In apricis rupestribus calcareis. (Austr. Salisb. Carniol. Carinth. Francon. Norimbergae. etc.) ♃. Mart.—May. (Petala lutea, exciccatione interdum alba. Siliculae glabrae aut pilosiusculae.)

1763. *D. aizoon:* scapis nudis glabris, foliis rigidis linearibus sublanceolatisve carinatis ciliatis, staminibus corollam subaequantibus, siliculis lanceolatis ellipticisve hirtis pedicello duplo brevioribus, stylo latitudinem dimidiam siliculae subaequante. Koch, l. c. p. 423. Decand. syst. II. 334. prodr. 166. *D. aizoon,* Wahlenb. carp. p. 139. Hoppe, l. c. p. 194. *D. ciliaris,* Schrank. bavar. II. p. 177.

In rupestribus montium inferiorum. Bavar. Austr. ♃. April—Maj. (Siliquae pilis brevibus semper hispidulae.)

1764. *D. glacialis:* scapis nudis glabris, foliis rigidis linearibus sublanceolatisve ciliatis, staminibus corollam subaequantibus, siliculis ovalibus glabris pedicello duplo longioribus, stylo latitudine siliculae 4plo breviore. Koch, l. c. 424. *D. glacialis,* Hoppe.

In alpibus (Pasterze.) (Pedicelli et siliculae glaberrimi.)

1765. *D. Sauteri:* scapis nudis glabris, foliis rigidis lanceolatis obtusiusculis ciliatis basi angustatis, staminibus corolla dimidio brevioribus, siliculis subrotundo-ovatis pedicellum subaequantibus, stylo brevi. Koch. l. c. p. 425. *D. Sauteri,* Hoppe.

In alpe Watzmann. (Berchtesgaden) (Folia nitida, ciliata, punctata. Calyx nudus, rarius pilis sparsis obsessus. Siliculae glabrae.)

1766. *D. stellata:* scapis submonophyllis, foliis caudicum lanceolatis ellipticisve integerrimis subdentatisve, pube stellata canescenti-tomentosis, basi angustatis ciliatis, scaporum ovatis, siliculis oblongo-lanceolatis acutiusculis pedicello longioribus glabris pubescentibusve, pedicellis scapisque sparse pubescentibus. Koch. l. c. p. 427. Decand. syst. II. 346. prodr. 169. fl. fr. 4229. Willd. III. 427. Hoffm. 35. Jacq. vindob. 113. obs. n. 54. t. 4. f. 3. *D. austriaca*, Crantz. austr. p. 12. t. 1. f. 4. *D. hirta*, Jacq. austr. t. 432. auct. fl. germ. plur. *D. hirta β. alpicola*, Wahlenb. lapp. 175. t. 11. f. 1.

β. *hebecarpa:* siliculis undique velutino-pubescentibus. Koch. Decand. l. c.

γ. *cordifolia:* scapi foliis basi subcordatis integris, siliculis latioribus oblongis apice vix angustatis. Koch. l. c.

In alpibus summis Carinthiae. Austr. Salisburg. γ. in alpe Pasterze. ♃. Jun. — Jul.

1767. *D. tomentosa*: scapis submonophyllis, foliis caudicum elliptico-lanceolatis integerrimis subdentatisve, pube stellata canescenti-tomentosis, basi angustatis ciliatis, scaporum ovatis, siliculis ovalibus pedicellum aequantibus pubescenti-ciliatis, pedicellis scapoque pubescentibus. Koch, l. c. p. 434. Decand. syst. 345. prodr. 169. *D. tomentosa*, Wahlenb. helv. p. 123. n. 672. t. 3.

In rimis rupium sicciorum. (Brunalpe, Salisb.) ♃. (Calyx subpilosus. Petala alba, calyce 3plo longiora, apice subemarginata. Siliculae ovales stigmate punctiformi apiculatae, in disco omnino glabrae, margine pilis brevibus simplicibus ciliatae, rarissime pilis destitutae.)

1768. *D. saxatilis*: scapis submonophyllis, foliis caudicum lanceolatis integerrimis subdentatisve, pube stellata adspersis, basi angustatis ciliatis, scaporum ovatis, siliculis late ovalibus pedicello duplo bre-

vioribus, his scapo superne pedicellisque glaberrimis. Koch, l. c. p. 435. *D. saxatilis*, Mertens et Koch.

In monte Schneeberg supra Saugraben Austriae. ♃. Differt a *D. stellata* et *tomentosa*, foliis minus pilosis, pedunculis siliculis duplo longioribus.)

1769. *D. carinthiaca*: scapis subdiphyllis, foliis caudicum lanceolatis integerrimis subdentatisve, pube stellata adspersis, basi angustatis ciliatis, scaporum ovatis, siliculis lanceolatis pedicellum aequantibus, his scapo superne pedicellisque glaberrimis. Koch, l. c. p. 437. *D. carinthiaca*, Hoppe. *D. nivalis*, Decand. syst. II. 344.

In saxosis alpium (Pasterze). ♃. (Differt a *D. stellata* statura minore, pilis foliorum sparsioribus, scapis pedicellisque superne glaberrimis, floribus minoribus, calycibus glabris apice pilosiusculis, petalis emarginatis, siliculis lanceolatis utrinque acuminatis pedicellum aequantibus.)

1770. *D. helvetica*: scapis nudis monophyllisve, foliis caudicum lanceolatis integerrimis glabris ciliatis basi angustatis, scaporum ovato-oblongis, siliculis oblongo-lanceolatis pedicello longioribus, his scapo pedicellisque glaberrimis. Koch. l. c. p. 439. Decand. syst. II. 345. prodr. 169. *D. helvetica*, Schleich. *D. ciliaris*, Wahlenb. helv. 122. (excl. syn. *D. androsacea*, Wahlenb. lapp.) *D. fladnizensis*, Wulf. in Jacq. Misc. I. p. 147. t. 17. f. 1. Decand. syst. II. 345. (ex parte.) conf. Hoppe, botan. Zeitung. 1823. p. 445.

In alpibus. (Carinth. Heiligenblut.) ♃. Jun.—Aug. (Praecedente minor, qua etiam foliis glabris margine ciliis simplicibus longis obsessis differt. Siliculae lato-lanceolatae, utrinque acuminatae aut oblongo-lanceolatae, utrinque obtusiusculae.)

1771. *D. ciliata*: scapis subtriphyllis, foliis caudicum fertilium obovatis breviter acuminatis glabris denticulato-ciliatis, scaporum oblongis, siliculis

. . . ., his scapo pedicellisque glaberrimis. Koch. l. c. p. 441. *D. ciliata*, Scop. carn. II. 6. t. 33. *D. androsacea*, Willd. III. 428. et *D. fladnizensis*, Decand. syst. II. 345. prodr. 169. ex parte.

In rupestribus. (monte Nanas.) ♃. Jul. (Folia nitida, setis ciliata. Flores magni, speciosi.)

1772. *D. muralis:* caule ramoso folioso pubescente, foliis ovatis dentatis subcordato-amplexicaulibus subhirsutis, siliculis elliptico-oblongis glabris 12—16 spermis. Decand. syst. II. 352. prodr. 171. fl. fr. 4231. Willd. III. 429. Smith. britt. 679. Roth. II. 2. 71. Poll. palat. 605. engl. Bot. 912. Gmel. bad. III. 17. c. icone. Lam. illustr. 556. f. 2. *D. muralis*, Linn. var. α. *D. nemorosa*, All. ped. n. 897.

In umbrosis muris, rupestribus, ad latera montium. (Palat. Saxon. Thuring. Halae. Bonnae ad Rhen.) ♃. April—Maj. (Flores parvi, albi. Calyx hirtellus. Petala obovata integra. Silicula obovato-oblonga, glaberrima, stigmate sessili.)

417. ERÓPHILA. *Frühlingspflanze.*

Calyx 4 phyllus, aequalis, laxiusculus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala 2 partita. Stamina edentula. Silicula ovalis aut oblonga, septo membranaceo, valvis planiusculis, stigmate sessili. Semina parva, immarginata, in quoque loculo plurima biseriata.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1773. *E. vulgaris:* siliculis ellipticis pedicello brevioribus, scapis 5—15 floris. Decand. syst. II. 356. prodr. 172. *Draba verna,* Linn. Willd. III. 426. Smith. britt. 677. Decand. fl. fr. 4228. Poll. palat. 606. Scop. carn. 426. Roth. II. 2. 71. Gmel. bad. III. 16. flor. dan. 983. engl. Bot. 586. Schk. t. 179. Sturm. I. 4. Gärtn. II. t. 141. f. 8.

In muris aggeribus, pascuis aridis, apricis ubique. ☉. Mart. — April (Planta vulgatissima, foliis integris 5 dentatisve oblongis lanceolatisve, scapis solitariis plurimisve, pilis subnullis aut in foliis plus minus confertis.)

418. COCHLEÁRIA. *Löffelkraut.*

Calyx 4 phyllus, foliolis aequalibus. Corolla 4 petala, cruciformis, petalorum limbo obovato obtuso. Stamina edentula. Silicula globosa ovata aut oblonga, septo tenui, valvulis ventricosis crassiusculis, loculis rarius 2 spermis, saepius polyspermis. Stylus brevissimus. Semina immarginata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Alyssineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1774. *C. saxatilis:* siliculis lentiformibus laevibus, foliis radicalibus oblongis dentatis pilosis, caulinis lineari-oblongis. Decand. syst. II. 359. prodr. 172. Lam. fl. fr. II. p. 471. *Myagrum saxatile*, Linn. Willd. III. 409. Decand. fl. fr. 4270. Gmel. bad. III. 11. Jacq. austr. t. 128. *Nasturtium saxatile*, Crantz austr. I. p. 14. t. 1. f. 2. *Alyssum alpinum*, Scop. carn. ed. 2. n. 793. *Alyssum myagrodes*, All. ped. n. 887. *Kernera myagrodes*, Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 42. *Camelina saxatilis*, Pers. II. 191. Desv. journ. bot. 3. p. 170. Baumg. stirp. II. 224. *Alyssum rupestre*, Willd. enum. II. 612.

In rupestribus et asperis calcareis (Austr. M. Ducat. Badens.) ♃. Maj. — Jul. (Petala obovata, nivea, calyce 2plo - 3plve longiora.)

1775. *C. Armoracia:* siliculis ellipsoideis, foliis radicalibus oblongis crenatis, caulinis elongato-lanceolatis dentatis incisisve, radice repente carnosa maxima. Decand. syst. II. 360. prodr. 173. fl. fr. 4235. Willd. III. 451. Smith. britt. 690. Roth. II. 2. 97. Gmel. bad. III. 41. engl. Bot. 2223. Schk. t. 181. *C. Armoracia*, Linn. *C. rusticana*, Lam. fl.

fr. II. 471. *Raphanus magna*, Mönch. meth. 267. *Armoracia rusticana*, Baumg. stirp. 239. fl. Wett. *A. sativa*, Hell.

In aquosis submontanis passim (Bonnae) ♃. Maj. —Jul. (Flores albi, calyce patente. Folia radicalia maxima.)

1776. C. *glastifolia*: siliculis subglobosis, foliis caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus acuminatis integerrimis. Decand. syst. II. 362. prodr. 173. fl. fr. 4236. Willd. III. 451. Hoffm. II. 41. Mönch. meth. 266. Schk. t. 181. C. *glastifolia*, Linn.

In agris. (Ratisb.) ♂. Maj. — Jul. (Petala alba obovata, obtusa, calyce paullo longiora. Siliculae globosae, reticulato-venosae, parvulae, stylo subnullo, stigmate vix acuto. Semina rotunda muricato-echinata.)

1777. C. *anglica*: siliculis ovato-subglobosis venoso-reticulatis pedicello dimidio brevioribus, foliis radicalibus petiolatis ovatis integris, caulinis oblongis. Decand. syst. II. 364. prodr. 173. Willd. III. 449. Roth. II. 2. 87. Smith. britt. 688. fl. dan. 329. engl. Bot. 552. C. *anglica*, Linn.

Ad littora marina. (Oldenb. Hannov.) ♂. Maj. (Folia ovata, integra aut rarius subdentato-repanda. Silicula duplo major, quam in C. *officinali*, elliptico-globosa, turgida, venis numerosis prominentibus reticulato-corrugata, stylo longiusculo coronata.)

1778. C. *officinalis*: siliculis ovato-globosis pedicello dimidio brevioribus, foliis radicalibus petiolatis cordatis, caulinis ovatis dentato-angulatis. Decand. syst. II. 364. prodr. 173. fl. fr. 4233. Willd. III. 448. Smith. britt. 688. Roth. II. 2. 86. Gmel. bad. III. 40. Mönch. meth. 266. All. ped. 353. Lam. ill. t. 558. fl. dan. 135. engl. Bot. 551. Trattinnick, Archiv. 5. t. 236. off. Pfl. Lief. III. t. 6. C. *officinalis*, Linn.

Ad littora marina et in locis salsis. (Bavar. Norimb. Suev. Wetterav. Hannov. Holsat. Pomm. Oldenb.) ☉. April — Maj. (Herba glabra, laete virens, multicaulis, ramosa, subadscendens. Folia radicalia petiolata, subdentata, caulina sessilia, basi amplexicaulia, grosse dentata fere incisa. Petala alba, obovata, integra.)

1779. *C. danica*, siliculis ellipsoideis pedicelli longitudine, foliis omnibus petiolatis subdeltoideis. Decand. syst. II. 366. prodr. 173. fl. fr. 4234. Willd. III. 419. Smith britt. 689. Roth. II. 2. 86. fl. dan. 100. engl. Bot. 696. Trattinn. Archiv. 5. t. 237. *C. danica*, Linn. *C. hastata*, Moench. meth. 87.

Ad littora marina. (Holsat. Oldenb. Megalop. prope Warnemünde.) ♂. Maj. — Jun. (Folia omnia fere petiolata, pleraque dentibus grossis 3 - 4 sublobata, interdum tamen reniformia integra. Racemi corymbosi. Siliculae ellipsoideae, reticulato - venosae, stylo brevissimo, loculis saepius 6 spermis, valvis minus turgidis quam in C. officinali, septo exacte elliptico.)

Tribus II. *Thlaspideae.*

Silicula dehiscens, septo angustissimo, valvis carinatis navicularibus. Semina ovalia, interdum marginata. Cotyledones septo contrariae.

419. THLÁSPI. *Täschelkraut.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala aequalia, integra. Stamina edentula. Silicula depressa, apice emarginata, septo oblongo aut ovali, stylo filiformi aut brevissimo, valvis navicularibus dorso membrana foliacea alatis. Semina in quoque loculo plurima, rarius 2, ovata, immarginata. Cotyledones plano - subconvexae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1780. *Th. arvense:* foliis oblongis dentatis, caulibus erectis, siliculis obovato-orbiculatis pedicello brevioribus. Decand. syst. II. 375. fl. fr. 4250. Willd. III. 442. Smith. britt. 683. Poll. palat. 608. Scop. carn. 810. Moench. meth. 268. Roth. II. 2. 94. Gmel. bad. III. 34. fl. dan. 793. engl. Bot. 1659. Schk. t. 180. Gärtn. II. t. 141. f. 3. *T. arvense*, Linn.

In arvis agris cultis arenosis. ☉. Mai.—Jul. (Flores parvi. Silicula profunde emarginata, orbicularis, valvulis compressissimis ala foliacea in dorso undique auctis. Semina in quoque loculo 6-7, fusca, obovata striata. Odor herbae tritae suballiaceus.)

1781. *T. alliaceum:* foliis oblongis obtusis subdentatis, inferioribus petiolatis, superioribus auriculis acutis sagittato-amplexicaulibus, siliculis subovatis ventricosis, stigmate subsessili. Decand. syst. II. 378. prodr. 176. fl. fr. 4251. Willd. III. 443. Roth. II. 2. 93. Baumg. stirp. II. 243. Jacq. ic. rar. I. t. 121. *T. alliaceum*, Linn.

In agris et arvis. (Austr. Siles. Dresd.) ☉. Jun. —Jul. (Flores praecedente paulo minores. Siliculae dimidio fere minores, pedicello duplo fere breviores ovatae subventricosae, breviter emarginatae, stylo vix ullo apiculatae. Semina in quoque loculo 4, ovata, compressa, laevia nec striata. Herba allium redolet.)

1782. *T. perfoliatum*: foliis subdentatis, radicalibus petiolatis, caulinis cordato-amplexicaulibus, caule ramoso, petalis calyci aequalibus, siliculis obcordatis 8spermis, stigmate subsessili. Decand. syst. II. 378. prodr. 176. fl. fr. 4253. Willd. III. 446. Smith. britt. 685. Roth. II. 2. 95. Gmel. bad. III. 28. Poll. palat. 611. Jacq. austr. t. 337. engl. Bot. 2354. *T. perfoliatum*, Linn.

In agris et arvis apricis praecipue calcareis passim. ☉. Mart. — Jul. (Petala obovata calyce vix longiora. Silicula obcordata, valvulis carinatis dorso alatis, ala basi subobsoleta, stylo brevissimo inter lobulos obtu-

sos suboccultato, septo elliptico subfalcato. Semina in quoque loculo 4, ovata, parva, rufa.)

1783. *T. alpestre:* foliis subintegerrimis, radicalibus obovatis petiolatis, caulinis ovato-oblongis basi cordata amplexicaulibus, staminibus corollam aequantibus, siliculis 3 angulari-obcordatis 8-12 spermis, stylo lobos siliculae aequante, radice caespitosa. Koch. bot. Zeitung. 1824. Sylloge. p. 26. Decand. syst. II. 380. (excl. syn. Gmel. bad. III. 29. ad varietatem pumilam. T. perfoliati spectante.) prodr. 176. fl. fr. 4255. Willd. III 447. Smith. britt. 686. Roth. II. 2. 96. engl. Bot. 81. *T. alpestre*, Linn. *T. coerulescens*, Presl. fl. cech. 133. *T. montanum*, Poll. palat. II. 213.

In agris et pratis montanis. (Austr. Suev. Saxon. Halae. Siles.) ☉. April — Jun. (Caulis subsimplex. Petala obovato-cuneiformia, calycem interdum aequantia (saepe duplo longiora), alba vel cum calyce coerulescentia. Stamina longitudine petalorum. Stylus silicula sexies brevior.)

1784. *T. praecox:* foliis denticulatis, radicalibus obovatis petiolatis, caulinis oblongis subsagittato-amplexicaulibus, staminibus corolla dimidio brevioribus, petalis cuneiformibus, siliculis 3 angulari-obcordatis 4-spermis, stylo porrecto siliculam dimidiam aequante, radice caespitosa. Koch. l. c. p. 28. *T. praecox*, Wulf. in Jacq. collect. II. 124. t. 9. *T. montanum*: β. Willd. III. 445. Decand. syst. II. 380. prodr. 176. *T. alpinum*, Crantz austr. I. 23. t. 3. f. 1. (sec. Decand.)

In montosis, saxosis. Austr. ♃. Mai.—Jul. (Herba tota eximie glauca. Folia subtus saepe intense purpurea. Stamina petalis evidenter, plerumque dimidio, breviora. Semina 4. Differt a *T. alpestri*: herba magis glauca, foliis crebrius denticulatis, caulinis magis sagittatis, floribus 2plo 3plve majoribus, staminibus corolla brevioribus, antheris luteis, et stylo longitudine dimidiae siliculae. — A. *T. montano* et *al-*

pino: radice caespitosa nec stolonifera, herba magis glauca, foliis crebrius denticulatis, caulinis plerumque angustioribus longioribus, calycis foliolis oblongis, petalis conspicue angustioribus obovato-cuneiformibus, versus basin sensim attenuatis, nec e lamina ovata subito in unguem angustatis.)

1785. *T. montanum:* foliis subintegerrimis, radicalibus obovatis petiolatis, caulinis ovato-oblongis subsagittato-amplexicaulibus, staminibus corollæ dimidio brevioribus, petalis obovatis retusis, siliculis obcordatis 4 spermis, stylo porrecto dimidiam siliculam subaequante, cauliculis stoloniformibus. Koch. l. c. p. 30. Decand. syst. II. p. 379. (excl. var. et syn. Poll. palat.) prodr. 176. fl. fr. 4254. Willd. III. 445. Roth. II. 2. 94. Gmel. bad. III. 27. Jacq. austr. t. 237. Schk. t. 180. *T. montanum*, Linn.

In saxosis montosis. (Austr. Bavar. Suev. Francon. Palat. Muggendorf. Herb. Barby.) ♃. Mart. — Maj. (Radix fusiformis. Semina 3-4.)

1786. *T. alpinum*: foliis subintegerrimis, radicalibus obovatis petiolatis, caulinis ovato-oblongis subsagittato-amplexicaulibus, staminibus corolla dimidio brevioribus, petalis obovatis rotundo-obtusis, siliculis oblongo-obcordatis 6-spermis, stylo porrecto silicula 4plo breviore, cauliculis stoloniformibus. Koch. l. c. p. 31. *T. alpina*, Jacq. austr. t. 238. Willd. III. 446. *T. montanum γ.* Decand syst. II. 380. prodr. 176. *Iberis rotundifolia*, Sturm. Heft. 20. (fructus, nec caules florentes.)

In saxosis montium. (Austr.) ♃. Maî. — Jul. (Differt a praecedente praeter Diagnosin: foliis caulinis basi profundius cordatis, petalis apice rotundatis nec retusis, pedunculis silicula brevioribus, siliculis oblongo-obcordatis multo longioribus sed non latioribus, versus basin magis attenuatis saepe 6 spermis, stylo ratione longitudinis siliculae breviore vix quartam ejus partem attingente, coronatis.)

420. CAPSÉLLA. *Hirtentasche.*

Calyx 4 phyllus, aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis integris. Stamina edentula. Silicula depresso-complanata, 3 angularis. apice truncata, septo membranaceo fere lineari, valvis carinatis compressis dorso non alatis, stylo brevissimo. Semina in quoque loculo plurima.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1787. *C. bursa pastoris:* Decand. syst. II. 383. prodr. 177. Moench. meth. 271. Medik. in Ust. neu. Ann. II. 46. Baumg. stirp. II. 247. Desv. journ. III. 168. a Schlechtend. berol. I. 345. a Boenningh. monast. p. 192. *C. bursa pastoris*, Moench. *Thlaspi bursa pastoris*, Linn. Willd. III. 447. Smith. britt. 687. Decand. fl. fr. 4249. Gmel. bad. III. 30. Poll. palat. 612. fl. dan. t. 729. engl. Bot. 1485. Schk. t. 180. *Iberis bursa pastoris*, Crantz. austr. p. 20. *Nasturtium b. p.* Roth. II. 2. 96. *Rodschiedia b. p.* fl. Wett. II. 435.

α. *integrifolia:* floribus petaliferis, foliis omnibus integerrimis. a Schlechtend. berol. p. 345. Decand. l. c.

β. *sinuata:* floribus petaliferis, foliis sinuato-dentatis. a Schlechtend. l. c.

γ. *pinnatifida:* floribus petaliferis foliis pinnatifidis. a Schlechtend. et Decand. l. c.

δ. *apetala:* floribus apetalis (decandris) a Schlechtend. l. c. a Boenningh. monast. p. 193. Decand. in adnotat. bot. Zeitung. 1821. II. p. 623.

In arenosis, cultis, viis, agris, oleraceis, sylvis etc. ☉. et ♂. April — Sept. (Planta polymorpha, varians radice nunc perpendiculari nunc obliqua simplici aut ramosa, caule simplici aut ramoso pollicari aut 2 pedali, foliis integerrimis, subdentatis sinuato-dentatis, magis minusve pinnatifidis, laciniis integerrimis aut

dentatis, floribus maioribus, minoribus, petalis 4 et staminibus 6, aut petalis in stamina mutatis staminibus 10, petalis albis aut violaceis, siliculis majoribus minoribusve, magis minusve in pedunculum attenuatis. Pubescentia ex pilis simplicibus majoribus et aliis stellatim dispositis, stellis pauciradiatis, composita.)

421. HUTCHÍNSIA. *Hutchinsie.*

Calyx 4 phyllus, erectus, aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala aequalia, integra. Stamina edentula. Silicula oblonga aut elliptica, apice acuta aut truncata, depressa, utrinque integra, valvis navicularibus apteris, septo membranaceo oblongo utrinque acuminato, loculis 2 — 4 spermis, rarissime 6 — 8 spermis. Semina e quaque placenta alterna, pendula.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1788. *H. rotundifolia:* foliis subcarnosis integerrimis, infimis petiolátis obovatis, caulinis ovato-oblongis subamplexicaulibus, staminibus petalis et stylo silicula dimidio brevioribus. Decand. syst. II. 385. prodr. 177. R. Brown. h. Kew. ed. II. V. 4. p. 82. Desv. journ. 3. 168. *Iberis rotundifolia*, Linn. Willd. III. 454. Baumg. stirp. II. 241. Roth. II. 2. 82. Scop. carn. 805. t. 37. Sturm. I. 20. *Lepidium rotundifolium*, All. ped. I. 152. t. 55. f. 2. Decand. fl. fr. 4245. *Noccaea rotundifolia*, Mönch. meth. suppl. 89.

In alpibus. (Carinth. Carniol. Salisb. Bavar.) ♃. Jul. — Aug. (Folia subcarnosa, glaucescentia, integra, glabra. Petala obovata, rubella, staminibus duplo fere longiora. Silicula elliptico-oblonga, utrinque acuminata, stylo filiformi superata et eo duplo longior. Semina in quoque loculo 2 — 3, alterna, pendula, ovali-oblonga, rufa.)

1789. *H. cepeaefolia*: foliis subcarnosis, inferioribus petiolatis oblongo-obovatis apice denticulatis, caulinis oblongis, staminibus corolla brevioribus, stylo silicula 3 plo breviore. Decand. syst. II. 386. prodr. 177. *Iberis cepeaefolia*, Wulf. in Jacq. misc. II. p. 28. t. 1. Willd. III. 455. Desv. journ. 3. p. 165.

In alpibus Carinthiae. ♃. Mai. (Differt a praecedente: foliis inferioribus oblongis obovatis apice dentatis, superioribus oblongis acutis basi non amplexicaulibus, siliculis longioribus, styli longitudine tamen non mutata.)

1790. *H. alpina*: foliis pinnati-partitis glabris, petalis calyce deciduo duplo longioribus, siliculis utrinque acutis, stylo brevissimo exserto. Decand. syst. II. 389. prodr. 178. Brown. h. Kew. ed. 2. V. 4. p. 82. Desv. journ. 3. p. 168. *Lepidium alpinum*, Linn. Willd. III. 433. Decand. fl. fr. 4242. Lam. fl. fr. 2. 468. Schranck fl. monac. III. t. 216. Jacq. austr. t. 137. *Lepidium Halleri*, Crantz austr. 1. p. 8. t. 1. f. 3. *Draba Nasturtiolum*, Scop. carn. ed. 2. n. 791. *Draba alpina*, Baumg. stirp. II. 232. (non Linn.)

In rupibus humidiusculis alpium. (Austr. Salisb. Bavar.) ♃. Jul. — Aug. (Folia fere omnia subradicalia, glabra, breviter petiolata, pinnati-partita. Caules pube minima substellata pubescentes. Flores albi. Glandulae minimae vix sublente videndae, ante petala aut ad latus utrumque staminum lateralium sitae. Siliculae utrinque acutae, stylo brevissimo fere nullo apiculatae, valvis concavo-carinatis, septo membranaceo oblongo. Semina in quoque loculo 2, ovata, pendula.)

1791. *H. petraea*: foliis pinnati-partitis glabris, petalis calyce vix longioribus, siliculis utrinque obtusis 4 spermis, stigmate sessili. Decand. syst. II. 389. prodr. 178. Brown. h. Kew. ed. 2. V. 4. p. 82. Desv. journ. 3. p. 168. *Lepidium petraeum*,

Linn. Willd. III. 434. Smith. britt. 681. Decand. fl. fr. 4243. Roth. II. 2. 89. Wallr. sched. I. 343. Jacq. austr. t. 131. engl. Bot. t. 111. *Lepidium Linnaei*, Crantz. Austr. 9. t. 2. f. 4. 5. *Lepidium pusillum var. β.* Lam. fl. fr. III. 468.

In petrosis lapidosis arenosis submontanis apricis. (Austr. Hannov. Hohenstein prope Steigerthal. Salisb. Siles. Frankenhausen.) ⊙. Mart. — Maj. (*H. alpinae*, affinis, sed flores minores, petalis calyce vix majoribus. Siliculae utrinque obtusiusculae, stylo nullo apiculatae, sed stigmate sessili terminatae. Semina in quoque loculo 2, pallide rufa, subovato-globosa minima.)

1792. *H. procumbens:* foliis sinuato-pinnatifidis aut subintegris, petalis vix calyce majoribus, siliculis utrinque obtusis 10 — 12 spermis, stigmate sessili. Decand. syst. II. 390. prodr. 178. Desv. journ. 3. p. 168. *Lepidium procumbens*, Linn. Willd. III. 432. Decand. fl. fr. 4214. Bieb. fl. taur. cauc. II. 96. *Lepidium pusillum Var. α.* Lam. fl. fr. II. 468. *Thlaspi procumbens*, Wallr. sched. II. 349. tab. III.

In aggeribus humectis salsis. (Halae.) ⊙. Maj. (Herba glabra, multicaulis. Folia sparsa, pauca, oblonga. Flores minimi, albi. Siliculae ovales utrinque obtusae apice interdum retusae, stigmate sessili punctiformi terminatae, septo elliptico utrinque acuto membranaceo, valvis carinatis apteris. Semina ovata compressa, pallide rufa, minima, in quoque loculo 6-8.)

422. TEESDÁLIA. *Teesdalie.*

Calyx deciduus, fere 4 partitus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala integra, aequalia. Stamina basi intus squamula aucta. Silicula depressa, ovalis, apice emarginata, valvis navicularibus in carina subulatis dehiscentibus, septo oblongo angusto, stylo nullo. Semina in quoque loculo 2, suborbiculata, compressa. Cotyledones suborbiculares.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1793. *T. Iberis:* petalis inaequalibus, exterioribus majoribus. Decand. syst. II. 392. prodr. 178. *T. nudicaulis*, Brown. h. Kew. ed. 2. V. 4. p. 83. Smith. trans. Lin. soc. II. p. 286. *Iberis nudicaulis*, Linn. Willd. III. 458. Smith. britt. 692. Poll. palat. n. 615. Mönch. meth. 269. Roth. II. 2. 82. Lam. fl. fr. II. 673. Gmel. bad. III. 33. fl. dan. t. 323. engl. Bot. 327. Schk. t. 179. Sturm. 1. 11. *Lepidium scapiferum*, Wallr. sched. 345. *Thlaspi nudicaule*, var. α. Decand. flor. fr. n. 4248. β. *ramosa:* caulibus elongatis ramosis ad apicem usque foliorum fasciculis auctis, foliis caulinis radicalibus omnino conformibus. a Boenningh. monast. p. 193.

In arvis et agris arenosis. ⊙. Maj. — Jul. (Flores albi.)

423. IBERIS. *Zungenblume.*

Calyx 4phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala inaequalia, 2 exteriora magna. Stamina edentula. Silicula valvis carinatis navicularibus depressissima, basi ovata, apice valvis nempe in lobulos productis emarginata, stylo persistente filiformi apiculata, septo interdum 2 partibili angustissimo, loculis latere interno axi adnatis, 1 spermis. Semina ovata, pendula. Radicula ad latus embryonis exterius. Cotyledones interius adscendentes.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1794. *I. amara:* herbacea, foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus corymbosis mox racemosis, siliculis orbiculatis anguste emarginatis. Decand. syst. II. 398. prodr. p. 180. fl. fr. 4262. Willd. III. 456. Smith. britt. 692. Poll. palat. 614. Scop. carn. ed. 2. n. 806. Roth. II. 2. 82. Gmel. bad. III. 32. engl. Bot. 52. Schk. t. 179. *I. amara*, Linn.

In arvis et agris. (Carinth. Palat. Suév. Francon. Neovid. Lützen. Mücheln prope Lips.) ⊙. Jun. — Aug. (Folia glabra. Flores albi. Petala 2 superiora calyce 2plo, inferiora calyce 4plo longiora, obovato-cuneata. Glandulae 4 virides, parvae, subglobosae, 2 ad quodque latus staminum minorum.)

424. BISCUTÉLLA. *Brillenschote.*

Calyx 4 phyllus, foliolis nunc erectiusculis basi subaequalibus, nunc erectis, 2 lateralibus deorsum gibboso-calcaratis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato integro. Stamina edentula. Silicula 2 locularis, stylo longo persistente superata, loculis compressissimis orbiculatis planis scutaeformibus, lateraliter axi adnatis, a basi ad apicem ab axi separabilibus, vix aut non marginatis, 1 spermis. Semina compressa. Embryo inversus nempe radicula descendens.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Thlaspideae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1795. *B. auriculata:* calycibus obtuse bicalcaratis, siliculis glabris in disco punctis elevatis glabris, lobis apice in stylum coeuntibus. Decand. syst. II. 407. prodr. 181. Willd. III. 472. Decand. fl. fr. 4208. diss. sur les crucif. n. 1. t. 1. f. 2. Schk. t. 182. *B. auriculata,* Linn. *B. auriculata β.* Lam. dict. III. p. 617. illustr. t. 570. f. 2. *Thlaspidium saccatum,* Mönch. meth. 218. *Iondraba sulfurea,* Med. gen. plant. I. 27. t. 1. f. 14. *Clypeola auriculata,* Crantz crucif. p. 93.

In montosis. (Salisb.) ⊙. Maj. — Juni. (Flores pallide flavi. Calyx submembranaceus, foliolis 2 lateralibus in calcar rectum aut subincurvum obtusum desinentibus, 2 linearibus planis. Petala 4, ungue filiformi, limbo elliptico. Glandulae laterales acute 2 cornutae. Silicula magna, in disco punctis elevatis seu glandulis exsertis scabra, pilis veris destituta,

lobis apice in stylum siliculae aequalem membranula coeuntibus. Semina orbiculata, compressa.)

1796. *B. laevigata:* siliculis glabris laevibus, foliis subradicalibus piloso-scabris oblongis, in petiolum attenuatis subdentatis integrisve, caulinis linearibus, paucis integerrimis. Decand. system. II. 413. prodr. 182. flor. fr. 4209. ic. rar. p. 11. t. 38. diss. n. 19. Willd. III. 474. Schranck. fl. mon. I. t. 93. Baumg. stirp. II. 248. Gmel. bad. III. 46. Roth. II. 2. 98. Jacq. austr. t. 339. *B. laevigata,* Linn. *B. didyma,* Scop. carn. n. 804. *Clypeola didyma,* Crantz. austr. p. 20. *Thlaspidium laevigatum,* Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 38.

In asperis apricis montium. (Austr. Carniol. Salisb. Ratisb. M. Ducat. bad. Wetter. in rupestribus prope Altenahr.) ♃. Mart. — Maj. (Facile distincta species foliis integris aut vix dentatis.)

1797. *B. ambigua:* foliis radicalibus oblongis obtusis in petiolum decurrentibus sinuato-dentatis, utrinque cauleque inferiore villosis, caulinis basi cordata amplexicaulibus, siliculis emarginatis cum pedicellis cauleque superiore ramoso glaberrimis. Wallr. sched. crit. I. 338.

α. *latifolia:* foliis radicalibus caespitosis oblongo-lanceolatis in petiolos longos attenuatos decurrentibus sinuato-dentatis margine revolutis villosis caulinisque basi cordata hiante amplexicaulibus maximis. Wallr. l. c. *B. laevigata var.* 3 Hoffm. II. 44. *Leucojum montanum,* Thal. herc. 69. excl. syn.

β. *tenuifolia:* foliis radicalibus lanceolatis oblongisve basi attenuata subsessilibus dentatis utrinque hirsutis caulinisque vaginanti-amplexicaulibus subconformibus. Wallr. l. c.

In collibus editioribus gypsaceis. (Halae.) ♃. Jun. (Flores flavi.)

Tribus III. *Euclidieae.*

Silicula (nucumentacea) indehiscens, valvis concavis indistinctis aut non secedentibus, septo elliptico interdum evanido. Semina ovalia, paucissima. Cotyledones planae, septo (dum adsit) parallelae.

425. EUCLÍDIUM. *Euklidium.*

Calyx 4 phyllus, erectiusculus. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis obovatis. Stamina edentula. Silicula drupacea, ventricosa, ovata aut obovata, suturis valvarum non dehiscentium manifestis, stylo subulato obliquo persistente aut sero deciduo terminata, 2 locularis. Semina in quoque loculo solitaria, pendula, ovato-compressa.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Euclidieae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1798. *E. syriacum:* siliculis scabris, stylo subulato persistente, foliis caulinis petiolatis lanceolatis. Decand. syst. II. 421. prodr. 184. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 74. *Anastatica syriaca,* Linn. Jacq. austr. I. p. 7. t. 6. *A. hierochuntica,* Crantz. austr. p. 7. (non Linn.) *Myagrum syriacum,* Lam. dict. I. p. 570. n. 9. *Bunias syriaca,* Gärtn. II. 290. t. 141. f. 11. Willd. III. 413. M. a. Bieb. fl. taur. cauc. II. p. 78. Pers. synops. II. 184. Baumg. stirp. II. 227. *Hierochontis carniolica,* Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 40.

In ruderatis asperis arenosis. (Austr. Viennae. Carniol.) ☉. April.—Jun. (Flores spicati, minimi. Siliculae pubescentes, stylo extus oblique flexo mucronatae.)

Tribus IV. *Cakilineae.*

Silicula transverse in articulos 1—2 loculares 1—2 spermos secedens. Semina emarginata. Cotyledones planae, septo (dum adsit) parallelae.

426. CÁKILE. *Meersenf.*

Calyx 4 phyllus, suberectus, basi bigibbosus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato. Stamina edentula. Silicula biarticulata, lomentacea, compressa, articulo inferiore suberoso quasi turbinato superne 2 dentato truncato, superiori ensiformi, stigmate ad apicem sessili. Semen in utroque loculo solitarium, inferioris pendulum, superioris erectum. Cotyledones lineares.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Cakilineae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1799. *C. maritima:* siliculae articulo superiore ensiformi. Decand. syst. II. 428. prodr. 185. fl. fr. 4271. Willd. III. 416. Roth. II. 2. 117. Scop. carn. 844. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 71. Desv. journ. III. p. 161. Lam. illustr. t. 554. f. 1. Hayne, term. bot. t. 17. f. 3. *Bunias Cakile,* Linn. Smith. britt. 694. Hoffm. II. 33. fl. dan. 1168. engl. bot. 231. *Cakile Serapionis,* Gärtn. II. p. 287. t. 141. f. 12.

In arenis maritimis. (Austr. Holsat. Oldenb. Jever. Megalop.) ☉. Jun.—Sept. (Flores purpurascentes, vel violacei.)

Notorhizeae: Cotyledones planae, incumbentes. Radicula dorsalis nempe dorso cotyledonum incumbens. Semina ovata non marginata.

Tribus I. *Camelineae.*

Silicula valvis concavis, septo elliptico in majore diametro. Semina ovata. Cotyledones septo contrariae.

427. CAMELÍNA. *Cameline.*

Calyx 4phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Staminum filamenta edentula. Silicula obovata globosavae, integra, obtusa, stylo persistente

superata, septo membranaceo, valvis ventricosis dehiscentibus, loculis 2 polyspermis. Semina oblonga immarginata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Camelineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1800. *C. sativa:* siliculis cuneato-pyriformibus 4 costatis stylo longiusculo terminatis, foliis subintegerrimis lanceolatis. Decand. syst. II. 515. prodr. 201. Crantz. austr. p. 10. Pers. II. 191. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 93. Desv. journ. 3. p. 170. Baumg. stirp. II. 223. Wallr. sched. I. 347. (excl. var. *β.*) et *C. sylvestris*, Wallr. l. c. *Myagrum sativum*, Linn. Willd. III. 405. Poll. palat. 602. Hoffm. II. p. 32. Decand. fl. fr. 4269. Gmel. bad. III. 9. Schk. t. 178. Sturm. 1. 4. *Alyssum sativum*, Smith. britt. 679. engl. Botan. 1254. Scop. carn. n. 794. *Moenchia sativa*, Roth. II. 2. 75. *Camelina sagittata*, Moench. meth. 255.

α. pilosa: foliis integris pilosis.

β. glabrata: foliis integris glabris aut subglabris.

In arenosis et arvis cultis, inter segetes et Lina. ☉. Jun.—Jul. (Flores flavescentes. Glandula minuta, viridis, ad utrumque staminum minorum latus. Petala oblongo-linearia, subcuneata, obtusa. Semina rufo-flavescentia.)

1801. *C. dentata:* siliculis subgloboso-pyriformibus 4 costatis stylo longiusculo superatis, foliis repando-dentatis. Decand. syst. II. 516. prodr. 201.

β. dentata: foliis glabriusculis grosse dentatis aut sinuatis. Decand. l. c. Pers. II. 191. *C. sativa var. β.* Wallr. sched. I. 348. *Myagrum dentatum*, Linn. Willd. III. 408. phyt. I. p. 9. n. 30. Hoffm. II. 32. Schult. observ. 922. Lejeun. fl. de Spa. II. 52. Baumg. stirp. II. 224. *Myagrum Bauhini*, Gmel. Bad. III. 7. *Cochlearia foetida*, Schk. II. n. 1805.

In arvis. (Suev. Francon. Darmst. Hannov. Erfurt. M. Ducat. Bad.) ☉. Maj. — Jun. (Differt a praecedente foliis plus minusve repandis dentatis sinuatisve et praesertim siliculis magis inflato - globosis et seminibus crassioribus.)

1802. *C. austriaca:* siliculis globosis, foliis oblongis serrato - dentatis basi obtuse amplexicaulibus, caule glabro. Decand. system. II. 517. prodr. 201. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 93. Desv. journ. 3. p. 170. Baumg. stirp. II. 224. *Myagrum austriacum,* Jacq. austr. t. 111. Willd. III. 408. Hoffm. 32. Schult. observ. n. 923. Schk. t. 158.

In pratis argillaceis. (Austr. Siles. teste Günther. enum. p. 111.) ♃. Maj. — Jun. (Caulis glaber, ramosus. Folia glabra, acuta, serrata. Petala alba, parva, ovalia. Siliculae globosae. Semina parva.)

428. NÉSLIA. *Neslie.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis integris. Filamenta edentula. Silicula coriacea, indehiscens, subgloboso - compressa, 2 locularis, septo tenui in majore diametro interdum evanido et tunc silicula 1 locularis et 1 sperma, valvis concavis non distinctis. Semina in quoque loculo solitaria, subglobosa, pendula, lateraliter inserta. Cotyledones ovatae, crassae.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Camelineae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1803. *N. paniculata:* foliis lanceolatis subdentatis sagittatis amplexicaulibus. Decand. syst. II. 520. prodr. 202. Desv. journ. 3. p. 162. *Myagrum paniculatum,* Linn. Willd. III. 409. Poll. palat. 603. Roth. II. 2. 81. Gmel. bad. III. 10. fl. dan. 204. Schk. t. 178. *Nasturtium paniculatum,* Crantz. austr. p. 15. *Crambe paniculata,* All. ped. II. 256. *Vogelia sagittata,* Med. in Ust. neu. Ann. II. p. 38. *Rapistrum paniculatum,*

Gärtn. II. p. 258. t. 141. Pers. II. 185. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 75. Wallr. sched. 334. *Bunias paniculata*, Baumg. stirp. II. 227. Decand. fl. fr. 4276. *Alyssum paniculatum*, Willd. enum. 2. 671.

In arvis et arenosis passim. ☉. Jun. — Aug. (Petala lutea.)

Tribus II. *Lepidineae.*

Silicula septo angustissimo, valvis carinatis aut valde concavis. Semina in loculis solitaria aut pauca, ovata, immarginata. Cotyledones septo parallelae.

429. SENEBIÉRA. *Senebiere.*

Calyx 4 phyllus, aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis integris. Stamina edentula (interdum abortu 4 aut 2). Siliculae didymae, subcompressae, evalves, apterae, 2 loculares, indehiscentes, stigmate sessili, valvis subglobosis rugosis aut subcristatis, loculis 1 spermis. Semina pendula, subgloboso-3 quetra. Cotyledones lineares.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Lepidineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1804. *S. pinnatifida:* foliis pinnatilobis, lobis oblongis dentatis aut subincisis, siliculis compressis didymis reticulatis apice emarginatis. Decand. syst. II. 523. prodr. 203. Mem. soc. hist. nat. par. an. 7. p. 144. t. 9. fl. fr. 4238. *S. didyma*, Pers. II. 185. Willd. enum. 2. 668. Desv. journ. 164. *Lepidium didymum*, Linn. Willd. III. 439. Schult. observ. n. 939. Roem. Arch. I. 2. p. 27. *Nasturtiolum castratum*, Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 45. *N. pinnatum*, Moench. suppl. 71. *Coronopus didyma*, Smith. britt. 691. engl. Bot. 284. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 76. Gmel. bad. III. 44.

In agro Carlsruhensi. ☉. Jul. — Aug. (Flores albi, parvi.)

1805. *S. Coronopus:* foliis pinnati-lobatis, lobis integris dentatis pinnatifidisve, siliculis acutiusculis compressis apice non emarginatis, valvis dorso eristato-rugosis. Decand. syst. II. 525. prodr. 203. Pers. II. 185. *Cochlearia Coronopus*, Linn. Willd. III. 450. Roth. II. 2. 87. Poll. palat. n. 613. Scop. carn. 800. fl. dan. 202. Schk. t. 181. *C. repens*, Lam. fl. fr. II. 473. *Coronopus Ruellii*, All. ped. n. 934. Gärtn. II. 293. t. 242. Smith. britt. 690. Lam. ill. t. 558. Brown. h. Kew. ed. 2. IV. p. 75. Wallr. sched. 337. engl. Bot. 1660. *C. depressus*, Moench. meth. 220. Baumg. stirp. II. 280. C. *vulgaris*, Decand. fl. fr. 4239. *Carara Coronopus*, Medik. in Ust. neu. Ann. II. 38.

In ruderatis apricis secus vias, in calcareis et arenosis. ☉. Maj. — Jul. (Caulis prostratus. Petala alba, calyce vix longiora.)

450. LEPÍDIUM. *Kresse.*

Calyx 4phyllus, aequalis. Corolla 4petala, cruciformis, petalis integris. Stamina edentula. Silicula ovalis, depressa, dehiscens, valvis carinatis dorso nunc apteris, nunc ad apicem breviter alatis, septo membranaceo angusto nunc valvis aequali, nunc iis breviore et tunc silicula apice emarginata, stylo nunc subnullo nunc filiformi. Semina in quoque loculo solitaria, pendula, subtriquetra aut compressa. Cotyledones oblongae aut lineares.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Lepidineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1806. *L. Draba:* siliculis cordatis subturgidis apice integris valvis concavis dorso apteris stylo superatis, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis glabris. Decand. syst. II. 529. prodr. 203. Linn. ed. 1. Crantz. austr. 1. p. 10. n. 3. Roth. II. 2. 88. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 86. *Cochlearia Draba*, Linn. sp. ed. 2. Willd. III. 451. Decand. fl. fr

4237. Moench. Meth. 266. Hoffm. 41. Jacq. austr. t. 315. Spreng. hal. mant. I. 10. *Nasturtium Draba*, Crantz. cruc. 91. *Cardaria Draba*, Desv. journ. III. 163. Draba ruderalis Baumg. stirp. II. 232. *Cardiolepis dentata*, Wallr. sched. I. 340.

In arvis, agris. (Austr. Bavar. Francon. Erlang. Saxon. Halae. Bonnae. Siles.) ♃. Jun. — Jul. (Flores albi.)

1807. *L. sativum:* siliculis orbiculatis apice emarginatis, valvis carinato-navicularibus dorso subulatis, stylo brevissimo intra emarginaturam incluso, foliis varie divisis incisisque glabris, ramis non spinescentibus. Decand. syst. II. 533. prodr. 204. Willd. III. 435. Roth. II. 2. 89. Gmel. bad. III. 19. Baumg. stirp. II. 240. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 89. Schk. t. 180. Sturm. 1. 9. Gärtn. II. t. 141. f. 5. *L. sativum*, Linn. *Thlaspi sativum*, Crantz. austr. I. p. 21. Decand. fl. fr. 4247. *Lepia sativa*, Desv. journ. 3. 165.

Ad sepes, in dumetis quasi sponte. Colitur hinc inde, ex Persia orta. ☉. Jun. — Jul. (Flores albi.)

1808. *L. campestre:* siliculis ovatis alatis emarginatis lepidoto-punctatis, stylo brevissimo intra emarginaturam incluso, foliis caulinis sagittato-dentatis. Decand. syst. II. 535. prodr. 204. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 465. *Thlaspi campestre*, Linn. Willd. III. 444. Smith. britt. 684. Decand. fl. fr. 4257. Scop. carn. 807. Crantz. austr. 23. Poll. palat. 609. Roth II. 2. 94. Gmel. bad. III. 25. fl. dan. 1221. engl. Bot. 1385. Schk. t. 180. *Thlaspi hirsutum var. α.* Lam. fl. fr. ed. 1. V. II. p. 465. *Iberis campestris*, Wallr. sched. 341.

In agris argillosis apricis. Inter segetes ☉. Jun. —Jul. (Folia cano-pubescentia, radicalia spathulato-oblonga dentata vel pinnatifida. Flores albi, parvi.)

1809. *L. hirtum:* siliculis ovatis alatis emarginatis hirtis, stylo brevissimo intra emarginaturam incluso, foliis caulinis sagittatis villosis subintegris. Decand. syst. II. 536. prodr. 205. *Thlaspi hirtum*, Linn. Willd. III. 444. Smith. britt. 684. Decand. fl. fr. 4258. Baumg. stirp. II. 243. Roth. bot. Abhandl. p. 34. n. 27. Medik. nov. gen. t. 2. f. 18. in Ust. neu. Ann. 2. p. 34. *Thlaspi hirsutum var. β.* Lam. fl. fr. II. 465. *Lepia hirta*, Desv. journ. 3. 166.

In apricis lapidosis Austriae meridionalis. ♂. Maj. — Jun. (Petala alba, praecedente 3plo majora.)

1810. *L. ruderale:* siliculis ovatis emarginatis patulis pedicello brevioribus, valvis carinatis nec dorso nec apice alatis, stylo vix ullo, foliis glabris radicalibus pinnatilobatis, rameis linearibus integris, floribus diandris apetalis. Decand. syst. II. 540. prodr. 205. Willd. III. 440. Smith. britt. 682. Roth. II. 2. 91. Gmel. bad. III. 23. Poll. palat. 606. Baumg. stirp. II. 241. fl. dan. t. 184. Schk. t. 180. engl. Bot. 1595. *L. ruderale*, Linn. *Nasturtium ruderale*, Scop. carn. ed. 2. n. 801. *Nasturtioides inconspicuum*, Mönch. meth. 270. *Thlaspi ruderale*, All. ped. n. 917. Decand. fl. fr. 4246. *T. tenuifolium*, Lam. fl. fr. II. p. 467. *Iberis ruderalis*, Crantz. austr. 21. Wallr. sched. I. 342. *Senkenbergia ruderalis*, fl. Wett. p. 213.

In ruderatis, secus vias passim. ⊙. Maj. — Aug. (Herba glabra, foetida. Flores minimi.)

1811. *L. perfoliatum:* siliculis ellipticis subemarginatis, valvis carinatis nec dorso nec apice alatis, stylo vix ullo, foliis inferioribus petiolatis pinnatisectis lobis inciso-multifidis, summis cordatis amplexicaulibus integris. Decand. syst. II. 541. prodr. 206. Willd. III. 431. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 88. Baumg. stirp. II. 240. Desv. journ. 3. 165. Jacq. austr. 364. Schk. n. 1778.

In incultis arvis editioribus Austriae. (Viennae.) ☉. April — Jun. (Herba glabra. Flores albi, minimi.)

1812. *L. latifolium:* siliculis ovatis integerrimis nec ullo modo emarginatis stigmate apiculatis, valvis carinatis apteris, foliis ovato-lanceolatis indivisis subserratis glabris, infimis longe petiolatis. Decand. syst. II. 548. prodr. 207. fl. fr. 4240. Willd. III. 436. Smith. britt. 682. Roth. II. 2. 89. Gmel. bad. III. 21. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 85. Crantz. austr. 11. flor. dan. 557. engl. Bot. 182. *L. latifolium*, Linn.

In umbrosis succulentis humidis. (Suev. Francon. Wetterav. Ratisb. Holsat.) ♃. Jun. — Aug. (Herba glabra. Flores parvi, albi, copiosi. Calyx albidus, patens. Petala obovata.)

1813. *L. Iberis:* siliculis ovatis integerrimis nec ullo modo emarginatis stigmate apiculatis, foliis radicalibus incisis pinnati-sectisve, caulinis linearibus integris, caule ramosissimo. Decand. syst. II. 550. prodr. 207. fl. fr. 4241. Willd. III. 441. Poll. palat. n. 607. Hoffm. II. 37. Roth. II. 2. 90. *L. Iberis*, Linn. *L. graminifolium*, Linn. Roth. II. 2. 90. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 86. Moench. meth. 270. Baumg. stirp. II. 241. Gmel. bad. III. 21. Hoffm. II. 37. *L. Pollichii*, Willd. III. 441. *L. gramineum*, Lam. fl. fr. II. 469. *L. diandrum*, Medik. in Ust. neu. Ann. 2. p. 45. *L. miscellaneorum*, Schult. observ. n. 940. *Nasturtium diandrum*, Moench. meth. 270.

In ruderatis et secus vias. (Austr. Wetterav. Palat. Suev. Neovid. Mogunt. Oldenb. Brem. M. Ducat. bad. et Rhen. inf. Bonnae.) ♃. Jun. — Oct. (Planta valde variabilis. Herba glabra. Flores albi, parvi. Calycis foliola ex albo purpurascentia. Petala obovata, obtusa, calyce parum longiora. Stamina interdum 4 aut 2. Semina rufa.)

* *L. Pollichii:* foliis inferioribus lato-lanceo-

latis serratis superioribus linearibus subintegerrimis, siliculis orbiculatis, emarginatis. Roth. II. 2. 91. *L. Iberis*, Poll. palat. n. 607. *Iberis nasturtii folio?* C. Bauh. pin. p. 97.

(Differt a *L. Iberide:* caule paullo majore glaberrimo, foliis radicalibus et caulinis inferioribus latolanceolatis plerumque inciso-serratis, caulinis superioribus linearibus non raro uno alterove dente praeditis, petalis vix calyce majoribus, pedunculis fructiferis patentibus, siliculis fere orbicularibus compressis emarginatis glabris.)

431. AETHIONEMA. *Aethionema.*

Calyx 4 phyllus, basi inaequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala inaequalia, integra. Stamina 4 majora inter se connata aut intus dente notata. Silicula depresso-complanata, apice saepius emarginata et stylo brevi apiculata, 2 locularis polysperma et tunc dehiscens, aut 1 locularis, 1 sperma et indehiscens, valvis naviculatis ad dorsum expansis in alam integram aut rarius dentatam. Semina plurima aut 2 aut solitaria in quoque loculo, ovato-oblonga, sub lente muriculata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Lepidineae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1814. *A. saxatile:* siliculis 2 locularibus polyspermis obcordatis, stylo brevissimo, valvulis dorso alatis integris, staminibus majoribus dentatis. Decand. syst. II. 558. prodr. 209. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 80. *Thlaspi saxatile*, Linn. Willd. III. 444. Decand. flor. fr. n. 4252. Moench. meth. 268. Roth. II. 2. 93. Baumg. stirp. II. 243 Crantz austr. 24. Jacq. austr. t. 236. Schk. t. 180. *Thlaspi peregrinum*, Scop. carn. ed. 2. n. 809. (cf. botan. Zeit. 1823. II. p. 464.)

In rupestribus. (Austriae Carniol. Bavar. Ratisb. Salisb.) ☉. interdum ♃. Maj.—Jul. (Flores parvi

plus minusve ex albo-purpurascentes. Folia lanceolata integerrima glauca.)

Tribus III. *Isatideae.*

Silicula valvis indistinctis aut indehiscentibus carinatis, septo evanido 1 locularis 1 sperma. Semina ovato-oblonga. Cotyledones planae, septo (si adesset) verosimiliter parallelae.

432. ISATIS. *Waid.*

Calyx 4 phyllus aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala aequalia, integra. Stamina edentula. Silicula oblonga aut cuneata, rarius suborbiculata, 1 locularis, depresso-plana, suberosa aut margine foliaceo-membranacea, integra, valvulis 2 vix dehiscentibus carinatis, dorso in alam plus minus expansis. Semen 1 (altero verosimiliter abortivo), pendulum, oblongum. Cotyledones plano-convexae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Isatideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1815. *J. tinctoria:* siliculis cuneatis basi acuminatis apice subspathulatis obtusissimis glabris latitudine majore 3 plo longioribus. Decand. system. II. 569. prodr. 211. fl. fr. 4279. Willd. III. 421. Smith. britt. 693. Roth. II. 2. 78. Baumg. stirp. II. 229. Crantz. austr. p. 5. Poll. palat. 645. Gmel. bad. III. 15. Lam. ill. t. 554. f. 1. engl. Bot. 97. Schk. t. 188. Sturm. I. 3. Gärtn. II. 142. f. 6. Trattinn. Arch. II. p. 39. t. 67 et 67 bis.

β. hirsuta: foliis hirsutis angustioribus, Decand. l. c. Thuill. par. I. p. 345.

In apricis lapidosis. (Austr. Palat. Suev. Francon. Wetterav. Neovid. Ratisb. Jenae. Hannov. Dresd. M. Ducat. badens. ad ripas Rheni.) ♂. Maj. — Jul. (Petala lutea. Variat herba nunc glabra, nunc plus minusve hirsuta.)

455. MYÁGRUM. *Leindotter.*

Calyx 4 phyllus, suberectus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala oblonga, vix calyce majora. Stamina 2 majora inter se ima basi subconnata. Germen turbinatum, oblongum, stylo brevi late conico apiculatum. Silicula coriaceo-suberosa, evalvis, apice compressa et dilatata in lacunas 2 steriles, inferne attenuata, 1 locularis, 1 sperma. Semen pendulum, oblongum. Cotyledones ovales, fere oblongae, subcurvatae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Isatideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1816. *M. perfoliatum:* foliis amplexicaulibus. Decand. syst. II. 574. prodr. 212. Willd. III. 407. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 74. Hoffm. II. 32. Schult. observ. n. 921. Gmel. bad. III. 6. Gärtn. II. t. 141. f. 13. Schk. t. 178. *M. perfoliatum*, Linn. *M. littorale*, Scop. carn. ed. 2. V. II. p. 12. n. 799. t. 35. *M. perfoliatum var. α.* Lam. dict. I. 569. *M. amplexicaule*, Moench. meth. 221. *Cakile perfoliata*, Baumg. stirp. 226. Decand. fl. fr. 4274.

In agris et arenosis. (Wurtenb. M. Ducat. badens. Lusat. sup. Francon.) ☉. Maj. — Jul. (Petala lutea. Folia radicalia pinnatifida, omnia glabra glaucescentia.)

Orthoploceae: Cotyledones incumbentes, conduplicatae, nempe longitudinaliter medio plicatae et radiculam in plicatura foventes, saepe apice emarginatae. Semina saepius globosa. Stylus saepe vario ampliatus, basi loculatus et seminifer, loculo stylari semper indehiscente.

Tribus I. *Zilleae.*

Silicula nucumentacea indehiscens, subglobosa, 1—2 locularis, valvis indistinctis. Semina globosa, in loculis solitaria.

434. CALEPINA. *Calepine.*

Calyx 4 phyllus, subpatens, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala obovata, exteriora majora. Stamina edentula. Glandulae 4 cylindricae in disco. Germen ovatum. Stylus conicus brevissimus. Silicula coriacea, subglobosa, indehiscens, 1 sperma, 1 locularis, stylo brevissimo crasso conico subapiculata. Semen ex apice pendulum, globosum, apice truncatum. Cotyledones incumbentes, curvatae, truncatae, marginibus introflexis subconduplicatae.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Zilleae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1817. C. *Corvini:* Decand. system. II. 648. prodr. 225. Desv. journ. bot. 3. p. 158. *Bunias cochlearioides,* Murr. Willd. III. 413. Schult. observat. n. 926. Decand. flor. fr. 4277. Waldst. et Kitaib. pl. rar. hung. II. p. 111. t. 107. *Myagrum perfoliatum β.* Lam. dict. I. p. 569. *Crambe Corvini,* All. ped. n. 937. *Cochlearia auriculata,* Lam. dict. II. 165. *Myagrum bursaefolium,* Thuill. par. ed. 2. V. I. p. 319. *Laelia cochlearioides,* Pers. II. p. 185.

In arvis et ruderatis prope Andernacum invenit eam. Brandes. ☉. April — Jun. (Silicula laevis, glabra, nervulis elevatis reticulata. Flores parvi albi.)

Tribus II. *Raphaneae.*

Silicula transverse in loculos articulosve mono-aut oligospermos secedens aut divisa. Semina globosa.

435. CRAMBE. *Meerkohl.*

Calyx 4 phyllus, basi subaequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis aequalibus integris. Stamina majora saepius ad apicem dente lateraliter aucta. Germen ovatum. Stylus nullus aut brevis. Stigma capitatum. Silicula coriacea, 2 articulata, articulis indehiscentibus, 1 locularibus, inferiore abortiente pedicelli-

formi, superiore subgloboso 1 spermo. Funiculus umbilicalis e basi ortus erectus apice incurvus et gerens semen pendulum globosum. Cotyledones crassae, subfoliaceae, conduplicatae, profunde emarginatae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Raphaneae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1818. C. *maritima:* filamentis longioribus bifurcis, silicula mutica, foliis subrotundis sinuatis undulatis dentatis glaucis cauleque glaberrimis. Decand. syst. II. 651. prodr. 225. fl. fr. 4278. Willd. III. 418. Smith. britt. 695. Roth. II. 2. 79. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 72. Hoffm. II. 34. flor. dan. 316. engl. Botan. 924. Gärtn. fruct. II. t. 142. f. 2. Sturm. I. 18. C. *maritima*, Linn.

In arenosis maritimis. (Holsat. Megalopol. Warnemunde. Pommer.) ♃. Maj. — Jun. (Herba laevis, glauca, subcarnosa. Flores albi. Silicula sat magna, ovato-globosa, pedicellata, fungosa, stigmate sessili obtusissimo superata, ideo mutica nec apiculata.)

456. RAPISTRUM. *Rapistrum.*

Calyx laxus, 4 phyllus. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis unguiculatis integris. Stamina edentula. Silicula biarticulata lomentacea coriacea vix compressa, articulis vix secedentibus monospermis, inferiore saepe sterili obconico, superiore subgloboso rugoso, stylo longo filiformi. Semen loculi inferioris pendulum, superioris erectum. Cotyledones oblongae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Raphaneae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1819. *R. perenne:* siliculis glabris articulo superiore ovato stylo longiore, foliis pinnatifidis, lobis dentato-incisis acutis. Decand. syst. II. 431. prodr. 227. Desv. journ. 3. p. 160. Horn. h. hafn. II. p. 594. *Myagrum perenne*, Linn. Willd. III. 406. Schult. observ. 120. n. 918. Roth. II. 2. 80. Scop. carn. ed. 2. n. 195. Jacq. austr. t. 414. *Rapistrum dif-*

fusum, Crantz. crucif. p. 105. *Myagrum biarticulatum*, Crantz. austr. p. 6. *M. perenne var. α.* Lam. fl. fr. II. p. 482. *Schranckia divaricata*, Moench. suppl. 86. *Cakile perennis*, Decand. fl. fr. 4272. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 71. Baumg. stirp. II. 225. Wallr. sched. I. 335.

In agris arenosis, ad vias. (Austr. Carniol. Würceb. Thüring. Barby. Eisleb. Jenae.) ♃. Jul. (Flores parvi flavi.)

1820. *R. rugosum:* siliculis pubescentibus, articulo superiore globoso rugoso stylo breviore, foliis obtusis dentatis radicalibus sublyratis. Decand. syst. II. 432. All. ped. n. 940. t. 78. Desv. journ. 3. p. 160. Horn. hafn. II. 594. *Myagrum rugosum*, Linn. Willd. III. 406. Roth. II. 2. 80. Gmel. bad. III. p. 5. *M. perenne*, Scop. carn. ed. 2. n. 795. Lam. flor. fr. II. p. 482. *Schranckia rugosa*, Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 39. Moench. meth. 264. *Cakile rugosa*, Decand. fl. fr. 4273. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 71. Baumg. stirp. II. 226.

In agris arenosis inter segetes. (Austr. Suev. Kehl. Weil. Jenae. Sulze. Langensalz. Wittenberg.) ☉. Maj. — Jul. (Praecedenti affinis. Siliculae etiam maturae semper villosae, articulo inferiore clavato laevi, superiore majore venoso rugoso, rugis sinuatis et sulcis profundis.)

Spirolobeae: Cotyledones incumbentes, lineares, spiraliter seu potius circinnatim convolutae. Semina subglobosa.

Tribus I. *Buniadeae.*

Silicula nucamentacea, indehiscens, 2—4 locularis. Cotyledones circinnatim spirales.

437. BUNIAS. *Zackenschote.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata. Stamina edentula.

Silicula nucamentacea, indehiscens, evalvis, angulata, subtetragona, junior 2 locularis, loculis adultis transverse in loculamenta 2 saepe divisis, unde silicula quasi 4 locularis loculis 1 spermis. Semina subglobosa, cochleata. Cotyledones lineares, spiraliter convolutae. Radicula conica subrostriformis.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Buniadeae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1821. *B. Erucago:* siliculis 4 gonis, angulis cristatis, foliis radicalibus runcinatis. Decand. syst. II. 671. prodr. 229. fl. fr. 4275. — Willd. III. 411. Hoffm. II. 33. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 75. Jacq. austr. t. 340. Schk. t. 189. *B. Erucago*, Linn. *Myagrum clavatum*, Lam. fl. fr. II. 482. *Erucago dentata*, Moench. meth. 278. *E. campestris*, Desv. journ. 3. p. 168.

In arvis et agris (Austr. Salisb.) ⊙. Jun. — Sept. (Petala flava. Folia radicalia lyrata glabra.)

Diplecolobeae: Cotyledones incumbentes, lineares, bicrures seu biplicatae nempe bis transverse plicatae. Semina depressa.

Tribus I. *Subularicae.*

Silicula ovalis, septo elliptico, valvis convexis, loculis polyspermis, stigmate sessili.

438. SUBULÁRIA. *Pfriemenkresse.*

Calyx 4 phyllus, suberectus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala ovalia, basi attenuata. Stamina edentula. Silicula ovalis, mutica, 2 locularis, 2 valvis, septo membranaceo elliptico, valvis ventricosis, stigmate punctiformi. Semina in quoque loculo 4, ovata. Cotyledones lineares, incumbentes, bicrures.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Subularicae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1822. *S. aquatica:* foliis subulatis. Decand. syst. II. 698. prodr. 235. Willd. III. 423. Smith britt. 676. Roth. II. 2. 79. Hoffm. II. 34. fl. dan. 35. engl. Bot. 732. Schk. t. 180. Sturm. 1. 9. *S. aquatica*, Linn. *Draba subularia*, Lam. ill. t. 565. Decand. fl. fr. suppl. 595.

In inundatis. (Holsat. Erlang.) ⊙. Jun. — Jul. (Plantula minuta saepe cum floribus aqua immersa. Folia integerrima. Flores minimi, albi. Styllus nullus. Stigma orbiculatum. Semina ovata, parva, e rufo sublutea.)

Silquosa. (Siliqua triplo vel ut plurimum multo longior quam lato.)

Pleurorhizeae: Cotyledones planae, accumbentes. Radicula lateralis nempe rimae cotyledonum incumbentes. Semina compressa, interdum marginata.

Tribus I. *Arabideae.*

Siliqua dehiscens, septo lineari seminibus plus minus latiore. Semina ovalia, compressa, saepe marginata. Cotyledones septo parallelae.

439. NASTÚRTIUM. *Brunnenkresse.*

Calyx 4phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala integra, interdum nulla. Stamina edentula. Siliqua teretiuscula aut *ad siliculam abbreviata*, valvis concavis enervibus non carinatis. Semina parva, irregulariter biserialia, immarginata.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1823. *N. officinale:* foliis pinnatisectis, segmentis ovatis subcordatis repandis. Decand syst. II. 188. prodr. 137. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 110. Wallr. sched. I. 369. *Sisymbrium Nasturtium*, Linn. Willd. III. 489. Smith britt. 700. Decand. fl. fr. 4148. — Scop. carn. 820. Crantz austr. 46. Roth.

II. 2. 124. Gmel. bad. III. 59. Baumg. stirp. II. 250. fl. dan. 690. engl. Bot. 855. Schk. t. 187. off. Pfl. Lief. VI. t. 6. Sturm. I. 43. *Cardaminum Nasturtium*, Moench. meth. 262. *Baeumerta Nasturtium*, fl. Wett. II. 467.

In fontibus, piscinis, scaturiginibus et rivulvis ♃. Mai. — Sept.

1824. *N. sylvestre:* foliis pinnatisectis, segmentis lanceolatis serratis incisisve. Decand. syst. II. 190. prodr. 137. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 110. Wallr. sched. I. 370. *Sisymbrium sylvestre*, Linn. Willd. III. 490. Smith britt. 701. Decand. fl. fr. 4149. — Roth. II. 2. 125. Gmel. bad. III. 60. fl. dan. 931. engl. Bot. 2324. Schk. t. 187. Sturm. I. 43. *Radicula pinnata*, Moench. meth. 263. *Caroli-Gmelina sylvestris*, fl. Wett. II. 470. *Sisymbrium vulgare*, Pers. II. 196.

In pascuis, humidis, ruderatis glareosis, secus ripas fluviorum. ♃. Mai — Sept. (Petala aurea calyce longiora. Siliculae glabrae, oblongae, subtorulosae, polyspermae, stylo brevissimo.)

1825. *N. anceps:* foliis pinnatifidis, auriculis amplexicaulibus glaberrimis, caulibus repentibus, petalis calyce majoribus, siliquis utrinque acuminatis ancipitibus. Decand. prodr. p. 137. a Boenningh. monast. p. 196. Reichenb. *Sisymbrium anceps*, Wahlenb. fl. ups. p. 223. *Amphibium terrestre*, Ehr. beitr. 5. p. 22. Linn. sp. pl. ed. 2. p. 917. fl. dan. 984.

Ad ripas fluviorum Lippe! Rheni! et Berkel! forsan cum sequente commutata. ♃. Mai — Sept. (Differt: foliis basi auriculatis subampexicaulibus, racemis demum longissimis, floribus aureis, siliquis siliculaeformibus oblongis utrinque attenuatis compresso-ancipitibus.)

1826. *N. palustre:* foliis pinnatilobis, lobis confluentibus dentatis glabris, radice fusiformi, petalis

calycem aequantibus, siliquis utrinque obtusis subturgidis. Decand. syst. II. 190. prodr. 137. Wallr. sched. I. 370. *N. terrestre*: Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 110. *Sisymbrium palustre*, Leyss. fl. hal. n. 679. Poll. palat. 625. Hoffm. Roth. II. 2. 187. Willd. III. 490. Pers. II. 196. Decand. fl. fr. 4150. Gmel. bad. III. 61. Schk. t. 187. Sturm. I. 43. *Sisymbrium islandicum*, fl. dan. t. 709. *S. terrestre*, Smith britt. 701. engl. Bot. 1747. Baumg. stirp. II. 251. *Myagrum aquaticum, var. α.* Lam. fl. fr. II. p. 483. *M. palustre*, Lam. dict. I. p. 572. *Radicula palustris*, Moench. meth. 263. *Sisymbr. hybridum*, Thuill. par. ed. 2. V. I. p. 331. *Caroli-Gmelina palustris*, fl. Wett. II. p. 470.

Ad fossarum margines, in udis demissis paludosis et inundatis. ☉. Jun. — Sept. (Flores exigui, flavi. Petala calyce aequalia aut subbreviora, nunquam vero ut in *N. amphibio et sylvestri* longiora.)

1827. *N. lippizense*: foliis radicalibus petiolatis obovatis dentatis sublyratisve, superioribus pinnatipartitis, lobis linearibus integris, siliquis linearibus declinatis. Decand. syst. II. 195. prodr. 138. *Sisymbrium lippizense*, Wulf. in Jacq. coll. II. p. 161. Jacq. ic. rar. III. t. 505. *Sisymbrium sylvestre var. β.* Willd. III. 490.

In rupestribus. (Carinth. circa Lippa.) ♃. (Differt a *N. sylvestri*, foliorum lobis integerrimis; a *N. pyrenaico* siliculis oblongis linearibus nec ovatis. Herba glabra. Flores flavi. Petala integra, calyce longiora. Siliquae declinatae, oblongo-lineares, pedicello vix breviores, stylo brevi apiculatae.)

1828. *N. pyrenaicum*: foliis radicalibus petiolatis obovatis lyratisve, caulinis amplexicaulibus pinnatipartitis, lobis linearibus integris, siliculis ovalibus stylo apiculatis. Deand. syst. II. 196. prodr. 138. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 110. *Sisymbrium pyrenaicum*, Linn. Willd. III. 491. (excl.

syn. Vilb.) Decand. fl. fr. 4152. Gmel. bad. III. 63. Baumg. stirp. II. 252. *Brachiolobus pyrenaicus*, All. ped. n. 1013. t. 18. f. 1. *Myagrum pyrenaicum*, Lam. dict. I. 571. *Lepidium stylosum*, Pers. II. 187.

In pascuis siccis, rupium fissuris, collibus montibusque rarissimum. (M. Ducat. bad. sup. Emmendingen, Wieler Wäldchen et Freiburg.) ♃. Mai—Jun. (Folia glabra aut vix pilosa. Folia polymorpha glabra. Flores parvi flavi. Siliculae ovatae, stylo acuminatae, glabrae, valvis concavis subtorulosis. Semina 15-20, parva, fusca.)

1829. *N. amphibium:* foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidis serratisve, radice fibrosa, petalis calyce majoribus, siliculis ellipsoideis. Decand. syst. II. 196. prodr. 138. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 110. *Sisymbrium amphibium*, Linn. Willd. III. 491. Decand. fl. fr. 4151. Smith britt. 702. Roth. II. 2. 126. Gmel. bad. III. 62. Baumg. stirp. II. 251. fl. dan. 984. engl. Bot. 1840. Schk. t. 187. Sturm. I. 43. *Sisymbrium Roripa*, Scop. carn. 823. *Myagrum aquaticum*, Lam. fl. fr. II. 483. *Radicula lancifolia*, Moench. meth. 262. *Caroli-Gmelina lancifolia*, fl. Wett. II. 470. *Nasturtium aquaticum*, Wallr. sched. 371. *N. riparium*, Wallr. sched. 373.

α. *vulgare:* foliis superioribus acutis argute dentatis, stylo brevissimo. a Boenningh. monast. p. 196.

β. *uliginosum:* foliis latioribus obtusiusculis obtuse crenatis, stylo 2plo 3plove longiore. a Boenningh. l. c.

γ. *integrifolium:* racemis numerosis multifloris paniculatis, floribus exiguis ochroleucis plerumque abortientibus, foliis radicalibus oblongis sinuato-dentatis, caulinis integerrimis, linearibus, apice rotundato-ovatis. a Boenningh. l. c.

δ. *flore pleno:* a Boenningh. l. c.

Ad ripas, in fossis et paludosis; β. locis uliginosis; γ. in piscinis, (solo turfoso); δ. in fossis. ♃. Jun. — Aug. (Petala flava calyce duplo longiora.)

440. LEPTOCARPÁEA. *Leptocarpaee.*

Calyx 4 phyllus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato patente. Stamina edentula. Siliquae teretes, graciles, septo lineari angustissimo, valvis concavis subtorulis, stigmate sessili 2 lobo. Semina minima, uni (aut forsan bi-) serialia.)

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1830. *L. Loeselii:* foliis runcinatis acutis hirtis, caule retrorsum hispido. Decand. syst. II. 202. prodr. 140. *Sisymbrium Loeselii*, Linn. Willd. III. 503. Roth. II. 2. 133. Gmel. bad. III. 70. Poll. palat. 630. Baumg. stirp. II. 255. Jacq. austr. t. 324. Schk. t. 187. (non Lam.) Wallr. sched. I. 375. *S. hirsutum*, Gilib. fl. lith. in in Ust. delin. op. 2. p. 363. *S. hispidum*, Moench. meth. suppl. 83. (non Vahl.) *Turritis Loeselii*, Brown. h. kew. ed. 2. V. IV. 109.

In muris, moenibus, tectis. (Austr. Bavar. Palat. Boruss. Dantisc. Bohem. Siles.) ☉. Jun.—Jul. (Flores lutei.)

441. CHEIRANTHUS. *Levkoje.*

Calyx 4 phyllus, foliolis 2 lateralibus saccatis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala limbo patente obovato aut emarginato. Stamina edentula. Stigma stylo nunc brevissimo, nunc subelongato insidens, 2 lobum, lobis patentibus, aut capitatum. Siliqua teres compressa vel anceps, 2 locularis, 2 valvis. Semina 1 serialia, ovata, compressa.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1831. *Ch. Cheiri:* foliis lanceolatis integerrimis, pube 2 partita adpressa aut nulla, siliquis linearibus, stigmatis lobis recurvis. Decand. syst. II. 179. prodr. 135. fl. fr. 4138. Willd. III. 516. Roth. II. 2. 106. Gmel. bad. III. 79. Blackw. t. 179. Schk. t. 184. *Ch. Cheiri*, Linn. *Erysimum murale*, Lam. fl. fr. II. 514.

β. fruticulosus: foliis brevioribus latioribusque apice magis acuminatis subtus pube 2 partita adpressa saepius pubescentibus. Decand. syst. l. c. *Ch. fruticulosus*, Linn. mant. (non sp.) Willd. III. 516. Smith britt. 709. engl. Bot. 1934.

In muris tectis et lapidosis quasi sponte. (Suev. M. Ducat. Rhen. inf. Francon. Wetterav. Halae.) ♃. interdum ♂. Maj. — Jun. (Flores in α. fusco-lutei, odoratissimi.)

1832. *Ch. ochroleucus:* foliis oblongo-lanceolatis subdentatis, pube 2 partita aut nulla, caule decumbente adscendente ramoso, petalis obovatis, siliquis erectis stylo pedicelli longitudine apiculatis. Decand. system. II. 181. prodr. 136. *Erysimum ohroleucum var. α.* Decand. flor. fr. 4141. excl. var. β.

Inter lapides et rupes. (Carniol. monte Nano et Loibl.) ♃. Jul. — Aug. (Petala pallide flava, ungue calyce longiora. Semina pauca, compressa. Flores subodorati.)

442. BARBÁREA. *Barbenkraut.*

Calyx 4 phyllus, erectus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo integro. Stamina edentula. Glandulae inter filamenta breviora et pistillum. Siliqua (brevis) tetragono-anceps, valvis concavo-carinatis. Semina uniserialia.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1833. *B. vulgaris:* foliis inferioribus lyratis lobo terminali subrotundo, superioribus obovatis dentatis. Decand. syst. II. 206. prodr. 140. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 109. *Erysimum Barbarea*, Linn. Willd. III. 509. Smith. britt. 706. Decand. fl. fr. 4146. Roth. II. 2. 106. Gmel. bad. III. 73. flor. dan. 985. engl. Bot. 443. Schk. t. 183. Sturm. I. 43. *Sisymbrium Barbarea*, Crantz. austr. p. 54. Scop. carn. 826. *Eruca barbarea*, Lam. fl. fr. II. 497.

In ruderatis humidiusculis. ♃. Maj.—Aug. (Flores lutei. Siliquae erecto-patentes.)

1834. *B. arcuata:* foliis radicalibus et inferioribus pinnatipartito-lyratis, lobis terminalibus foliisque summis ovatis dentatis, pedicellis patulis, siliquis adscendentibus. *B. arcuata*, Presl. cech. 138. Reichenb. Sturm. I. 43.. *B. taurica*, Decand. syst. II. 207. prodr. 141.

In arvis et ambarvalibus. (Westphal. Dresd.) ♃. Maj. — Jul. (Differt a praecedente simili: floribus parum majoribus aureis, siliquis arcuato-patentibus, ramis magis patulis: vix species distincta.)

1835. *B. praecox:* foliis inferioribus lyratis, lobo terminali ovato, superioribus pinnatipartitis, lobis lineari-oblongis integerrimis. Decand. syst. II. 207. prodr. 141. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 109. *Erysimum praecox*, Smith. britt. 707. Willd. III. 510. Decand. fl. fr. 4147. engl. bot. 1129.

In herbidis uliginosis. Magn. ducat. Rhen. inf. (Aquisgranae.) Verviers. ♃. April — Octbr. (Differt a *B. vulgari:* habitu minori, caule minus ramoso, foliis superioribus pinnatipartitis lobis oppositis lineari-oblongis integerrimis, siliquis duplo fere longioribus.)

443. BRÁYA. *Braye.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala obovato-oblonga patentia, obtusissima, integra. Stamina edentula. Discus glandulosus. Siliqua oblonga, subcylindracea, torulosa, stigmate crassiusculo subsessili terminata. Semina ovata, subrostellata, hinc convexiuscula.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

8136. *B. alpina:* Decand. syst. II. 211. prodr. 141. Sternberg et Hoppe in Regensb. Abhandl. 1815. p. 75. c. icone. Sturm. I. 43.

In alpibus Carinthiae sup. et Salisb. ♃.

444. TURRÍTIS. *Thurmkraut.*

Calyx laxus, 4 phyllus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo oblongo integro. Stamina edentula, integra. Siliqua elongata anceps stricta, valvis planis nervosis, stigmate obtuso subintegro. Semina in quoque loculo 2 seriata, numerosissima.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1837. *T. glabra:* foliis radicalibus dentatis pilosis, caulinis amplexicaulibus integerrimis glabris, siliquis strictissimis pedicello 6 tuplo longioribus. Decand. syst. II. 211. prodr. 142. Willd. III. 524. Smith. britt. 715. Scop. carn. 839. Poll. palat. 637. Roth. II. 2. 114. Gmel. bad. III. 88. Scop. carn. 809. Gärtn. II. t. 143. engl. Bot. 777. Schk. t. 185 Sturm. I. 43. *T. glabra*, Linn. *Erysimum glastifolium*, Crantz. crucif. 117. *Arabis perfoliata*, Lam. dict. I. 219. ill. t. 563. f. 4. Decand. flor. fr. 4174. Wallr. sched. I. 361.

Ad sepes, in pascuis siccis, sylvulis arenosis. ♂. Maj. — Aug. (Flores albidi.)

445. ÁRABIS. *Gänsekraut.*

Calyx 4phyllus, erectus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo patente integro obovato aut rarius oblongo. Stamina edentula. Siliqua linearis, stigmate subsessili coronata, valvulis planiusculis nervosis aut venosis, septo lineari. Semina ovalia aut orbicularia, compressa, 1 seriata.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

A. Semina emarginata, nec ala membranacea cincta.

a.) foliis caulinis cordato-amplexicaulibus, petalorum limbis obovatis ab ungue distinctis patentibus.

1838. *A. alpina:* foliis pluri-dentatis pube ramosa villis lanceolatis acutis, radicalibus subpetiolatis, caulinis cordato-amplexicaulibus, pedicellis calyce glabriusculo longioribus. Decand. syst. II. 216. prodr. 142. fl. fr. 4177. Willd. III. 554. Roth. II. 2. 109. Gmel. bad. III. 83. Scop. carn. 853. Baumg. stirp. II. 267. fl. dan. t. 62. Lam. ill. t. 563. f. 1. Sturm. I. 12. *A. incana,* Moench. meth. 257. (non Roth.) *Turritis verna,* Lam. fl. fr. II. 490.

In rupibus, saxosis. (Brisgav. Tübing. Hass. Salisb. Austr. Bavar. Siles.) ♃. Mart. — Aug. (Petala obovata alba. Siliquae rectae.)

b.) foliis caulinis cordato-amplexicaulibus, petalis oblongo- aut cuneato-linearibus erectis.

1839. *A. crispata:* foliis acute dentatis pube ramosa scabris lanceolatis amplexicaulibus undulatis, radicalibus in petiolum attenuatis, pedicellis calyce lon-

gioribus, siliquis patentibus. Decand. syst. II. 221. prodr. 143. Willd. enum. 684. Horn. h. hafn. 617.

In Carniolia. ♃. (Flores albi. Calyx glaber. Petala obovato-oblonga, obtusa. Stigma sessile, integrum. Siliquae adultae patentes, juniores erectae. Ab *A. alpina*, vix specie distincta.

1840. *A. auriculata:* foliis subdentatis pube ramosa scabris, inferioribus ovalibus in petiolum subattenuatis, caulinis obtuse cordato-auriculatis, pedicellis calyce vix longioribus. Decand. syst. II. 220. prodr. 143. fl. fr. 4175. Wallr. sched. I. 354. Lam. dict. I. 219. Sturm. I. 43. *A. aspera*, All. ped. p. 18. t. 2. f. 2. Willd. III. 542. *A. recta*, Vill. dauph. III. 319. t. 37. Willd. III. 536. *Turritis patula*, Ehrh. Beitr. 7. 259. Willd. III. 544. enum. 685. Baumg. stirp. II. 267. Waldst. et Kitaib. pl. rar. hung. p. 59. t. 59.

In collinis muris glareosis arenosisve. (Frankenhausen. Bavar.) ☉. Maj. (Folia utrinque scabra. Calyces glabri. Petala alba, oblonga. Siliquae lineares, glabrae, rectae, graciles, stigmate integro apiculatae.)

1841. *A. sagittata:* foliis subdentatis pube saepius ramosa scabris, radicalibus ovatis aut oblongis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolatis sagittato-cordatis, pedicellis calycis longitudine, siliquis erectis. Decand. syst. II. 221. prodr. 143.

α. *Gerardiana*: foliis scabris caulinis basi in auriculas productis. *Arabis hirsuta β. sagittata*, Wallr. sched. I. 356. *A. hirsuta*, Smith. britt. 717. *Turritis planisiliqua*, Pers. II. 205. *A. sagittata*, Decand. fl. fr. suppl. 592.

In asperis, muris, et campis. ☉. Maj.—Jul. (Siliquae in omnibus lineares planae, valvis medio nervulosis donatae.)

1842. *A. hirsuta:* foliis dentatis pube saepius ramosa scabris, radicalibus obovato-oblongis in pe-

tiolum attenuatis, caulinis ovato-lanceolatis, pedicellis calycis longitudine, siliquis erectis. Decand. syst. II. 223. prodr. 144. Scop. carn. 835. Roth. II. 2. 112. Decand. fl. fr. 4179. Wallr. sched. I. 356. *Turritis hirsuta var.* Linn. Crantz. austr. 35. Poll. palat. 638. Willd. III. 543. Baumg. stirp. II. 266. *T. hirsuta,* Smith. britt. 716. Pers. II. 205. fl. dan. 1040. Schk. t. 185. Jacq. coll. I. 70. ic. rar. I. t. 126.

In campis et asperis. ♂. Maj. — Jul.

c.) foliis caulinis sessilibus, petalis oblongo-aut cuneato-linearibus erectis.

1843. *A. Allionii:* foliis glabris, radicalibus ovato-oblongis subdentatis basi attenuatis, caulinis sessilibus ovatis serratis, pedicellis calyce sublongioribus, siliquis erectis. Decand. system. II. 224. prodr. 144. fl. fr. 4180. *T. stricta,* All. Willd. III. 543. Hell. suppl. fl. Würceb.? *T. nemorensis,* Wolf. cf. bot. Zeit. 1823. II. 464.

In pratis et pascuis humidis. (Francon. Mogunt. Wurceb.) ♃. (Folia viridia, obtusa, vix dentata. Flores albi. Calyces pallidi, demum subpatentes. Petala oblongo-linearia, calyce 2plo longiora. Siliquae lineares rectae, stigmate integro sessili subacuminatae, angustae, planae.)

1844. *A. Thaliana:* foliis pilosis subdentatis, radicalibus petiolatis ovato-oblongis, caule ramoso, siliquis adscendentibus, pedicellis calyce multo longioribus. Decand. syst. II. 226. prodr. 144. fl. fr. 4184. Willd. III. 535. Smith. britt. 712. Baumg. stirp. II. 263. Roth. II. 2. 109. Gmel. bad. III. 86. Poll. palat. n. 636. t. 4. engl. Bot. 901. fl. dan. 1106. Schk. t. 195. Sturm. I. 11. *A. Thaliana,* Linn. *A. ramosa,* Lam. fl. fr. II. 510.

In arenosis aridis. ☉. April — Jul. (Folia radicalia rosulata. Petala erecta, alba, oblonga, truncata. Siliquae graciles lineares, pedicello vix longiores.)

d.) foliis caulinis sessilibus aut petiolatis, petalorum limbo obovato seu cuneato ab ungue distincto.

1845. *A. petraea:* foliis glabris aut pilis simplicibus bifurcisve ciliatis scabrisve, radicalibus incisis, caulinis oblongo-linearibus integris, caule saepius ramoso, siliquis erecto-patulis, stigmate capitato. Decand. syst. II. 229. prodr. 145.

α. *Crantziana:* Ehrh. Hoffm. II. 55. Willd. III. 535. Pers. II. 204. Wallr. sched. I. 352. Baumg. stirp. II. 269. *A. Thaliana*, Crantz. austr. I. p. 39. t. 3. f. 2. (excl. synon.)

β. *hispida: Cardamine petraea*, fl. dan. 386. *Sisymbrium arenosum*, Linn. fl. suec. nec. sp. pl. *Arabis hispida*, Linn. Smith. britt. 713. Willd. III. 558. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 106.

In rupium fissuris. α. in Austr. Hercyn. (Osterode, Katzenstein,) Muggendorf. β. in alpibus Austr. ♃. Jun. — Jul. (Herba subglaucescens, nunc omnino glabra, nunc ad oras aut discos foliorum pilos simplices aut 2 furcos rigidos sparsos gerens. Flores nunc albi, nunc ex albo-purpurascentes. Siliquae lineares.)

1846. *A. arenosa*, foliis pube bifurca villosis, radicalibus lyrato-pinnatifidis, caulinis inciso-dentatis, caule ramoso pilis simplicibus hispido, pedicellis siliquisque patulis. Decand. syst. II. 232. prodr. 146. Scop. carn. ed. 2. n. 837. t. 40. Sturm. I. 43. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 106. Roth. II. 2. 111. Hoffm. II. 55. *Sisymbrium arenosum*, Linn. Willd. III. 498. Decand. fl. fr. 4158. Baumg. stirp. II. 253. Crantz. austr. 47. Gmel. bad. III. 68.

In arenosis vineis et rupibus. (Austr. Bavar. Ratisb. Salisb. Francon. Suev. Palat. Nassov. Barb. Berol. Dresdae. ad ripas Rheni.) ⊙. April—Jul. (Caulis hispidus, pilis patulis rigidis simplicibus, apice sub-

glabratus. Folia saepius in petiolo hispida, in limbo pube 2 furcata scabra. Calyx fere glaber. Petala obovata rosea, rarius alba aut coerulescentia. Siliquae lineares, rectae.)

1847. *A. Halleri:* foliis inferioribus petiolatis lyratis, lobo terminali ovato, superioribus lanceolatis incisis, caule ramoso debili molliter villoso, pedicellis siliquisque patulis. Decand. syst. II. 232. prodr. 146. fl. fr. 4188. Willd. III. 539. Roth. II. 2. 110. Hoffm. II. 56. Waldst. et Kit. pl. rar. hung. II. p. 126. t. 120. Sturm. I. 43. *A. Halleri*, Linn.

In montosis. (Carniol. Salisb. Bavariae, Ratisb. Hercyn. Hannov. Brunsvig. Wolfenbütt. Hildesh. Barby.) ♂. Maj.—Jul. (Caulis erectiusculus, teres, pilis simplicibus brevibus mollibus confertis, velutino-pubescens, ramis infimis debilibus stolones referentibus sed non radicantes. Flores albi. Calyx glaber, pallidus. Petala obovata, calyce 2plo longiora. Siliquae lineares, gracillimae, valvis planis vix nervulosis.)

1848. *A. stolonifera:* foliis radicalibus petiolatis sublyratis, lobo terminali cordato, caulinis oblongis sinuato-dentatis, caule basi stolonifero pubescente, pedicellis siliquisque patulis. Decand. syst. II. 233. prodr. 146. Horn. h. hafn. 618. *Cardamine stolonifera*, Scop. carn. ed. 2. n. 818. t. 39. (mala.) Sturm. I. 43.

In Carnioliae districtu Vipaccensi et circa Gratz. ♃. (Differt a praecedente: habitu gracillimo minore, caule simpliciore basi vere stolonifero, stolonibus repentibus, foliis radicalibus longius petiolatis. Caulis et folia pubent pilis simplicibus 2 furcisve brevibus. Siliquae tenuissimae, semipollicares. Flores albi.)

1849. *A. ovirensis*: foliis inferioribus petiolatis ovalibus basi pectinato-dentatis, superioribus oblongis basi attenuatis, caule debili glabro, siliquis subpatulis pedicello vix longioribus. Decand. system. II. 233. prodr. 146. Willd. III. 540. Baumg. stirp.

II. 271. Wulf. in Jacq. coll. I. p. 196. icon. rar. I. t. 125. Roem. fl. europ. 7. t. 6. Sturm. I. 20.

In uliginosis petrosis calcareis in Carinthiae ovirensibus alpibus supra Ebriacum. ♃. Jun. (Glabritie et floribus purpurascentibus facile distincta. Radix repens, fibrillosa. Petala calyce 3plo longiora. Siliquae lineares, subtorulosae, angustissimae, valvis subenerviis. Semina pauca.)

B. Semina marginata seu ala membranacea cincta.

a.) foliis caulinis amplexicaulibus, petalis oblongo-linearibus.

1850. *A. Turrita:* foliis amplexicaulibus acuminatis pubescentibus, pedicellis calycis longitudine, siliquis secundis decurvis. Decand. system. II. 235. prodr. 146. fl. fr. 4178. Willd. III. 541. Smith. britt. 714. Scop. carn. 834. Roth. II. 2. 111. Gmel. bad. III. 84. engl. bot. 178. Jacq. austr. t. 11. *A. Turrita*, Linn. *A. umbrosa*, Crantz. austr. 39. *A. rugosa*, Moench. meth. 259.

In sepibus, montosis, dumetis. (Austr. Bavariae, Karlsruhe. Siles.) ♂. April—Jun. (Caulis pube ramosa molli subcanescens, adultus glabratus. Folia eadem pube subcanescentia, interdum fere glabra. Flores conferti, albido-ochroleuci. Petala oblongo-linearia, calyce duplo longiora. Siliquae juniores pubescentes, erectiusculae, adultae glabrae ad unum latus decurvae, lineares, planae, marginibus incrassatis, valvulis planis nec striatis, nec nervigeris.)

b.) foliis caulinis sessilibus, petalis oblongis aut cuneato-linearibus.

1851. *A. pumila:* foliis scabridis subintegris, radicalibus obovatis, caulinis ovatis oblongisve, race-

mo nutante, pedicellis calyce duplo longioribus, siliquis erectis pedicello 3plo longioribus. Decand. syst. II. 238. prodr. 147. Wulf. in Jacq. coll. II. p. 59. austr. t. 281. *A. bellidifolia:* Crantz. austr. 42. t. 2. f. 3. (non Jacq.) *A. scabra,* All. ped. n. 974. Decand. flor. fr. 4182. *A. nutans,* Moench. meth. 258. Willd. III. 537. Hoffm. II. 56. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 105. *Turritis alpina,* Braun. fl. Salisb. II. t. 2. f. 1. (Hoffm.)

In alpibus. (Austr. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis simplex, nunc fere glaber, nunc subhispidus. Folia radicalia rosulata. Calyx glaber. Petala alba, oblongo-cuneata, calyce 2plo longiora.)

1852. *A. bellidifolia:* foliis glabris subintegris, radicalibus obovatis, caulinis ovatis, recemo erecto, pedicellis calyce 3plo longioribus, siliquis pedicello 4plo longioribus. Decand. syst. II. 239. prodr. 147. fl. fr. 4181. Willd. III. 537. Scop. carn. ed. 2. n. 836. Moench. meth. 258. Baumg. stirp. II. 270. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 105. Jacq. observ. I. p. 22. t. 12. fl. austr. III. t. 280. Sturm. I. 20. *Turritis bellidifolia,* All. ped. n. 980. t. 40. f. 1. Vill. dauph. III. 324. *β. Turritis alpina,* Willd. III. 545.

In alpibus. (Austr. Carniol. Salisb. Bavar. Siles.) ♃. Jun. — Aug. (Differt a praecedente: herba ex omni parte glabra. Petala calyce duplo longiora.)

1853. *A. coerulea:* foliis glabris subintegris radicalibus oblongo-obovatis, caulinis paucis oblongis, racemo nutante, pedicellis calycis longitudine, siliquis erectis. Decand. syst. II. 239. prodr. 147. fl. fr. 4186. Willd. III. 537. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 104. Baumg. stirp. II. 269. Wulf. in Jacq. Coll. II. p. 56. Sturm. I. 20. *Turritis coerulea,* All. ped. n. 981. t. 40. f. 2. Vill. Dauph. III. p. 326.

In alpibus editioribus, prope nives perpetuos. (Salisb. Carinth.) ♃. Jul. — Aug. (Herba glabra. Calyx

subcoerulescens. Petala oblonga, calyce longiora, pallide et sordide coerulea. Siliquae erectae, compressae, valvis planis medio nervigeris. Semina plana, orbiculata.)

c.) foliis caulinis sessilibus aut nullis, petalorum limbo obovato patente.

1854. *A? vochinensis:* foliis pube bipartita adpressa ciliatis, radicalibus obovatis, caulinis paucis oblongis, siliquis pedicelli longitudine 4-8 spermis. Decand. syst. II. 241. prodr. 148. Spreng. pugill. I. p. 46. n. 81. *A. serpyllifolia*, Hoppe cent. (t. Decandolle.) *Draba mollis*, Scop. carn. n. 78). t. 34. *Subularia alpina*, Willd. III. 424. Desv. journ. bot. III. p. 169.

In Carnioliae alpibus Vochinensibus, in Carinthia, in monte Selenitza. ♃. Jul. (Folia glabra, pilis a basi 2 partitis adpressis ciliata, subpulposa. Flores albi. Petala obovata, basi attenuata, calyce 2 plo 3 plove longiora. Siliqua glabra. Semina in quoque loculo 2-4 ovali-oblonga.)

446. CARDAMINE. *Schaumkraut.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo integro. Stamina edentula. Siliquae sessiles, lineares, compressae, valvis planis enerviis dissepimento incrassato subangustioribus saepius elastice desilientibus, stylo brevi aut nullo, stigmate subsimplici. Semina ovata, immarginata, uniserialia. Funiculi umbilicales tenues.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

a.) foliis fere omnibus indivisis.

1855. C. *bellidifolia:* foliis glabris crassiusculis, radicalibus petiolatis ovatis integris, caulinis pau-

cis integris aut subtrilobis, siliquis erectis, stigmate subsessili. Decand. syst. II. 249. prodr. 150 *C. bellidifolia*, Linn. *C. heterophylla*, Baumg. stirp. II. 272. *C. diversifolia*, Sternb. et Hoppe Regensb. Abhandl. 1815. p. 155.

α. *petiolaris:* petiolis limbo integro longioribus, *C. bellidifolia*, Willd. III. 481. fl. dan. t. 20.

β. *alpina:* petiolis limbo fere brevioribus. *C. bellidifolia*, Crantz austr. 43. Wulf. in Jacq. misc. I. p. 148. t. 17. f. 2. All. ped. n. 949. t. 18. f. 3. Vill. dauph. III. p. 357. *Arabis bellidifolia*, Scop. carn. II. p. 31. Lam. fl. fr. II. p. 511. (non Linn.) *Arabis bellidioides*, Lam. dict. I. p. 220. *C. alpina*, Willd. III. 481. Decand. fl. fr. 4189. Hoffm. II. 46.

In alpibus. (Styr. Carinth.) ♃. Jul. — Augst. (Planta glabra, intense viridis. Petala oblonga, cuneata, alba, calyce 2plo longiora. Siliquae erectae, pedicello 3plo 4plove longiores, stigmate subsessili.)

b.) foliis plerisque trilobis.

1856. *C. resedifolia:* foliis glabris membranaceis petiolatis, radicalibus indivisis, caulinis inferioribus trisectis, superioribus pinnatim 5lobis, siliquis erectis stylo brevissimo apiculatis. Decand. syst. II. 250. prodr. 150. Willd. III. 482. Roth. II. 2. 118. Baumg. stirp. II. 242. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 104. Dec. fl. fr. 4190. All. ped. n. 950. t. 57. f. 2. Jacq. austr. t. 31. Sturm. I. 28. *C. resedifolia*, Linn. *Arabis resedifolia*, Lam. fl. fr. II. 511.

In umbrosis humidis alpium. (Austr. Styr. Salisb. Siles.) ♃. Jul. (Herba glabra. Petala alba, limbo ovato. Siliquae erectae, pedicello 3plo 4plove longiores, stigmate non omnino sessili sed stylo brevissimo apiculatae. *An C. bellidifoliae*, Var. in locis magis umbrosis humidis et pinguibus enata?)

1857. *C. trifolia:* folis glabriusculis trisectis, segmentis sessilibus rhombeo-subrotundis dentatis, scapo nudo, ramis infimis radiciformibus repentibus. Decand. syst. II. 253. prodr. 150. fl. fr. 4193. Willd. III. 483. Scop. carn. 815. Hoffm. II. 46. Baumg. stirp. II. 273. Jacq. austr. t. 26. Sturm. I. 28. *C. trifolia*, Linn.

In umbrosis sylvaticis montosis. (Salisb. Carniol. Austr. Bavar.) ♃. Mart. — Jun. (Petala alba, ungue lato cuneato, limbo patente obovato.)

c.) foliis plerisque pinnatipartitis.

1858. *C. amara:* foliis pinnatisectis, radicalium segmentis subrotundis, caulinorum dentato-angulatis, stylo filiformi acutiusculo, caule basi radicante. Decand. syst. II. 255. prodr. 151. fl. fr. 4197. Willd. III. 488. Roth. II. 2. 121. Smith. britt. 699. Gmel. bad. III. 57. Baumg. stirp. II. 276. Vill. dauph. III. p. 362. t. 39. engl. bot. 1000. Schk. t. 187. *C. amara*, Linn. *C. pratensis β.* Lam. fl. fr. II. 501. *C. parviflora*, Lam. dict. II. 183. *C. nasturtiana*, Thuill. par. ed. 2. I. 330.

β. umbrosa, caule foliisque villosis. Decand. l. c. Lejeun. flor. spa. II. 63. Günther enum. 113. — (In Silesia.)

In aquosis umbrosis. ♃. April — Maj. (Folia glabra, aut superficie ciliolata, subpilosa. Petala alba ungue flavescente. Antherae purpureo-fuscae. Stylus filiformis, tenuis. Stigma acutum. Siliqua pedicello 2plo longior.)

1859. *C. pratensis:* foliis pinnatisectis, segmentis radicalium subrotundis, caulinorum linearibus lanceolatisve integris, stylo brevissimo vix siliqua tenuiore, stigmate capitato. Decd. syst. II. 256. prodr. 151. fl. fr. 4198. Willd. III. 487. Smith britt. 699. Poll. palat. 621. Scop. carn. 819. Baumg. stirp. II. 276. Roth. II. 2. 120. Gmel. bad. III. 56. fl. dan.

1093. Lam. ill. t. 562. f. 1. engl. Bot. 776. Schk. t. 187. Sturm. I. 8. C. *pratensis*, Linn.

In pratis humidiusculis. ♃. April — Jun. (Planta vulgatissima, variabilis. Nunc omnino glabra, nunc imprimis in parte inferiore pubescens. Flores saepius lilacini, interdum aut albi aut purpurascentes.)

1860. C. *hirsuta:* foliis pinnatisectis, radicalium segmentis subrotundis mucronatis petiolulatis, superiorum oblongis subsessilibus, petalis oblongis, siliquis erectis. Decand. syst. II. 259. prodr. 152. fl. fr. 4199. Willd. III. 486. Smith. britt. 698. Poll. Palat. 620. Scop. carn. n. 817. t. 38. Roth. II. 2. 119. Gmel. bad. III. 54. engl. Bot. 492. Schk. t. 187. *C. hirsuta*, Linn.

In vineis passim. ☉. Maj — Juni. (Species distinctissima: foliis omnibus petiolatis pinnatisectis plus minus pilosis, floribus parvis albis, siliquis erectis, stylo tenui siliquae latitudinem adaequante.)

1861. C. *parviflora:* foliis pinnatipartitis, lobis sessilibus oblongis linearibusve integris infimis a caule remotis, petalis oblongo-linearibus, pedicellis subpatulis, siliquis erectis. Decand. syst. II. 261. prodr. 152. fl. fr. 4200. Willd. III. 485. Baumg. stirp. II. 475. Schult. observ. n. 964. Günther enum. p. 113. *C. parviflora*, Linn.

In humidis graminosis, ad margines lacuum Lemdamm et Grüneiche Silesiae. ☉. Jul. — Aug. (Valde accedit ad C. *hirsutam*, sed gracilior, glabra, foliorum inferiorum segmenta sessilia oblonga, superiorum linearia, omnia fere integra. Flores paulo minores.)

1862. C. *sylvatica:* foliis pinnatisectis, segmentis irregulariter sinuato-dentatis mucronatis, petalis oblongis, siliquis patentibus latitudine stylum aequantibus glabris, rachi hirsuta. Decand. syst. II. 260. prodr. 152. Link in Hoffm. phyt. blätt. I. p. 50. Schult. obs. n. 967. Hoffm. II. 47. Lejeune spa. II.

64. Baumg. stirp. II. 275. C. *sylvatica*, Link. C. *impatiens*, fl. dan. t. 735.

In sylvaticis. (Siles. Palat. Hercyn. Nassov. Megalop. etc.) ⊙. Maj—Jun. (Differt a C. *hirsuta*: foliorum radicalium segmentis irregulariter sinuato-dentatis, siliquis patulis, stylo paullo crassiore, pilis caulinis subreflexis cauleque fistuloso. Flores paullo majores, interdum 2-4 andri.)

1863. C. *impatiens*: foliis pinnatisectis, segmentis ovali-oblongis subdentatis, infimis cauli approximatis, acutis stipulaeformibus. Decand. syst. II. 261. prodr. 152. fl. fr. 4201. Willd. III. 485. Smith. britt. 697. Poll. palat. 619. Scop. carn. 816. Roth. II. 2. 118. Gmel. bad. III. 53. Baumg. stirp. II. 274. engl. Bot. 80. C. *impatiens*, Linn. C. *parviflora var. β.* Lam. fl. fr. II. 500. C. *apetala*, Moench. meth. 259.

In umbrosis sylvaticis montosis. ♂. Maj.—Jul. (Flores parvi, nunc apetali, nunc petalis albis oblongis parvis donati. Stamina in umbrosis etiam 4. Siliquae graciles, nunc laxae nunc strictae erectae.)

447. DENTÁRIA. *Zahnwurz.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis, erectus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato aut fere obcordato. Stamine edentula. Siliquae sessiles, lanceolatae, apice attenuatae, compressae, valvis planis enerviis septo angustioribus elastice saepe revolutis, stylo filiformi, stigmate subsimplici. Funiculi umbilicales alato-dilatati. Semina ovata, immarginata, uniserialia. Cotyledones crassiusculae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Arabideae*, Decand. *Kreuzblumen-Pflanzen*, Spreng.)

1864. *D. enneapylla*: foliis tribus verticillatis petiolatis trisectis, segmentis ovali-lanceolatis acuminatis serratis, staminibus petalorum longitudine. De-

cand. syst. II. 272. prodr. 154. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 101. *D. enneaphyllos*, Linn. Willd. III. 478. Roth. II. 2. 116. Crantz. austr. 26. Decand. fl. fr. 4202. Baumg. stirp. II. 278. Jacq. austr. t. 316. *Cardamine enneaphyllos*, Crantz. crucif. p. 27.

In sylvaticis montosis. (Austr. Carniol. Salisb. Bavar. Siles. Lusat. sup.) ⊙. April — Jun. (Herba glabra. Flores albidi, sicci ochroleuci.)

1865. *D. glandulosa*: foliis tribus verticillatis petiolatis trisectis, segmentis ovali-lanceolatis acuminatis serratis, axillis glanduliferis, staminibus petalis dimidio brevioribus. Decand. syst. II. 273. prodr. 155. Waldst. et Kitaib. pl. rar. hung. 3. p. 302. t. 272. Willd. III. 478. Pers. II. 194. (excl. syn.) Wahl. carpath. 198. Baumg. stirp. II. 278. Günther enum. p. 112. *D. glandulosa*, Waldst. et Kit. —

In sylvis montanis. (Siles.) ♃. Maj. (Differt a praecedente foliorum segmentis grossius serratis, petiolo tenui, floribus purpurascentibus et staminibus vix calyce longioribus.)

1866. *D. digitata*: foliis caulinis plurimis alternis petiolatis palmatim 5 sectis, segmentis oblongo-lanceolatis acuminatis grosse serratis. Decand. syst. II. 276. prodr. 155. fl. fr. 4203. Lam. dict. II. 268. *D. pentaphyllos var. β. et γ.* Linn. *D. pentaphyllos*, Scop. carn. n. 814. Willd. III. 480. Gmel. bad. III. 52. *Cardamine pentaphylla*, Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 101.

In sylvaticis umbrosis montanis. (Austr. Carniol. Bavar. Suev. Siles.) ♃. Maj. — Jun. (Folia palmatisecta, grosse et irregulariter serrata, glabra, petiolo 2plo longiora. Pedicelli filiformes. Flores albi aut subpurpurascentes.)

1867. *D. pinnata*: foliis caulinis alternis petiolatis pinnatisectis, segmentis oblongis acuminatis serrato-dentatis. Decand. syst. II. 277. prodr. 155.

flor. fr. 4204. Lam. ill. t. 562. f. 1. *D. pinnata*, Lam. dict. II. 268. *D. pentaphyllos var. β.* Lam. flor. fr. II. 489. *D. heptaphyllos*, Vill. dauph. III. 364. Gmel. bad. III. 51.

In umbrosis sylvaticis montanis. (M. Ducat. badens. sup. ♃. Maj.—Jun. (Differt a praecedente: foliis omnibus non palmatim sed pinnatim sectis, serraturis minoribus et magis regularibus, florum pedicellis longioribus. A *D. bulbifera*, differt: foliis superioribus nunquam indivisis et axillis non bulbiferis.)

1868. *D. bulbifera:* foliis caulinis alternis pinnatisectis, summis indivisis plerisque in axillis bulbiferis. Decand. syst. II. 270. prodr. 155. fl. fr. 4205. Willd. III. 479. Scop. carn. 813.! Smith. britt. 696. Roth. II. 2. 115. Hoffm. II. 45. Gmel. bad. III. 50. fl. dan. 361. engl. Bot. 309. Schk. t. 183. Trattinn. Archiv. IV. t. 188. *D. bulbifera*, Linn. *Cardamine bulbifera*, Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 101.

Ad radices montium locis umbrosis humidis. Austr. Carniol. Bavar. Suev. Francon. Francof. ad M. Erlang. Hercyn. Hannov. Holsat. M. Duc. rhen. inf. Siles.) ♃. April — Jun. (Flores albi aut roseo pallido suffusi. Flores aut saltem siliquae ob bulbillorum in foliorum (praesertim superiorum et senescentium) axillis evolutionem, saepe abortiunt.)

Notorhizeae. Cotyledones planae, incumbentes. Radicula dorsalis nempe dorso cotyledonum incumbens. Semina ovata non emarginata.

Tribus I. *Sisymbreae.*

Siliqua 2 locularis, longitudinaliter dehiscens, valvis concavis carinatisve. Semina ovata aut oblonga, emarginata. Cotyledones septo contrariae.

448. HÉSPERIS. *Nachtviole.*

Calyx 4 phyllus, bisaccatus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo patente obtuso aut emarginato. Glandulae virides, subannulatae, ad basin staminum lateralium. Siliqua stricta, sub 4 gona aut compressa, stigmatibus 2 erectis sessilibus conniventibus terminata. Semina oblonga sub triquetra, pendula, 1 serialia.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Sisymbreae*, Decand. *Kreuzblumen-Pfl.* Spreng.)

1869. *H. tristis*: pedicellis longissimis patentibus rigidis siliquae ancipitis margine incrassatae latitudinem aequantibus, petalorum laminis oblongis obliquis. Decand. syst. II. 447. prodr. 188. Willd. III. 530. Crantz austr. 31. Jacq. austr. t. 102. Schk. t. 184. *H. tristis*, Linn. *Cheiranthus lanceolatus*, Willd. III. 515.

Ad sylvarum margines. (Austr.) ♂. Mart. — Jun. (Flores noctu suave olentes, sordide ex albido aut ochroleuco fusco-rubentes.)

1870. *H. matronalis:* pedicellis calycis longitudine, petalis obovatis, siliquis erectis torosis glabris margine non incrassatis, foliis ovato-lanceolatis dentatis, caule erecto subsimplici. Decand. syst. II. 450. prodr. 189. fl. fr. 4126. ill. t. 564. f. 1.

α. *hortensis*: caule firmo recto, petalis (frequentius, emarginato-mucronatis, foliis ovato-lanceolatis nunquam cordatis, floribus saepius odoratis. Decand. l. c. *H. matronalis*, Linn. Willd. III. 531. var. α. Scop. carn. ed. 2. n. 832.

β. *sylvestris*: caule laxo, foliis saltem inferioribus basi plus minusve cordatis saepius grosse dentatis obtusis, floribus semper purpurascentibus rarius odoratis. Decand. l. c. *H. inodora*, Linn. Smith. britt. 711. Baumg. stirp. II. 277. fl. dan. 934. Gmel. bad. III. 81. engl. Bot. 731.

Jacq. austr. t. 347. *H. sylvestris,* Crantz. austr. p. 32.

In dumetis, sepibus et asperis. (Austr. Salisburg. Bavar. Nassov. Megalopol. Lusat. sup. Götting. Bonnae.) ♂. Mai.—Jul. (Planta polymorpha. Caulis simplex aut apice ramosus, stricte erectus aut in umbrosis sublaxus. Flores albi, rosei, purpurei, aut ex iis coloribus varii, noctu intense odorati aut per diem aut in apricis inodori.)

449. SISÝMBRIUM. *Rauke.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalis unguiculatis integris. Stamina edentula. Siliqua sessilis, teretiuscula vel subangulata, valvis, concavis, stylo vix ullo, septo membranaceo 2 locularis. Semina ovata aut oblonga, uniserialia.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Sisymbreae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

A. Flores flavi.

1871. *S. officinale:* foliis runcinatis pilosis, caule piloso, siliquis rachi adpressis subulatis. Decand. syst. II. 459. prodr. 191. fl. fr. 4172. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 111. Baumg. stirp. II. 257. Roth. II. 2. 131. *S. officinale,* Scop. carn. ed. 2. n. 824. *Crysimum officinale,* Linn. Willd. III. 509. Smith. britt. 706. Gmel. bad. III. 72. Poll. palat. 631. fl. dan. 560. engl. Bot. 725. Schk. t. 183. Sturm. I. 5. Dresv. et Hayne, II. p. 6. t. 29. *Chamaeplium off.* Wallr. sched. 377.

In ruderatis, incultis, ad vias, in muris. ☉. Maj. —Aug. (Flores minimi, lutei. Rami patentissimi!)

1872. *S. strictissimum:* foliis lanceolatis petiolatis dentatis pubescentibus. Decand. syst. II. 461. prodr. 191. fl. fr. 4173. Willd. III. 506. Baumg. stirp. 256. Roth. II. 2. 134. Jacq. austr. t 194. *S. strictissimum,* Linn.

In montosis asperis, ad sepes. (Austr. Styr. Francon. Wetterav. Ratisb. Lips. Francof. ad M. Hannoviae. Stuttgardt. Neovied.) ♃. Maj.—Jul. (Flores intense flavi.)

1873. *S. austriacum:* caule siliquis foliisque glabris, radicalibus runcinatis, caulinis incisis pinnatifidisve, lobis sinubusque acutis, calyce patente. Decand. syst. II. 466. prodr. 192. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 112. Jacq. austr. t. 262. *S. multisiliquosum*, Hoffm. deutsch. fl. II. 50. Wellr. sched. I. 395. *S. compressum*, Mönch. suppl. 83.

β. siliquis deflexo-patulis. *S. eckartsbergense*, Willd. III. 502.

γ. siliquis erectis. *S. erysimifolium*, Decand. fl. fr. 4170.

In montosis saxosis. (Austr. Thüring. Francon.) ♂. April—Jun.

1874. *S. obtusangulum:* foliis pinnatipartitis, lobis ovali-oblongis obtusis sinuato-dentasis, sinubus rotundatis, caule basi retrorsum subhispido. Decand. syst. II. 465. prodr. 192. fl. fr. 4171. Willd. III. 504. *Sinapis hispanica*, Lam. fl. fr. IV. IV. 645. Thuill. par. I. 343. *Sinapis nasturtiifolia*, Lam. dict. IV. p. 346. *Eruca inodora*, Joh. Bauh. hist. II. p. 862. fig. 3.

In ruderatis ad ripas Rheni tam inferioris quam superioris. ☉. April—Jun. (Herba quoad magnitudinem valde varians, interdum glaberrima. Flores pallide lutescentes. Cum *Brassica Erucastrum*, saepissime commutatum. An vere distinctum?)

1875. *S. Irio:* caule foliisque glabris runcinato-pinnati-partitis, lobis dentatis, terminali elongato, calyce siliquisque patenti-erectis. Decand. syst. II. 467. prodr. 192. fl. fr. 4166. Willd. III. 503. Smith. britt. 705. Baumg. stirp. II. 555. Jacq. austr. t. 322. Roth. II. 2. 132. engl. Bot. t. 1631. *S. Irio*, Linn.

In ruderatis et cultis. (Austr. Wetterav. Francof. ad M. Gissae, Helmst. ☉. Jun. — Aug. (Petala parva flava, calyce longiora.)

1876. *S. Columnae:* caule villoso subincano, foliis runcinatis pubescentibus, lobis dentatis integrisve acutis, siliquis erectiusculis, calyce laxo. Decand. syst. II. 469. prodr. 192.

α. *altissimum:* siliquis glabris, foliorum lobis subintegris. Decand. l. c. fl. fr. suppl. p. 591. Willd. III. 501. *S. altissimum*, Linn.

β. *leiocarpum:* siliquis glabris, foliorum lobis dentatis. Decand. l. c. *S. Columnae*, Linn. Willd. III. 503. Baumg. stirp. 255. Roth. II. 2. 133. Jacq. austr. t. 323. *S. villosum*, Moench. meth. 251. (excl. syn.)

In ruderatis, cultis, hortis. (Austr. Norimb. Vegesack.) ☉. Maj. — Sept. (Differt a praecedente: foliis nunquam omnino glabris.)

1877. *S. polyceratium:* pedicellis subternis axillaribus brevissimis, siliquis erectis glabris, foliis sinuato-runcinatis, lobis acutis dentatis, inferioribus majoribus. Decand. syst. II. 479. prodr. 194. fl. fr. 4160. Willd. III. 494. Roth. II. 2. 129. *S. polyceratum*, Linn. *S. corniculatum*, Lam. fl. fr. II. 520. *Chamaeplium polyceratium*, Wallr. sched. I. 377.

Tubingae. ☉. Maj — Jul. (Flores parvi, flavi, ad axillas foliorum sessiles, subterni.)

1878. *S. Sophia:* foliis bipinnatisectis, lobis oblongo-linearibus incisis, pedicellis calyce 4plo longioribus, petalis calyce minoribus. Decand. syst. II. 474. prodr. 193. flor. fr. 4165. Willd. III. 500. Smith. britt. 704. Scop. carn. ed. 2. p. 521. Gmel. bad. III. 71. Baumg. stirp. II. 254. Roth II. 2. 130. flor. dan. 528. engl. Bot. 963. *S. Sophia*, Linn. *S. parviflorum*, Lam. fl. fr. II. 519.

Ad sepes, vias. ☉. Maj. — Jul. (Flores minuti, flavi, subcorymbosi. Foliis tenuiter divisis facillime distinguendum.)

B. Flores albi.

1879. *S. bursifolium:* foliis lyratis pinnatifidis glabris, caule erecto folioso, pedicellis crassis calyce brevioribus. Decand. syst. II. 480. prodr. 195. fl. fr. 4162. Willd. III. 495. Roth. II. 2. 130. *S. bursifolium*, Linn. *Arabis bursifolia*, Lam. fl. fr. ed. 2. 511.

Tübingae. ☉. Jun. — Jul. (Flores albi, parvi.)

450. ALLIÁRIA. *Alliarie.*

Calyx 4 phyllus, laxus, basi aequalis, caducus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato. Stamina edentula. Glandulae 4 rotundae, 2 cingentes staminum lateralium basin, 2 inter majora et pistillum. Siliqua sub 4 gona, teres, stria carinali et lineis prominulis angulata, 2 valvis, 2 locularis, septo membranaceo, stylo brevissimo, stigmate depresso. Semina subcylindrica.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Sisymbreae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1880. *A. officinalis:* foliis cordatis, siliquis prismaticis pedicello multoties longioribus. Decand. syst. II. 489. prodr. 196. *Erysimum Alliaria*, Linn. Willd. III. 510. Smith britt. 708. Gmel. bad. III. 75. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 117. fl. dan. 935. engl. bot. 796. Drew. et Hayne III. p. 12. t. 58. *Hesperis alliaria*, Lam. fl. fr. II. 503. Decand. fl. fr. 4125. *Sisymbrium Alliaria*, Scop. carn. ed. 2. n. 825. Roth. II. 2. 131. Baumg. stirp. II. 256. *Hesperis Alliaria*, Wallr. sched. I. 379.

Ad sepes, dumeta et fossas. ♃. Maj. (Planta vulgatissima, trita odorem alliaceum redolet, semina imprimis. Flores albi.)

451. ERÝSIMUM. *Hederich.*

Calyx 4phyllus, basi aut subaequalis aut bigibbus. Petala 4, unguiculata, limbo obovato integro. Stamina edentula. Siliqua valvis carinatis 4gona, sessilis, 2locularis 2valvis, septo membranaceo, stylo nunc filiformi elongato, nunc brevissimo et stigmatibus 2patulis apiculatae. Semina ovata aut oblonga, immarginata. Cotyledones planae, oblongae.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Sisymbreae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

A. Flores flavi.

1881. *E. hieracifolium*: foliis lanceolatis remote serratis, petalorum (lamina oblonga,) ungue calycem aequante, stigmate emarginato, siliquis pedunculum subsexies longis (styli longitudine subcrassioribus) ramisque suberectis. Reichenb. ic. rar. Cent. I. p. 14. tab. 12. Jacq. austr. t. 73. Ehrh. beitr. 7. p. 156. *E. hieracifolium*, Linn. *E. strictum*, Gärtn. fl. Wett. II. p. 451. n. 836. Decand. syst. II. 495. prodr. 197. *E. odoratum*, Willd. III. 512. Pers. II. 200. Schult. observ. n. 982. Baumg. stirp. II. 262. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 117.

In muris ruderatis submontanis. (Austr. Franc. Erlang. Würceb. Thuring. M. Ducat. Wimar. Bad. et Rhen. inf.) ♂. Jun. — Sept.

1882. *E. crepidifolium*: foliis lineari-dilatatis sinuato-dentatis, petalorum ungue calycem excedente, stigmate capitato, ramis laxis siliquisque longissimis patentibus. Reichenb. l. c. p. 8. t. 6. *E. hieracifolium*, Decand. syst. II. 497. prodr. 198.

In collibus asperis lapidosis. (Bavar. Suev. Siles. Francon. Wetterav. Palat. Francof. ad M. Götting. Jenae.) ♂. Maj. — Aug.

1883. *E. virgatum*: foliis oblongo lanceolatis subdentatis pube tripartita pubescentibus, caule stricto

tereti, siliquis erectis, styli longitudine latitudinem siliquae subexcedente. Decand. syst. II. 496. prodr. 197. Roth. cat. bot. 75. Willd. III. 512. Wallr. sched. I. 365. Lejeune fl. de Spa. II. p. 71. Schult. observ. n. 983. Ficin. Dresd. p. 431. *E. virgatum*, Roth. *E. hieracifolium var.* Decand. fl. fr. IV. p. 659. n. 4143.

In arenosis (Moguntiae. Frankenhausen. Halae. Erfurtiae. Sondershausen.) ♂. Jun.—Jul.

1884. *E. durum:* foliis lineari-oblongis denticulatis pube tripartita canescentibus, caule angulato stricto simplici, petalis oblongis, siliquis strictis cauli arcte adpressis pube radiata scabris, stylo latitudine siliquae breviore. *E. durum*, Presl. deliciae pragens. I. 226. *E. virgatum*, Presl. fl. cech. p. 138. n. 1027. nec Willd.

In muris et ruderatis Pragae. ♂. Jun.—Jul. (Differt a *E. virgato*, foliis lineari-oblongis erectis strictis, caule angulato stricto, racemis simplicissimis, petalis oblongis, siliquis cauli arcte adpressis, pilis stellatis scabris, stylo breviore.)

1885. *E. cheiranthoides:* foliis lanceolatis subdenticulatis scabriusculis viridibus, siliquis erecto-patulis pedicellis duplo longioribus, stigmate parvo subsessili. Decand. syst. II. 498. prodr. 198. fl. fr. 4142. Willd. III. 511. Smith. britt. 708. Roth. II. 2. 100. Gmel. bad. III. 76. Poll. palat. 634. Baumg. stirp. II. 261. Fic. Dresd. I. p. 431. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 115. flor. dan. t. 731 et 923. Wallr. sched. I. 362. Jacq. austr. t. 23. engl. Botan. 942. Gärtn. fruct. II. p. 297. t. 143. Schk. t. 183. *E. cheiranthoides*, Linn. *E. parviflorum*, Pers. II. 199.

In ruderatis, arvis, ad agrorum viarumque margines, in sylvis, ad sepes. ♂. ⊙. Jun.—Aug. (Flores lutei, parvi.)

1886. *E. repandum:* foliis radicalibus runcinato-caulinis dentato-sinuatis subpubescentibus, siliquis subsessilibus divergentibus pedicello brevi vix crassioribus torulosis, stigmate sessili. Reichenb. l. c. p. 61. t. 79. Decand. syst. II. 500. prodr. 198. fl. fr. 4145. Willd. III. 510. Schult. observ. n. 980. Roth. II. 2. 105. Wallr. sched. I. 363. Baumg. stirp. II. 260. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 115. Jacq. austr. t. 22. *E. repandum*, Linn. *E. ramosissimum*, Crantz. austr. p. 29.

In agris, inter segetes. (Austr. Ratisb. Würceb. Erlang. Halae.) ☉. Maj. — Jun. (Petala oblonga, calyce paullo longiora, flava.)

1887. *E. helveticum:* foliis linearibus integris, cauleque erecto vix ramoso, pube adpressa 2 partita cinereis, siliquis erectiusculis, stigmate pedicellato emarginato. Decand. syst. II. 501. prodr. 198. fl. fr. 4140. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 116. *Cheiranthus helveticus*, Jacq. h. vind. t. 9, Willd. III. 515. (non Hoppe.) *Erysimum pallens*, Pers. II. 200. Wallr. sched. I. 363.

In collibus editioribus der Steinklippe. (Halae) rarius. ♂. Maj. — Jul. (Planta tota pube adpressa 2 partita cinereo-subcanescens. Petala pallide flava, limbo obovato.)

1888. *E. canescens:* foliis linearibus integris aut subdentatis, pube 2 partita subcanescentibus, unguibus calyce longioribus, laminis obovato-oblongis, siliquis erectis pedicello quintuplo longioribus, stigmate subsessili. Decand. system. II. 501. prodr. 198. *E. canescens*, Ficin. Fl. Dresd. I. p. 432. Roth. cat. bot. I. p. 76. *E. diffusum*, Ehrh. Beitr. 7. p. 157. Willd. III. 112. Schult. observ. n. 984. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 115.

In collibus, aggeribus siccis et apricis. (Austr. prope Viennam. Saxon. (Dresd.) Carniol.) ♂. Maj. — Jul. Flores flavi, inodori.)

1889. *E. Cheiranthus:* foliis lanceolatis lineari-lanceolatisque repando dentatis, petalorum ungue calyce longiore, lamina orbiculato-obovata, siliquis erecto-patulis quadrangularibus albis, stylo siliquae latitudinem longo, stigmate distincte bilobo. Reichenb. ic. rar. Cent. II. p. 37. t. 147. *E. lanceolatum*, Decand. syst. II. 502. prodr. 199.

α. pumilum: in alpibus. Reichenb. l. c. f. 274. *E. alpinum*, Pers. II. 200. *E. ochroleucum β.* Decand. flor. fr. 4141. *E. lanceolatum β. minor*, Decand. syst. l. c. *Cheiranthus alpinus*, All. ped. I. 271.

β. Clusianum: in subalpinis. Reichenb. l. c. f. 275. *E. Cheiranthus*, Pers. II. 199. *E. lanceolatum*, R. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 116. *E. lanceolatum α. majus*, Decand. syst. l. c. *Cheiranthus erysimoides*, Linn. Willd. III. 514. Vill. dauph. III. 314. Schult. oestr. flor. II. 241. Jacq. austr. t. 74.

γ. firmum: in montosis calcareis. Reichenb. l. c. f. 276. *E. Cheiranthus et E. odoratum*, plur. auct. *E. cheiriflorum*, Wallr. sched. p. 367.

In apricis, rupestribus, muris. (Austr. Francon. Carniol. Salisb. Ratisb. Nassov. Götting. Halae. ♂. Maj. — Jul.

B. Flores albi vel ochroleuci.

1890. *E. alpinum:* foliis membranaceis glabratis, caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus oblongis, radicalibus petiolatis ovatis. Decand. system. II. 507. prodr. 199. Baumg. stirp. II. 263. Roth. II. 2. 103. — *Brassica alpina*, Linn. Willd. III. 547. Decand. fl. fr. 4117. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 125. Gmel. bad. III. 91. Poll. palat. n. 640. Vill. dauph. III. 330. t. 36. *Arabis brassicaeformis*, Wallr. sched. I. 359.

In sylvaticis lapidosis montium. (Carinth. Palat. Nassov. Thuring. Jenae. Würceb. Sonderhausen.) ♃. Jun. — Aug. (Flores albi fere Arabidis. Petala oblonga, erectiuscula. Siliquae erectae, striatae, valvis medio uninerviis caeterum aveniis, stylo nullo, stigmate subtruncato. Semina oblonga.)

1891. *E. perfoliatum:* foliis radicalibus obovatis, caulinis cordato-amplexicaulibus, omnibus obtusis glabris glaucis, siliquae tetragonae faciebus enerviis. Decand. syst. II. 508. prodr. 199. Crantz. austr. 27. Wallr. sched. I. 368. — *E. campestre,* Scop. carn. n. 827. *E. orientale,* Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 117. *Brassica orientalis,* Linn. Willd. III. 545. Poll. palat. 639. Smith. britt. 717. Gmel. bad. III. 90. Jacq. austr. t. 282. engl. Botan. 1804. Schk. t. 186. *B. perfoliata,* Lam. dict. I. p. 748. *var. α.* Decand. fl. fr. IV. p. 646. n. 4115.

In arvis, agris. (Austr. Bavar. Suev. Francon. Hafs. Thuring. M. Ducat. bad.) ☉. Maj.—Jun. (Flores albi, exsiccatione subochroleuci. Siliquae erectiusculae, ab axi subdivergentes, 4 gonae. Semina ovata, pendula.)

1892. *E. austriacum:* foliis radicalibus obovatis, caulinis cordato-amplexicaulibus, omnibus obtusis glabris glaucis, siliquae subtetragonae faciebus nervis elevatis striatis. Decand syst. II. 509. prodr. 200. Baumg. stirp. II. 263. Roth. II. 2. 102. *Brassica austriaca,* Jacq. austr. p. 45. t. 283. Willd. III. 564. *B. orientalis var. β.* Pers. II. 206.

In asperis et arvis. (Austr. Palat. Wetterav. Erlang. Francof. ad M. Thüring.) ☉. Maj.—Jul. (Differt a praecedente: floribus paullo minoribus flavis aut ochroleucis, siliquis strictioribus omnino erectis, valvis praeter angulum carinalem lateribus utrinque stria elevata distinctis. Semina nonnulla stylo proxima saepe crassa reperiuntur.)

Orthoploceae: Cotyledones incumbentes, conduplicatae, nempe longitudinaliter medio plicatae et radiculam in plicatura ferentes, saepe apice emarginatae. Semina saepius globosa. Stylus saepe varie ampliatus, basi loculatus et seminifer, loculo stylari semper indehiscente.

Tribus I. *Brassiceae.*

Siliqua elongata, valvis longitudinaliter dehiscentibus, septo lineari. Semina globosa.

452. BRÁSSICA. *Kohl.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis, erectus aut rarius semipatens. Corolla 4 petala cruciformis. Limbo petalorum obovato. Siliqua teretiuscula, 2 locularis, 2 valvis loculis polyspermis, valvis concavis aut nervo medio vix subcarinatis, stylo persistente conico nunc aspermo, nunc intus 1 spermo. Semina in loculis uniseriata, subglobosa.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Brassiceae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

* *B. oleracea:* foliis polline glaucis subcarnosis repandis lobatisve, etiam junioribus glaberrimis. Decand. syst. II. 583. prodr. 213. fl. fr. 4118. Willd. Ill. 548. Scop. carn. ed. 2. n. 840. Baumg. stirp. II. p. 260. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 123. Gmel. bad. III. 95. *B. oleracea*, Linn.

Colitur cum varietatibus quamplurimis. Vide Decand. syst. l. c. ♂. Maj. — Jun. Flores paullo majores et pallidiores, quam in sequentibus.

1893. *B. campestris:* foliis polline glaucis subcarnosis, inferioribus novellis subhispidis ciliatisve lyratis dentatis, caeteris cordato-amplexicaulibus acuminatis. Decand. syst. II. 588. prodr. 214.

α. oleifera: radice fusiformi exili, caule elongato. *B. campestris*, Linn. Willd. Ill. 556. Hoffm.

II. 58. Smith. britt. 718. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. 74. Baumg. stirp. II. 259. flor. dan. 550. engl. Bot. 1224. *B. oleracea var. α.* Lam. dict. I. p. 742. Decand. fl. fr. 4118.

β. Napo-brassica, radice tumida napiformi.

In agris. (Bavar. Francon. Hannov. M. D. rhen. inf. Nassov. Götting.) ☉. Maj. — Jun. (Flores flavi. Colitur inter olera et ad oleum e seminibus parandum.)

* *B. Rapa*: foliis radicalibus lyratis polline glauco destitutis setoso-scabris, caulinis mediis incisis, summis integerrimis laevibus. Decand. syst. II. 590. prodr. 214. Willd. III. 548. Smith britt. 720. Gmel. bad. III. 94.

In agris culta et spontanea. ♂. April. (Flores flavi, paulo minores quam in *B. oleracea*. Var. radice globosa et oblonga.

* *B. Napus*: foliis glabris polline caesio glaucescentibus, radicalibus lyratis, caulinis pinnatifidis crenatisque, summis cordato-lanceolatis amplexicaulibus, siliquis divaricato-patentibus. Decand. syst. II. 592. prodr. 214. Willd. III. 547. Smith britt. 719. Gmel. bad. III. 93. Roth. II. 2. 113. engl. bot. 2146. *B. Napus*, Linn.

Colitur et spontanea occurrit. ♂. April. — Jul. (Petala flava. A Br. campestri caute distinguenda!)

1894. *B. Erucastrum*: foliis runcinatis subglabris, lobis inaequalibus obtuse sinuatis, caule basi hispido. Decand. syst. II. 600. prodr. 216. fl. fr. 4122. Willd. III. 551. Gmel. bad. III. p. 97. *B. Erucastrum*, Linn. *Erysimum Erucastrum*, Scop. carn. ed. 2. p. 27. Roth. II. 2. 104.

In ruderatis, arenosis. (Suev. Palat. Francof. ad M. Wetterav. M. Ducat. bad.) ☉. Jun. — Jul. Petala flava reticulato-venosa. A Sisymbrio obtusangulo vix diversa!)

1895. *B. Cheiranthos:* foliis radicalibus petiolatis lyrato-pinnatilobis subhispidis, lobis ovali oblongis sinuato-dentatis, caulinorum lobis subintegris acutis, radice exili, siliquis rostro 4plo longioribus. Decand. syst. II. p. 600. *B. cheiranthiflora*, Decand. syst. II. 601. prodr. I. 216. bot. Zeit. 1822. I. 181. cum. ic. *B. montana*, Decand. fl. fr. IV. p. 657. *Sinapis Tournefortii*, All. ped. n. 962. *S. recurvata*, All. l. c. n. 963. t. 37. *Raphanus cheiranthiflorus*, Pers. II. 209.

In agris et rupestribus. M. Ducat. rhen. inf. (ad ripas fluvii Ahr, prope Saftig) et in Palat. ⊙. Maj.—Jun.

453. SÍNAPIS. *Senf.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis, petalorum limbo obovato. Siliqua teretiuscula, 2 locularis, 2 valvis, loculis polyspermis, valvis, concavis aut nervo medio subcarinatis, stylo nunc brevi acuto, nunc rostriformi subulato conico aut ensiformi, aspermo aut 1 spermo. Semina in quoque loculo uniserialia, subglobosa, in rostro solitaria aut nulla.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Brassiceae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1896. *S. nigra:* siliquis glabris laevibus sub 4 gonis pedunculo adpressis, foliis infimis lyratis, summis lanceolatis integerrimis petiolatis. Decand. syst. II. 608. prodr. 218. flor. fr. 4109. Willd. III. 555. Smith. britt. 722. Roth. II. 2. 123. Gmel. bad. III. 100. Baumg. stirp. II. 258. fl. dan. 1582. engl. Bot. 969. *S. nigra*, Linn.

In agris, arvis, ad ripas Rheni et Moeni passim. ⊙. Jun.—Jul. (Differt a congeneribus: foliis ramulorum pendulis, siliquis axi adpressis.)

1897. *S. arvensis:* siliquis glabris multangulis torulosis rostro tenui subancipiti 3 plo longioribus,

caule foliisque pilosis. Decand. syst. II. 615. prodr. 219. fl. fr. 4111. Willd. III. 554. Smith. britt. 721. Roth. II. 2. 122. Gmel. bad. III. 99. Baumg. stirp. II. 257. fl. dan. 783. engl. Botan. 1748. Schk. t. 186. *S. arvensis*, Linn.

In arvis, vineis, agris. ⊙. Maj. — Jun. (Flores flavi. Siliquae glabrae, erectae aut subincurvae.)

1898. *S. alba:* siliquis hispidis patentibus rostro ensiformi subangustioribus, foliis lyratis cauleque subglabris. Decand. syst. II. 620. prodr. 220. flor. fr. 4113. Willd. III. 555. Smith. britt. 721. Roth. II. 2. 123. Gmel. bad. III. 100. Baumg. stirp. II. 258. engl. Bot. 1677. Gärtn. II. p. 299. t. 143. f. 4. Schk. t. 186. Sturm. I. 8. *S. alba*, Linn.

Inter segetes et in ruderatis rarior. ⊙. Maj. (Flores flavi.)

454. DIPLOTÁXIS. *Diplotaxis.*

Calyx 4 phyllus, basi aequalis. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo patente ovali. Stamina edentula. Siliquae lineares, compressae, 2 loculares, 2 valves, valvis planiusculis nervo medio donatis, septo membranaceo, stylo conico aut brevissimo, rarissime 1-2 spermo. Semina ovata, parva, in quoque loculo biseriata, aut interdum abortu subuniserialia.

(*Cruciferae*, Juss. *Crucif.* trib. *Brassiceae*, Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1899. *D. tenuifolia:* siliquis subpedicellatis erectis, stylo filiformi brevi aspermo, foliis supremis integris, infimis pinnatipartitis, lobis linearibus integris pinnatifidisve. Decand. syst. II. 632. prodr. 222. *Sisymbrium tenuifolium*, Linn. Willd. III. 493. Smith. britt. 713. Decand. fl. fr. 4159. Roth. II. 2. 128. Gmel. bad. III. 65. Baumg. stirp. II. 252. engl. Bot. 525. *S. acre*, Lam. fl. fr. II. 520. *Eruca tenuifolia*, Moench. meth. 257. *Sinapis tenuifolia*, Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 128.

In ruderatis glareosis lapidosis apricis. (Austr. Suev. Francon. Wetterav. (Francof. ad Moen.) Palat. M. Ducat. bad. et Wimar, ad ripas Rheni sup. et inf.) ♃. Jun. — Octbr. (Caulis erectus, ramosus. Folia glabra, polymorpha. Petala calyce 2plo majora, pallide flava.)

1900. *D. muralis:* siliquis sessilibus erectis, stylo brevi subfiliformi, foliis radicalibus dentatis lyratisve glabris, caulibus subnudis adscendentibus. Decand. syst. II. 634. prodr. 222. *Sisymbrium murale,* Linn. Willd. III. 496. Decand. fl. fr. 4154. Baumg. stirp. II. 253. Hoffm. II. 49. Schk. t. 187. *Eruca decumbens,* Moench. meth. 257. *Sinapis muralis,* Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 128.

β. foliorum lobis profundioribus acutioribus dentatis. Decand. syst. l. c. *Sisymbrium Erucastrum,* Gmel. bad. III. 67.

In ruderatis campis arenosis, apricis. (Austr. Palat. Würceb. M. Ducat. bad.) ☉. aut ♂. Jun.— Sept. (Flores minores et pallidius flavi quam in priore.)

An hujus loci?

1901. *D. brevicaulis:* caulibus diffusis, foliis sinuato - runcinatis glabris, siliquis erectis obtuse 4 gonis subcompressis linearibus. *Sisymbr. brevicaule,* Wib. Werth. addit. p. 348. Hell. suppl. fl. Wirceb. p. 60. *S. Irio,* Wib. Werth. p. 210.

Maj. — Jul. In arenosis, ad muros et in agris. (Wirceb. prope Kitzingen, Sickershausen et Grossenlangheim. Francon. solo calcareo prope Wertheim.) ♃. (Differt a *D. murali:* foliis minus profunde incisis repando - dentatis et subruncinato - glabris, floribus minoribus. Caules aut potius scapi plures, altitudine varii, 1 — 2 digitales aut 2 lineares, diffusi, aphylli, pilis raris adspersi, caeterum glabri, subteretes. Folia in cespitem congesta, in petiolum decurrentia, sinuato - runcinata, segmentis et apicibus obtusis integris, subcarnosa, glabra, obscure viridia. Racemi

longitudine caulium aut eos superantes, laxi, flexuosi. Calyces glabri subpatentes. Petala calyce sublongiora, integerrima, pallide lutea. Siliquae erecto-patentes.)

455. ERÚCA. *Rauke.*

Calyx erectus, 4 phyllus. Corolla 4 petala, cruciformis, petalorum limbo obovato. Stamina edentula. Siliqua ovali-oblonga, 2 locularis, 2 valvis, valvulis concavis laevibus, rostro ensiformi aspermo vix valvulis breviore. Semina globosa.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib *Brassiceae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1902. *E. sativa:* foliis lyrato-pinnatipartitis lobis dentatis acutis, caule hirsuto, pedicellis calyce deciduo brevioribus. Decand. system. II. 637. prodr. 223. Lam. flor. fr. II. 469. *E. sativa,* Lam. *E. foetida,* Moench. meth. 256. *Brassica Eruca,* Linn. Willd. III. 552. Decand. fl. fr. 4121. Crantz. austr. 38.

In montosis. (Austriae.) ☉. Jul. (Petala alba, aut pallide flava, semper tamen venis nigricantibus reticulata. Semina lutescentia.)

Tribus II. *Raphaneae.*

Siliqua transverse in loculos articulosve mono-vel oligospermos secedens aut divisa. Semina globosa.

456. RÁPHANUS. *Rettig.*

Calyx erectus, 4 phyllus, basi subbisaccatus. Corolla 4 petala, cruciformis. Petala unguiculata, limbo obovato vel obcordato. Stamina edentula. Siliqua teres, stylo conico acuminata, evalvis, coriacea aut suberosa, 2 locularis vel septo membranaceo evanido 1 locularis, nunc continua, nunc isthmis (coarctationibus) strangulata. Semina 1 serialia, globosa, pendula. Cotyledones crassiusculae.

(*Cruciferae,* Juss. *Crucif.* trib. *Raphaneae,* Decand. *Kreuzblumenpfl.* Spreng.)

1903. *R. Raphanistrum:* siliquis 1 locularibus articulatis striatis 3—8 spermis stylo longioribus, foliis simpliciter lyratis. Decand. syst. II. 666. prodr. 229. flor. fr. 4108. Willd. III. 560. Smith. britt. 723. var. *α*. et *β*. Roth. II. 2. 99. Gmel. bad. III. 103. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 129. flor. dan. 678. engl. Bot. 856. Schk. t. 188. *R. Raphanistrum*, Linn. *R. sylvestris*, Lam. fl. fr. 495. *Raphanistrum Lampsana*, Gärtn. fruct. II. p. 300. t. 143. f. 6. *R. innocuum*, Medik. in Ust. neu. Ann. II. p. 39. Moench. meth. 217. *R. segetum*, Baumg. stirp. II. 280. *R. arvense*, Wallr. sched. I. 336.

In arvis, arenosis. Inter segetes. ☉. Maj.—Aug. (Flores albi vel flavescentes, venis violaceis ornati.)

* *R. sativus:* siliquis teretibus torosis acuminatis vix pedicello longioribus. Decand. syst. II. 663. prodr. 228. fl. fr. 4107. Willd. III. 560. Brown. h. Kew. ed. 2. V. IV. p. 129. Gmel. bad. III. 105. *R. sativus*, Linn.

Colitur in hortis vulgatissime cum varietatibus quamplurimis. Hab. in China, Japonia et Asia occidentali. ☉. et ♂. Maj.—Jun. (Radix esculenta, mox subrotunda mox elongata, nec non colore diversa.)

Classis XVI.

MONADELPHIA. *Stamina inferne in unum corpus coalita.*

Pentandria. *Stamina* 5.

---

457. ERÓDIUM. *Reicherschnabel.*

Calyx 5 phyllus. Petala 5, interdum irregularia. Stamina 10, filamentis basi monadelphis, 5 antheriferis,

5 alternis sterilibus. Glandulae 5 ad basin staminum sterilium. Carpellorum aristae intus barbatae, demum elastice spiraliter tortae.

(*Gerania*, Juss. *Geraniaceae*, Decand. *Geranien*, Spreng.)

1904. *E. Cicutarium:* caule prostrato aut diffuso hirto, foliis pinnatisectis, segmentis sessilibus pinnatifidis incisis dentatisve, pedunculis multifloris, petalis inaequalibus. Decand. prodr. I. 646. Willd. III. 629. Smith. britt. 727. Decand. fl. fr. 4532. Pers. II. 224. Spreng. hal. 192. Schlecht. berol. 361. *Geranium Cicutarium*, Linn. Schk. t. 190. 6.

α. *praecox:* acaule, foliis patulis segmentis subincisis, petalis calyce majoribus. Decand. prodr. l. c. Cav. diss. V. t. 126. f. 2.

β. *pimpinellaefolium:* caulescens demum suberectum, foliis longe petiolatis, segmentis acute incisis, petalis calyci subaequalibus. Dec. prodr. l. c. Smith. l. c. Cav. diss. IV. t. 126. f. 1. *E. pimpinellaefolium*, Willd. III. 630. Pers. II. 224. Spreng. hal. 192. a Boenningh monast. I. 205. *Geranium pimpinellifolium*, Gmel. bad. III. 109. *G. Cicutarium*, Roth. II. 2. 135. fl. dan. 986.

γ. *Chaerophyllum:* multicaule, subprostratum, segmentis tenuiter pinnati-partitis, floribus pallidis aut albis. Decand. prodr. l. c. Cav. diss. IV. t. 95. f. 1. *Geranium Chaerophyllum*, Roth. II. 2. 136. *E. pilosum β. Chaerophyllum*, a Boenningh. monast. 204.

δ. *pilosum:* multicaule, subprostratum, undique pilosum segmentis tenuiter pinnati-partitis, floribus intense purpureis. Decand. prodr. l. c. *E. pilosum*, Thuill. par. p. 347. *E. pimpinellaefolium β. pilosum.* Pers. II. 224.

ε. *cicutaefolium:* subcaulescens, segmentis oblongis obtuse incisis, floribus pallidis roseisve. Decand. prodr. l. c. Thuill. l. c. *sub. Cicutario.*

In agris, ruderatis. (α, ϵ, in apricis; β, in pratis; γ, in siccis lapidosis et agris; δ, in arenosis.) ⊙. Mart. — Octbr.

1905. *E. moschatum:* caule procumbente, foliis pinnatisectis segmentis petiolulatis ovatis inaequaliter serrato-incisis, pedunculis multifloris pubescenti-subglandulosis. Decand. prodr. I. 647. fl. fr. 4533. Willd. III. 631. Smith. britt. 728. a Boenningh. monast. 205. Jacq. h. vind. t. 55. Cav. diss. t. 94. f. 1. Sturm. I. 5. *Geranium moschatum*, Linn. Gmel. bad. III. 110.

In montanis. (Carniol. Helmstädt, Wolfenbüttel, Römhild.) Ad sepes, vias passim in Westphal. (Münster. Wesel.) ⊙. Maj. — Sept. (Habitus praecedentis, at foliis majoribus odoreque moschato dignoscitur. Flores purpurei, petalis calycem vix superantibus. Variat glabrum, et in caule costisque glanduloso-pubescens.)

DECANDRIA. *Stamina* 10.

458. GERÁNIUM. *Storchschnabel.*

Calyx 5 phyllus. Petala 5, aequalia. Stamina 10 fertilia, alterna majora. Glandulae nectariferae 5 ad basin staminum majorum. Carpellorum aristae intus glabrae, demum elastice a basi ad axeos apicem circinnatim revolutae.

(*Gerania,* Juss. *Geraniaceae,* Decand. *Geranien,* Spreng.)

I. Perennia, pedunculis 1 floris.

1906. *G. sanguineum:* caule erecto vel diffuso ramoso, pedunculis axillaribus petiolo multo longioribus medio 2-bracteolatis, foliis oppositis 5-partitis, lobis 3 fidis, lobulis linearibus. Decand. prodr. I. 639. fl. fr. 4541. Willd. III. 697. Smith. britt. 738. Gmel. bad. III. 129. Roth. II. 2. 145. fl. dan. 1107. engl. Bot. 272. *G. sanguineum*, Linn.

In montosis et pascuis sylvaticis passim. ♃. Jun. —Sept. (Caules debiles, geniculati, pilosi. Pedunculi longissimi. Flores magni, sanguinei. Calycis foliola aristata, pilosa, plerumque 5 nervia. Capsulae carinatae, laeves, apice setosae, interdum 2 spermae. Semina minutissime corrugata.)

II. Perennia, pedunculis 2 floris.

1907. *G. argenteum:* caule brevissimo, foliis subradicalibus longe petiolatis utrinque sericeo-canis 5-7 partitis, lobis 3 fidis, lobulis linearibus, pedunculis subradicalibus, petalis emarginatis. Decand. prodr. I. 640. fl. fr. 4550. Willd. III. 707. Cav. IV. t. 77. f. 3. Curt. mag. t. 504. Jacq. ic. rar. t. 546. Mössl. II. 969. *G. argenteum*, Linn.

Summis in alpibus Carnioliae. ♃. Juni. — Aug. (Petala magna, rubra, venosa.)

1908. *G. macrorhizum:* caule basi suffruticoso apice dichotomo, foliis glabris 5 partitis lobis apice dentatis, calycibus globoso inflatis, petalis integris, staminibus nutantibus. Decand. prodr. I. 640. flor. fr. 4542. Willd. III. 699. Hoffm. II. 62. Mössl. 966. fl. Wett. p. 494. Cav. IV. t. 85. f. 1. Jacq. ic. rar. t. 134. *G. macrorhizum*, Linn.

In montanis rupestribus. (Austr. Carinth. in muris arcis Fetzberg prope Crofdorff. Wetterav.) ♃. Maj. —Jun. (Scapi aphylli, erecti, dichotomi. Calycum foliola 2 exteriora majora. Petala orbiculata, integra, plana, purpurea. Pistillum declinatum, in fructu longius.)

1909. *G. phaeum:* caule tereti, foliis 5 lobis inciso-dentatis, summis sessilibus, petalis patulis integris, staminum filamentis basi pilosis, carpellis transverse plicatis. Decand. prodr. I. 641. flor. fr. 4543. Willd. III. 699. Smith. britt. 729. Roth. II. 2. 137. Gmel. bad. III. 111. Mössl. II. 967. Baumg. stirp. II. 290. fl. dan. 987. Cav. IV. t. 89. f. 2. engl. Bot. 322. Schk. t. 190. *G. phaeum*, Linn.

In subalpinis. (Austr. Styr. Salisb. Suev. Saxon. Halae. Siles.) ♃. Maj.—Jul. (Petala livide rubrofusca basi albo-maculata. Variat petalis atro-fuscis (*G. fuscum*, Linn.)

1910. *G. nodosum:* caule 4 gono, foliis inferioribus 5 lobis, superioribus 3 lobis, lobis oblongis acuminatis serratis, petalis emarginatis. Decand. prodr. I. 640. flor. fr. 4545. Willd. III. 701. Smith. britt. 730. Mössl. II. 967. Cav. IV. t. 85. f. 1. *G. nodosum*, Linn.

In sylvis. (Carinthiae.) ♃. Maj.—Aug. (Folia subtus lucida. Petala striato-venosa, violaceo-rubella. Carpella undique adpresse pilosa.)

1911. *G. sylvaticum:* caule tereti erecto glabro, foliis sub 7 lobis, lobis oblongis inciso-serratis, pedunculis subcorymbosis, petalis subemarginatis, staminum filamentis subulatis ad medium ciliatis. Decand. prodr. I. 641. flor. fr. 4546. Willd. III. 703. Smith. britt. 731. Roth. II. 2. 138. Scop. carn. n. 851. Gmel. bad. III. 113. Baumg. II. 291. Mössl. II. 968. Cav. IV. p. 211. t. 85. f. 1. engl. Bot. 121. *G. sylvaticum*, Linn.

In sylvis et pascuis montosis passim. ♃. Maj.—Jun. (Folia pubescentia. Carpella pilosa, laevia. Petala coeruleo-purpurea, venis 5 saturatioribus picta.)

1912. *G. pratense:* caule tereti erecto piloso, foliis sub 7 lobis, lobis lineari-oblongis inciso-serratis, pedunculis subcorymbosis, petalis integris, staminum filamentis glabris basi valde dilatatis. Decand. prodr. I. 641. flor. fr. 4549. Willd. III. 705. Smith. britt. 732. Poll. palat. 648. Roth. II. 2. 139. Baumg. stirp. II. 292. Gmel. bad. III. 116. Mössl. II. 969. Cav. IV. t. 87. f. 1. Gärtn. II. t. 79. f. 5. engl. Bot. 404. Schk. t. 190. *G. pratense*, Linn.

In pratis montanis passim. ♃. Jun.—Aug. (Flores ampli; coerulei vel albi.)

1913. *G. palustre:* caule decumbente pilis patulis subhispido, foliis 5—7 lobis, lobis inciso-dentatis, pedunculis longissimis pilosulis, pedicellis declinatis, petalis integris, staminibus subulatis glabris. Decand. prodr. I. 642. fl. fr. 4547. Willd. III. 703. Poll. palat. n. 647. Roth. II. 2. 138. Gmel. bad. III. 115. Baumg. stirp. II. 291. Mössl. II. 968. Cav. IV. t. 87. f. 2. fl. dan. 596. *G. palustre*, Linn.

In pratis paludosis et in sylvaticis humidis hinc inde. ♃. Maj. — Aug. (Petala obovata, purpurea. Calyces ad nervos pilosi.)

1914. *G. pyrenaicum:* caule erecto ramoso, foliis reniformibus 7 lobis, lobis oblongis obtusis, 3 fidis lobulis, 3 dentatis, floralibus 3 partitis, petalis emarginatis calyce paullo majoribus, carpellis ecristatis pubescentibus. Decand. prodr. t. 643. fl. fr. 4552. Willd. III. 708. Smith. britt. 735. Gmel. bad. III. 118. Mössl. II. 969. Cav. IV. t. 79. f. 2. engl. Botan. 405. Sturm. I. 5. *G. pyrenaicum*, Linn.

In pratis et pascuis. (Baruth. Nordhausen. Jenae in suburbiis.) ♃. Maj.—Jul. (Stamina 5 interdum sterilia. Variat flore albo et pallide coeruleo.)

III. Annua. Pedunculis 2 floris.

1915. *G. robertianum:* foliis 3—5 partitis lobis 3 fido pinnatifidis, petalis integris calyce angulato aristato 2 plo longioribus, carpellis glabris reticulato-rugosis, seminibus laevibus. Decand. prodr. I. 644. fl. fr. 4559. Willd. III. 714. Smith. britt. 732. Baumg. stirp. II. 296. Poll. palat. 649. Roth. II. 2. 140. Gmel. bad. III. 120. Mössl. II. 973. Cav. IV. t. 86. f. 1. fl. dan. 694. *G. robertianum*, Linn.

In umbrosis, rupibus, ad sepes ubique. ⊙. Maj. — Sept. (Totum pilis patentibus obsitum. Calyx pilosus. Petala integra, rubra. Odor gravis acidulus.)

1916. *G. molle:* foliis reniformibus, radicalibus 9 lobis caulinis, 7 lobis, lobis 3 fidis, petalis 2 fidis

longitudine calycis mutici, carpellis glabris rugosis, seminibus laevibus. Decand. prodr. I. 643. fl. fr. 4554. Willd. III. 710. Smith. britt. 734. Baumg. stirp. II. 293. Poll. palat. 651. Roth. II. 2. 141. Gmel. bad. III. 122. Mössl. II. 970. fl. dan. 679. Cav. IV. t. 83. f. 3. Vaill. bot. t. 15. f. 3. *G. molle*, Linn.

In ruderatis, muris, ad vias. ☉. Maj. — Aug. (Petala semibifida. Calyces submutici, corolla rubella parum breviores. Stipulae 2 fidae. Flores rarissime abortu 5 antheri.)

1917. *G. pusillum:* foliis subreniformibus 7 lobis, lobis 3 fidis, petalis emarginatis longitudine calycis mutici, carpellis pubescentibus non rugosis, seminibus laevibus. Decand. prodr. I. 643. fl. fr. 4558. Willd. III. 713. Smith. britt. 734. engl. Bot. IV. t. 83. f. 1. engl. Bot. 385. *G. pusillum*, Linn. *G. malvaefolium*, Roth. II. 2. 145. Gmel. bad. III. 126. Scop. carn. n. 847. Lam. fl. fr. III. p. 18. Vaill. bot. t. 15. f. 1.

In agris, ad sepes et vias. ☉. Maj. — Aug. (Differt a sequente: caule plerumque erectiusculo molli sed non viscoso, foliis mollibus non viscidis, calyce acuminato non aristato, petalis coerulescentibus emarginatis obcordatis calyce minime longioribus, stipulis multo majoribus villosis laceris.)

1918. *G. rotundifolium:* foliis radicalibus reniformibus 7 lobis caulinis subrotundis basi truncatis 5 lobis, lobis 3 fidis, petalis integris longitudine calycis aristati, carpellis hirsutis, seminibus reticulatis. Decand. prodr. I. 643. fl. fr. 4557. Willd. III. 712. Sm. britt. 736. Baumg. stirp. II. 294. Roth. II. 2. 144. Gmel. bad. III. 128. Mössl. II. 972. Cav. IV. t. 93. f. 2. engl. Bot. 157. *G. rotundifolium*, Linn.

β. petalis calyce longioribus. *G. subrotundum*, Hoffm. II. 65.

In pascuis et pratis siccis. ☉. Maj. — Jul. (Caulis diffusus, piloso-viscidus, ramosus. Folia subvis-

cosa, mollia. Flores purpurei (rosei Decand.). Calyx villosus, aristis obtusis villosis terminatus. Petala integra, cuneata, obtusa, vix calyce longiora.)

1919. *G. columbinum:* foliis 5 partitis lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, carpellis glabris laevibus, seminibus reticulatis. Decand. prodr. I. 643. fl. fr. 4555. Willd. III. 711. Smith. britt. 737. Baumg. stirp. II. 295. Poll. palat. n. 653. Roth. II. 2. 142. Gmel. bad. III. 125. Mössl. II. 971. Cav. IV. t. 82. f. 1. fl. dan. 1222. engl. Bot. 259. *G. columbinum*, Linn.

In agris, ad sepes. ☉. Jun. — Jul. (Pedunculi longissimi. Calyces longe barbati. Petala emarginata, rosea.)

1920. *G. dissectum:* foliis 5 partitis lobis 3 fidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, carpellis pilosis, seminibus reticulatis. Decand. prodr. I. 643. fl. fr. 4556. Willd. III. 712. Smith. britt. 737. Baumg. stirp. II. 295. Poll. palat. n. 652. Roth. II. 2. 143. Gmel. bad. III. 124. Mössl. II. 971. Cav. IV. t. 78. f. 2. fl. dan. 936. Vaill. bot. t. 15. f. 2. *G. dissectum*, Linn.

In agris. ☉. Maj. — Jul. (Pedunculis brevibus facile ab antecedente distinctum.)

1921. *G. bohemicum:* foliis 5 lobis lobis cuneato-ovatis inciso-dentatis, pube caulis patente hispida, petalis emarginatis longitudine calycis longe aristati, carpellis hirsutis, seminibus laevibus. Decand. prodr. I. 644. Willd. III. 708. Baumg. stirp. II. 292. Hoffm. II. 63. Mössl. II. 970. Cav. IV. t. 82. f. 2. *G. bohemicum*, Linn.

In montosis sylvaticis. (Bohem. Bavar.) ☉. Jun. — Aug. (Calyces aristati, barbati pilis longis intermixtis brevioribus glandulosis horizontalibus. Capsulae hirsutae, nigricantes, pilis erectis.)

1922. *G. lucidum:* glaberrimum, foliis rotundatis 5 lobis, calycibus pyramidato-angulatis transverse

corrugatis, carpellis dorso sulcato-muricatis. Decand. prodr. I. 644. fl. fr. 4553. Willd. III. 709. Smith. britt. 733. Baumg. stirp. II. 293. Poll. palat. 650. Roth. II. 2. 141. Gmel. bad. III. 121. Mössl. II. 970. Cav. IV. t. 80. f. 2. fl. dan. 218. engl. Bot. 75. *G. lucidum*, Linn.

In rupibus umbrosis. (Austr. Suev. Francon. Wetterav. Francof. ad M. Palat. Hass. Hercyn. M. Duc. Rhen. inf. et Bad. Hannov. Helmstdt. Halae.) ☉. Maj. — Aug. (Flores rosei.)

POLYANDRIA. *Stamina plurima.*

459. MALVA. *Malve.*

Calyx duplex, exterior 3 phyllus, interior 1 phyllus 5 fidus. Corolla 5 petala, unguibus in tubum staminum confluentibus. Carpella capsularia plurima in orbem disposita. (Fructus diaeresilis polycoccus.)

(*Malvaceae*, Juss. Decand. *Malvaceen*, Spreng.)

1923. *M. neglecta:* carpellis pubescentibus immarginatis dorso latusculisque laevigatis, calyculi foliolis linearibus, laciniis calycinis ovatis corolla 2 plo brevioribus receptaculum lenticulare attingentibus, pedunculis fructiferis declinatis, foliis suborbiculatis obsolete 5 angularibus, caule diffuso prostrato. *M. neglecta*, Wallr. botan. Zeit. 1824. Sylloge, p. 140. *M. rotundifolia*, Linn. sp. pl. ex synon. C. Bauh. pin. 314. nec flor. suec. et herb. Poll. palat. n. 658. Willd. III. 786. Roth. II. 2. 147. Decand. prodr. 432. a Boenningh. monast. I. 207. flor. dan. t. 721. engl. Bot. 1092. Reichenb. ic. rar. I. p. 20. t. 20. f. 37. Schk. t. 192. (opt.)

Ad vias, in suburbiorum areis desertis juxta plateas spurcas, parietes, sepes. ♃. Jun. (Caules pilis raris e bulbo provenientibus variis, nunc simplicibus, furcatis obsoleteque stellatis, praesertim in fastigio adspersi, iisque cum papillis subtilissimis intermixtis, scabriusculi. Flores calyce duplo majores.)

1924. *M. rotundifolia:* carpellis marginatis pubescentibus dorso scrobiculato-rugosis, latusculis transversim striatis, calyculi foliolis linearibus acutis, laciniis calycinis ovatis ciliatis petala oblongo-lanceolata subaequantibus receptaculumque contractum subattingentibus, pedunculis fructiferis declinatis, foliis suborbiculatis obsolete — 5 angularibus, caule prostrato. Wallr. l. c. p. 143. *M. rotundifolia,* Linn. Suec. n. 626. sp. pl. (pro parte et excl. syn. aliorum.) Wahlenb. ups. 235. (excl. syn.) Willd. var. *β.* Smith. britt. II. 741. Pers. II. 251. *β. pusilla,* Decand. prodr. 433.

1925. *M. pusilla:* Withering. a Boenningh. monast. I. 208. *M. parviflora,* Huds. angl. 307. *M. borealis,* Wallmann. Reichenb. l. c. p. 21. t. 20. f. 38.

In aggeribus, ruderibus, ad vias, in solo terso. (Cum praecedente commutata.) ♃. Jun.—Sept. (Differt a praecedente: habitu rigidiore, compactiore, pilis caulis pedunculorum petiolorum et calycis substrigosis, foliolis calyculi brevioribus nonnisi fructus subaequantibus, laciniis calycinis margine ciliatis apice subcomplicatis, petalis oblongo-lanceolatis truncatis leviter emarginatis erectis albentibus, fere cum nitore margaritaceo, calycem subaequantibus vel saltem parum superantibus, fructibus minoribus et paulo crassioribus.)

1926. *M. sylvestris:* carpellis dorso scrobiculato-rugosis, calyculi foliolis oblongo-lanceolatis, laciniis calycinis ovatis sensim acutiusculis receptaculum contractum superantibus, petalis obovatis pedunculum floriferum aequantibus, pedunculis fructiferis patentibus effusis patenti-pilosis, foliis 7 lobatis obtusis irregulariter dentatis, caule erecto ramosissimo. Wallr. l. c. p. 145. Willd. III. 787. Decand. prodr. 432. fl. fr. 4509. Smith. britt. 740. Baumg. stirp. II. 299. Poll. palat. n. 659. Roth. II. 2. 147. Mössl. II. 977. engl. Bot. 761. fl. dan. 1223. Gärtn. fruct. II.

t. 136. f. 1. Schk. t. 196. off. Pfl. Lief. VII. t. 23. *M. sylvestris*, Linn.

In areis graminosis, ad vias, inter oleraceas. ♃. Jun. — Aug. (Caules pilis e bulbo provenientibus scabri, superne densioribus et longioribus pilosi. Petala obverse-cuneato-ovata, obtusa, apice 2 loba coerulescentia, venis 3 primariis aliisque duabus lateralibus saturatioribus picta, pedunculos floriferos patentes aequantia. Calyculi foliola oblongo-lanceolata.)

Var. *α.* caule magis erecto, floribus majoribus;

β. caule procumbente diffuso, foliis superioribus pervis trilobis basi subcuneatis, floribus minoribus, quae forte: Malva nicaeensis. All. pedem. n. 1416. Cav. diss. 2. t. 25. f. 1. — Altenahr M. Duc. Rh. inf.

1927. *M. mauritiana*, carpellis glabriusculis dorso scrobiculato-rugosis, calyculi foliolis oblongis obtusis, laciniis calycinis dilatato-ovatis obtusiusculis receptaculo brevioribus, petalis obcordatis pedunculo florifero glabro longioribus, foliis 5 lobatis obtusissimis grandi-obtuseque dentatis, summis 3 lobis in basin ovatam productis utrinque cauleque erecto glabris. Wallr. l. c. Decand. prodr. 432. Willd. III. 787. Roth. II. 2. 148. Gmel. III. 136 Mössl. II. 978. Cav. diss. II. t. 23. f. 2. Hayne Arzneigew. II. t. 29. *M. mauritiana*, Linn.

In Italia et Hispania forsan orta, nunc et in Suev. Siles. Berol. Lips. Wittenb. ☉. Jun. — Aug. (Differt a praecedente: caule surrectiore validiore superne in ramulos patentissimos diviso, partium glabritie vix nisi in summa planta mutabili adjunctoque virore saturo, petalis obcordatis colore sanguineo aequali suffusis, foliolis calyculi minoribus oblongis potius et obtusioribus.)

1928. *M. crispa:* carpellis hyalinis immarginatis dorso latusculisque arcuato-striatis glabris, calyculi foliolis linearibus acuminatis, floribus axillaribus

glomeratis, foliis 5-7 angulatis crispis cauleque erecto glabriusculis. Wallr. l. c. p. 150. Decand. prodr. I. 433. fl. fr. 4510. Roth. II. 2. 148. Gmel. bad. III. 157. Mössl. II. 978. Cav. diss. II. p. 74. t. 23. f. 1. *M. crispa*, Linn.

E Syria, nunc inter oleracea quasi spontanea. ☉. Jun. — Jul.

1929. *M. Alcea:* carpellis immarginatis dorso costa longitudinali striatis glabris, calyculi foliolis ovato-oblongis, laciniis calycinis ovatis acutiusculis obtexto-hirsutis, foliis scabriusculis inferioribus angulatis, reliquis profunde trilobatis, lobis lateralibus 2 lobis folium 5 partitum mentientibus, caule erecto petiolis pedunculoque scabriusculis. Wallr. l. c. p. 150. Decand. prodr. I. p. 432. fl. fr. 4511. Willd. III. 790. Baumg. stirp. II. 299. Poll. pal. n. 660. Roth. II. 2. 149. Gmel. bad. III. 138. Mössl. II. 978. Cav. II. t. 17. f. 2. Hayne, II. t. 30.

In collibus et aggeribus graminosis, dumetis. ♃. Jun. — Aug. (Caules erecti, pilis nunc simplicibus, nunc stellatim expansis, nunc ex nodulo flavescente surrectis scabriusculi. Folia pallide viridia, superne pilis simplicibus sparsis, subtus stellatis scabriuscula. Flores inter congeneres germanicas maximi, pallide roseo-purpurascentes.)

β. *Moreni:* Pollini Veron. foliis superioribus palmato — 5 fidis lobis dentatis. M. alceoides Ten. cat. 1819. p. 55. Decand. prodr. I. p. 432. An hujus loci: *Malva sylvestris*, Linn., caule erecto, foliis multipartitis, Hort. Cliff. 347. Fl. suec. ed. 1. 581. Smith. brit. II. p. 740? Loerach. M. Duc. Bad. Fr. N. ab E. Calyculi foliola quam in M. Alcea, angustiora calyce duplo breviore. Carpella laevia carinata ut in illa.)

1930. *M. moschata:* carpellis ecostatis immarginatis dorso hispidis (aeneo-nigrescentibus), latusculis papulosis, calyculi foliolis linearibus utrinque acuminatis, laciniis calycinis ovatis acutiusculis parce

pilosis, foliis inferioribus reniformibus subintegris caulinis 5 partitis sensim angustioribus, caule subsimplici petiolis pedunculisque patenti-pilosis. Wallr. l. c. p. 152. Decand prodr. I. 432. fl. fr. 4512. Willd. III. 790. Poll. palat. n. 661. Roth. II. 2. 149. Gmel. bad. III. 139. Smith. britt. 741. Mössl. II. 979. flor. dan. 905. Cav. II. t. 18. f. 1. engl. Botan. 754. *M. moschata*, Linn.

α. *integrifolia:* foliis radicalibus caulinisque intermediis subintegris crenatis. Wallr. l. c.

β. *laciniata:* foliis omnibus pinnato-multifidis, floribus subterminalibus. Wallr. l. c. Decand. prodr. l. c. *M. laciniata,* Lam. flor. fr. III. 750. *M. moschata β.* Decand. fl. fr. l. c.

In aggeribus apricis, inter saxa, ad vias. (Palat. Suev. Wetterav. Francof. ad M. Hass. Nassov. Hercyn. Halae. Siles. Carniol.) ♃. Jun. — Aug. (Differt ab antecedente: caule plerumque simpliciore graciliore cum petiolis pedunculisque patenti-pilosis, foliis utrinque pilis simplicibus hirsutis, laciniis angustioribus, petalis parum minoribus roseo-purpurascentibus, odore foliorum vere moschato raro deficiente.)

460. ALTHAEA. *Eibisch.*

Calyx duplex, exterior 1 phyllus, 6-12 fidus, interior 5 fidus. Corolla 5 petala. Carpella capsularia (cocca diaeresilis) 1 sperma, in orbem disposita.

(*Malvaceae,* Juss. Decand. *Malvaceen,* Spreng.)

1931. *A. officinalis:* foliis utrinque molliter tomentosis cordatis ovatisve dentatis indivisis subtrilobisve, pedunculis axillaribus multifloris folio multo brevioribus. Decand. prodr. I. 436. fl. fr. 4515. Willd. III. 770. Smith. britt. 739. Poll. pal. n. 656. Baumg. stirp. II. 297. Sprengel. hal. 195. Roth II. 2. 150. Gmel. bad. III. 131. Mössl. II. 975. Gärtn. fruct. II. t. 136. f. 5. fl. dan. 530. engl. Bot. 147. Schk. t. 192. off. Pfl. Lief. V. t. 8. *A. officinalis*, Linn.

In umbrosis, humidis. (Austr. Carniol. Suev. Francon. Nassov. Palat. Wetterav. Francof. ad M. Halae. Berol. Holsat.) ♃. Jul. — Septbr. (Planta tomento molli canescente tecta. Flores carnei.

1932. *A. cannabina:* foliis pubescentibus subtus subincanis, inferioribus palmato-partitis superioribus 3partitis, lobis angustis grosse dentatis, pedunculis axillaribus multifloris laxis folio longioribus. Decand. prodr. I. 436. fl. fr. 4517. Willd. III. 771. Baumg. stirp. II. 297. Jacq. vind. 124. austr. t. 101. Mössl. II. 975. *A. cannabina,* Linn.

Ad sepes et margines sylvarum. (Austr.) ♃. Sept. — Octbr. (Petala rosea, crenulata. — Caulis erectus, 5 — 6 pedalis.)

1933. *A. hirsuta:* foliis cordatis piloso-scabris supra glabris, infimis obtusis superioribus 5 lobis, caule hispido, pedicellis 1 floris folio longioribus. Decand. prodr. I. 437. fl. fr. 4518. Willd. III. 772. Baumg. stirp. II. 298. Poll. palat. n. 657. Roth. II. 2. 150. Gmel. bad. III. 132. Mössl. II. 975. Cav. II. t. 29. f. 1. Jacq. austr. t. 170. *A. hirsuta,* Linn.

Ad sepes, in montosis siccis. (Austr. Carniol. Palat. Wetterav. Eisenach.) ☉. Jul. — Aug. (Caules diffusi, ut tota planta hirti, pilis patulis, sed folia supra glabra. Calyx hirsutus, exterior 8 phyllus, interior longitudine corollae acuminatus. Corolla incarnato-alba, crenulata.)

461. LAVATÉRA. *Lavatere.*

Calyx duplex, exterior 1 phyllus, 3 fidus. Carpella capsularia (Cocca diaeresilis) 1 sperma, in orbem circa axim varie dilatatum disposita.

(*Malvaceae,* Juss. Decand. *Malvaceen,* Spreng.)

1934. *L. thuringiaca:* caule herbaceo tomentoso, foliis subtomentosis, inferioribus angulatis superioribus 3 lobis lobo intermedio longiore, pedicellis

solitariis 1 floris petiolo longioribus, petalis 2 lobis. Decand. prodr. I. p. 439. fl. fr. 4523. Willd. III. 795. Roth. II. 2. 295. Spreng. hal. 195. Mössl. II. 980. Gärtn. II. t. 136. f. 2. Cav. II. t. 31. f. 5. Curt. mag. t. 517. Jacq. austr. t. 311. *L. thuringiaca*, Linn.

In sylvis montosis, ad sepes. (Austr. Saxon. Halae. Barby. Helmst. Lips. Winar.) ♃. Jul. — Aug. (Petala magna, profunde emarginata, pallide violacea, venis rubris picta. Receptaculum fructus centrale conicum.

462. HIBISCUS. *Hibiskus.*

Calyx duplex, exterior polyphyllus. Stigmata 5. Carpella (diaeresilia) in capsulam 5 locularem coalita, valvis intus medio septiferis, loculis mono-vel polyspermis.

(*Malvaceae*, Juss. Decand. *Malvaceen*, Spreng.)

1935. *H. syriacus:* caule inermi arboreo, foliis cuneiformi-ovatis 3 lobis dentatis glabris, pedicellis petiolo vix longioribus calyce 6—7 phyllo. Decand. prodr. I. 448. flor. fr. 4527. Willd. III. 818. Mössl. II. 982. du Roi harbk. I. p. 304. Willd. arb. 141. Cav. III. p. 169. t. 69. f. 1. *H. syriacus*, Linn.

In Carniolia. ♄. Aug. — Septbr. (Flores magni, albi vel rubri, aut violacei vel variegati. Variat etiam floribus plenis.)

1936. *H. pentacarpos:* foliis cordatis oblongis dentatis obtusiusculis angulatis leviter subtrilobis glabris, pedicellis petiolo longioribus, floribus cernuis, pistillis nutantibus. Decand. prodr. I. 447. Willd. III. 831. Mössl. II. 984. Jacq. ic. rar. t. 143. *H. pentacarpos*, Linn.

In paludosis. (Carniol.) ♃. Jul. (Corolla dilute rubra. Capsulae loculi monospermi.)

1937. *H. Trionum:* foliis dentatis, inferioribus subindivisis superioribus 3 partitis, lobis lanceolatis intermedio longissimo, calycibus inflatis membranaceis nervosis. Decand. prodr. I. 453. fl. fr. 4529; Willd. III. 832. Cav. III. 171. t. 64. f. 1. Curt. mag. t. 209: Gärtn. II. t. 134. f. 6. *H. Trionum*, Linn. *Ketmia Trionum*, Scop. carn. n. 862.

In Carniolia. ☉. Jun. — Septbr. (Flores magni flavi, fundo atro-purpureo. Capsulae polyspermae.)

Classis. XVII.

DIADELPHIA. *Filamenta in duo corpora connexa.*

Hexandria. *Stamina* 6.

---

463. FUMÁRIA. *Erdrauch.*

Calyx minimus, diphyllus, deciduus. Corolla 4-petala, papilionaceo-ringens, petalis irregularibus, superiore ad basin obtuse calcarato. Filamenta in fasciculos duos membranaceos connata, singuli antheris tribus, silicula (nucamentacea) ovata aut globosa, evalvis, 1-sperma; stylo post authesin deciduo mutica.

(*Papaveraceae*, Juss. *Fumariaceae*, Decand. *Papavereen*, Spreng.)

1938. *F. capreolata:* siliculis globosis, pedicellis fructiferis recurvatis bractea longioribus, racemis oblongis, caulibus subscandentibus, foliis bipinnatisectis, petiolis subcirrhosis. Decand. system. II. 133. Willd. III. 868. Decand. flor. fr. n. 4101. Hoffm. D. Fl. II. 70. Poir. suppl. 2. 682. *F. capreolata*, Linn.

In ruderatis, ad sepes (Siles. Arnstadt.) ☉. Maj. — Jul. (Racemi laxi, pauciflori. Flores dilute carnei,

vel albidi, apice atro-sanguinei, farinosi, majores. Calcar compressum, obtusum, breve. Silicula globosa, laevis.)

1939. *F. media:* siliculis globosis depressiusculis, pedicellis fructiferis erectis bractea duplo longioribus, racemis laxiusculis, caulibus erectis, foliis supradecompositis petiolis subcirrhosis. Decand. syst. II. 134. Lois. not. p. 101. Decand. fl. fr. suppl. 587. Lejeune Fl. de Spaa, 2. 90. Smith. britt. 751. Thuill. par. ed. 2. 1. 354. engl. Bot. t. 943. With. britt. 621. t. 30. *F. media*, Lois. not. *F. capreolata*, Lightf. scot. 380. *F. officinalis β.* Huds. Angl. 309. *F. cirrhata*, Rhode (secund. Decand.)

In agris vineis oleraceisque cum sequente, sed tardius floret. ⊙. Jun.—Sept. (A praecedente differt: foliorum lobis angustioribus, racemis laxioribus, pedicellis imo fructiferis erectiusculis, corollis dilute purpurascentibus, siliculis apice subretusis. Multo *F. officinali* affinior, et tantum differre videtur caule ramosissimo diffuso, petiolis saepe cirrhiformibus intortis prehensibilibus, lobis foliorum paulo latioribus, floribus paululum majoribus. DC.

1940. *F. officinalis:* siliculis globoso-retusis, pedicellis fructiferis erectis bractea duplo longioribus, racemis laxiusculis, caule erecto, foliis supradecompositis, lobis linearibus. Decand. syst. II. 134. Scop. carn. n. 940. Poll. palat. n. 663. Roth. II. 154. Willd. sp. II. 867. Smith. britt. 750. Decand. fl. fr. n. 4102. Gmel. bad. III. 146. engl. Bot. t. 589. Curt. Lond. 2. t. 52. Fl. Dan. t. 940. Sturm. 1. 2. *F. officinalis*, Linn. *F. officinalis α.* Huds. Angl. 309. *F. officinarum*, Neck. gallob. 298.

In arvis, cultis, vineis, hortis. ⊙. Maj.—Aug. (Caulis minus ramosus. Flores intensius purpurascentes.)

1941. *F. parviflora:* siliculis globosis submucronulatis, pedicellis fructiferis erectis bractea lon-

gioribus, racemis laxis, caule erectiusculo, foliis supradecompositis, lobis linearibus canaliculatis. Decand. syst. II. 136. Lam. Enc. II. 567. Smith britt. 750. Decand. fl. fr. n. 4103. Gmel. bad. III. 147. Hoffm. II. 70. Boenningh. Monast. 211. engl. Botan. t. 590. Reichb. Pl. crit. Cent. I. 41. Tab. L. 102.

F. parviflora, Lam. *F. tenuifolia*, Fl. Wetter. *F. spicata*, Moench. meth. 51. *F. spicata β.* Linn. All. pedem. n. 1086. *F. diffusa*, Mönch. supp. 215.

In agris, inter segetes, oleraceis. (Austr. Suev. Franc. Palat. Wetter. Westph. M. Duc. Rhen. inf. Bonnae, Würceb. Werth.) ☉. Jun.—Jul. (Habitus praecedentis, sed foliorum laciniae angustissimae, lineares, canaliculatae, subtus convexae, nequaquam dilatatae vel cuneatae, flores dimidio breviores, pauciores, albidi, siliculae subglobosae, mucrone minimo acuminatae, subrugulosae.)

1942. *F. Vaillantii:* siliculis globosis vix mucronulatis, pedicellis fructiferis erectis bractea longioribus, racemis brevibus, caule erectiusculo, foliis supradecompositis, lobis linearibus planis. Decand. syst. II. 137. et flor. fr. suppl. 587. Bast. suppl. 33. Vaill. bot. par. 56. t. 10. f. 6. Rhb. P. crit. Cent. I. 42. Tab. L. 103. *F. Vaillantii*, Lois. not. 102. *F. parviflora*, Wahlenb. Ups. 238.

In agris arenosis. (Saxon. Dresd. Mogunt.) ☉. Maj.—Jun. (Praecedenti similis, sed rami erecti nec patuli aut procumbentes; laciniae florum longiores, planae; herba tota magis glauca; flores purpurascentes.)

464. CORÝDALIS. *Lerchensporn.*

Calyx minimus, diphyllus, aut nullus. Corolla 4 petala papilionaceo-ringens, petalis irregularibus, summo calcarato, infimo ad basin gibbo. Siliqua bivalvis, compressa, dehiscens, ovali-oblonga vel linea-

ris, stylo saepius acuminata, valvulis cum staminum adelphiis parallelis.

(*Papaveraceae*, Juss. *Fumariaceae*, Decand. *Papavereen*, Spreng.)

1943. *C. tuberosa*: caule simplici esquamato, foliis 2 biternatim sectis, segmentis cuneatis inciso-multifidis, bracteis ovatis integris, radice cava. Decand. syst. II. 117. Ejusd. prodr. I. 127. Flor. fr. n. 4097. Merat. paris. 272. *C. bulbosa*, Pers. syn. II. 69. Willd. En. 139. *C. cava*, Wahlenb. carp. 211. Sch. et Körte, Erlang. 44. *Pseudofumaria major*, Borkh. in Röm. Arch. 1. 2. 45. *Capnoides cava*, Mönch. Meth. 52. *Fumaria major*, Roth. II. 151. *F. bulbosa*, Scop. carn. n. 864. Hoffm. II. 59. Willd. III. 860. *F. bulbosa α.* Linn. Crantz. austr. 5. 435. Sturm. I. 11. *F. cava*, Ehrh. Beitr. 6. 145. Gmel. bad. III. 144. Curt. bot. Mag. t. 232. Schk. 2. t. 194. Fl. Dan. t. 605.

In sepibus nemoribusque umbrosis humidiusculis. ♃. April — Maj. (Rad. tuberosa, globoso-ovata vel oblonga, intus cava, fibrillas paucas in parte inferiore hinc inde proferens. Flores racemosi, horizontales, purpurascentes vel albi. Siliqua linearis, compressa, circiter 8-sperma.)

1944. *C. fabacea*: parvula, caule subsimplici erecto, sub infimo folio squamigero, foliis 3—4 petiolatis biternatim sectis, segmentis oblongis obtusiusculis, bracteis ovatis acutis pedicello longioribus, radice solida. Decand. syst. II. 118. Ejusd. prodr. I. 127. Fl. fr. 5. p. 586. Pers. syn. II. 269. Willd. En. 740. Wahlenb. Lapp. 184. *C. intermedia*, Merat. par. 272. *Fumaria fabacea*, Retz. prod. ed. 2. n. 859. (excl. fl. dan. syn.) Hoffm. II. 69. Willd. III. 862. *F. intermedia*, Ehrh. Beitr. 6. 146. Schk. 2. 319. t. 194. *F. bulbosa β.* Linn. *Pseudofumaria intermedia*, Borkh. in Röm. Arch. 1. 2. 45.

In umbrosis montanis. (Hal. prope Dieskau. Dresd.

Erlang?) ♃. April — Maj. (Differt a priore radice solida nec cava, a sequente bracteis integris nec incisis; ab utraque habitu multo minore, caule saepius bifido, foliis 3—4, segmentis elliptico-oblongis, floribus demum minoribus paucioribus.)

1945. *C. bulbosa:* caule simplici erecto sub infimo folio squamigero, foliis 3—4 petiolatis biternatimsectis, segmentis cuneatis oblongiore bracteisque apice incisis. Decand. syst. II. 119. Prodr. I. 127. Fl. fr. n. 4098. Wahlenb. carp. 211. *Corydalis digitata*, Pers. syn. II. 269. Merat. par. 273. Schw. et Körte, Erlang. 45. *C. Halleri*, Willd. En. 740. *Capnoides solida*, Mönch. meth. 52. *Fumaria bulbosa γ.* Linn. sp. 983. *F. bulbosa*, Poll. palat. n. 662. Retz. prodr. *F. bulbosa minor*, Leers. Herb. n. 549. *F. bulbosa β.* Lam. Enc. II. 570. *F. Halleri*, Willd. prodr. n. 704. sp. pl. III. 863. Fl. dan. t. 1224. *F. solida*, Ehrh. Beitr. 6. 145. Smith. britt. 748. engl. Bot. t. 1471. *F. minor*, Roth. II. 153. *Pseudo-fumaria minor*, Borkh. in Röm. Arch. 1. 2. 45. *Borkhausenia solida*, Fl. Wetter.

In sepibus umbrosis nemoribusque humidiusculis. ♃. April—Maj. (Flores albi, vel purpurei rariusve virescentes. Varietatem, bracteis subintegris insignem, prope Bonnam legit am. Beilschmied.)

1946. *C. capnoides:* caule ramoso diffuso, foliis bipinnatim sectis, segmentis obovato-cuneatis trifidis, bracteis lineari-subulatis pedicello triplo brevioribus, siliquis linearibus vix pedicello longioribus. Decand. syst. II. 125. Prodr. I. 129. *α. albida*, floribus albis aut albidis. *Coryd. capnoides*, Pers. syn. II. 270. Willd. En. 740. Wahlenb. carp. 212. *Fumar. lutea β.* Lam. Enc. II. 569. *F. alba*, Mill. dict. n. 3. *F. capnoides*, Linn. Web. spicil. 20. Scop. carn. n. 805. Willd. sp. III. 866. Schult. Oestr. Fl. 107. *Pseudo-fumaria capnoides*, Borkh. in Röm. Arch. 1. 2. 44. *β. lutea:* floribus

luteis. *Corydalis lutea*, Decand. fl. fr. n. 4099. Pers. syn. II. 270. Willd. En. 740. *Capnoides lutea*, Gärtn. fr. 2. 163. t. 115. f. 3. Mönch. meth. 52. *Fumaria capnoides*, Mill. dict. n. 4. All. pedem. n. 1084. *F. lutea*, Linn. Mant. 258. Ait. Kew. ed. 2. 4. 240. Hoffm. II. 69. Desf. Atl. 2. 126. Smith. britt. 749. engl. Bot. t. 588. *Pseudo-fumaria lutea*, Borkhaus. in Röm. Arch. 1. 2. 45. *Borkhausenia lutea*, Fl. Wetter. 3. 19.

In fissuris rupium murorumque. α. Goetting. Lips. Austr. Styr. Carinth. β. in muris arcis Idstein ad Rhen. sup. Wetter. ♃. Maj. — Aug.

1947. *C. claviculata*: caule ramoso diffuso-scandente, foliis bipinnatim sectis, petiolis cirrhosis, segmentis ovalibus integris bracteis oblongis pedicello longioribus. Decand. syst. II. 128. Prodr. I. 129. fl. fr. n. 4110. Pers. syn. II. 270. *Fumaria claviculata*, Linn. Huds. Angl. 309. Hoffm. II. 70. Roth. II. 155. Borkh. in Röm. Arch. 2. 44. Smith. britt. 752. Gmel. badens. III. 148. Fl. dan. t. 840. engl. Bot. t. 103.

In dumetis, sepibus, sylvulis arenosis, saxosisque uliginosis, sed rarissima. Oldenb. prope Daetl. Brem. Lilienthal, Suev.) ☉. Jun. — Jul. (Flores ex albo flavescentes, per exsiccationem flavi. Calcar obtusum, breve. Siliquae minimae, oblongae, stylo acuminatae, dehiscentes, enerviae, 2-4-spermae.)

OCTANDRIA. *Stamina 8.*

465. POLYGALA. *Kreutzblume.*

Calyx 5-partitus, coloratus, persistens, laciniis lateralibus 2 majoribus alaeformibus (sepala lateralia Rchb.) Corolla convoluta in tubum supra fissum, limbo 2 labiato, labio superiore bipartito fisso, inferiore concavo subtus barbato, intus obtegente stamina 8, in 2 fasciculos collecta. Antherae uniloculares. Stig-

ma subbifidum. Capsula compressa, obcordata, bivalvis, bilocularis, disperma, dissepimento medivalvi.

(*Pediculares*, Juss. *Polygaleae*, Decand. Link. *Polygaleen*, Spreng.)

a. Calyce 5-partito colorato, *laciniis 2 majoribus alaeformibus* (*suffrutices*.)

1948. *P. austriaca:* foliis imis (brevioribus) rosulatis obovato-oblongis, laciniis calycis lateralibus cuneato-ellipticis, corollam fimbriatam subaequantibus, capsula obcordato-rotunda brevioribus. Reichenb. Pl. crit. Dec. III. p. 23. Tab. XI. 39. *P. austriaca*, Crantz. fas. V. 439. t. II. Schult. *P. amara α. austriaca*, Dec. Prod. I. 325.

In . . . Austr. prope Neostadium. ♃. Maj.—Jul.

1949. *P. uliginosa:* foliis imis (maximis) rosulatis obovato-subrotundis, laciniis calycis lateralibus cuneato-ellipticis, corollam fimbriatam subaequantibus, capsula obcordato-oblonga brevioribus angustioribusque. Rchb. Fl. Saxon. et Pl. crit. Dec. III. p. 23. Tab. XXI. 40. 41. Off. Pfl. H. 12. *P. uliginosa*, Rchb. *P. amara*, quorund. Auct.

In pratis uliginosis turfosis. (Saxon. prope Lips. Austr. Thuring. Siles. Heidelb.) ♃. Maj.—Jul. (Parvitate omnium partium et foliis obtusissimis saepe retusis satis distincta à sequente, sed antecedenti valde affinis. Sapor amaricans.)

1950. *P. amarella:* foliis imis (maximis) rosulatis obovatis acutis, laciniis calyce lateralibus ellipticis corolla fimbriata capsulaque obcordato-oblonga longioribus latioribusque, bracteis peristentibus. Rhb. Fl. Saxon. et Pl. crit. l. c. 24. Tab. XXII. 43. 44. Off. Pfl. H. 12. *P. amarella*, Crantz. V. 438. *P. amara*, Auct.

In . . . Jena, Frankenhaus etc. ♃. Maj.—Jul.

1951. *P. vulgaris:* foliis imis (parvulis) lanceolato-spathulatis, reliquis lineari lanceolatis, laci-

niis calyc. lateralibus ellipticis corollae fimbriatae aequalibus, capsula cunneato-obcordata latioribus longioribusque. Rchb. Fl. Saxon. et Pl. crit. l. c. Tab. XXV. 52. 53. *P. vulgaris*, Vaill. Tab. XXXII. f. 1. Wahlenb. upsal. *P. vulgaris E. major*, Linn. Fl. suec.

In pratis, pascuis. ♃. Maj.—Jun. (Flores cyanei, vel carnei vel rarius variegati.)

1952. *P. reticulata:* foliis linearibus acutissimis, floribus cristatis racemosis, bracteis persistentibus, laciniis calyc. ovatis mucronatis reticulato-venosis capsula demidio longioribus. *P. reticulata*, Presl. delic. pragens. 228.

In pratis et pascuis montanis promontoriis sudetorum. ♃. Jun. (Flores laxi, coerulei, magnitudine. Polyg. vulgaris. Bracteae lineares, parvae, persistentes. Laciniae calyc. ovatae, mucronatae, membranaceae, capsula longiores, venis reticulatis viridibus.)

1953. *P. oxyptera:* foliis imis (parvulis) sparsis obovatis reliquis lineari-lanceolatis, laciniis calycis lateralibus cuneato-ellipticis acutis corolla fimbriata brevioribus, capsula obcordata angustioribus vix longioribus. Rchb. Flor. Saxon. et Pl. Crit. Dec. III. 25. Tab. XXIII. 46—49. *P. oxyptera*, Rchb. *P. monspeliaca,* Auct. germ. (nec Willd.) *P. coerulea,* Meig. et Al.

α. *collina:* humilis, caulibus simplicibus paucifloris. Rchb. l. c.

β. *pratensis:* elata, caulibus subramosis multifloris. Rchb. l. c. Tab. XXIV. 47—49.

γ. *caespitosa:* caule a basi ramoso prostrato, foliis caulinis brevioribus, subovalibus, floribus minoribus pallidis (prope Bonnam): (an propria species?)

In pratis, montosis graminosis, collibus siccioribus, passim. Bonnae. (Flores cyanei, albi vel carnei variegati.) ♃. Maj.—Jul.

(*P. vulgari* quam maxime affinis, excepta Var. γ. et forsan conjungenda?)

1954. *P. amplyptera:* foliis imis (majoribus) sparsis obovatis, superioribus lineari-lanceolatis, laciniis calycis lateralibus cuneato-obovatis corolla fimbriata brevioribus, capsula cuneato-obcordata latiore longioribus. Rch. Flor. Saxon. et Pl. crit. l. c. 26. Tab. XXIV. 50. (*P. buxifolia.*)

In . . . (Saxon. Thuring. ♃. Maj. — Jul. (Differt ab affini. *P. amarella:* laciniis calyc. lateralibus corolla brevioribus, foliis imis minoribus sparsis, bracteis caducis.)

1955. *P. comosa:* foliis imis (parvulis) sparsis obovatis reliquis linearibus, laciniis calyc. lateralibus ellipticis capsula obcordata longioribus eamque aequelatis, bracteis fl. virgineos superantibus. Rhb. Flor. Saxon. et Pl. crit. l c. 27. Tab. XXVI. 54—56. *P. comosa,* Schk. II. 324. Tab. CXCIV.

In pratis passim M. Duc. Rh. inf. (Trevir. Berg). Silesia. Saxon. Francon. Würceb. ♃. Maj. — Jul. (Flores pallide coerulei vel carnei interdum albi. Caulis in nostris altior, magis erectus. Flores densius conferti, minores, quam in antecedente. Var. floribus majoribus e Silesia habemus.)

1956. *P. major:* foliis imis (parvulis) obovatis reliquis lanceolato-linearibus, laciniis calyc. lateralibus elliptico-lanceolatis corolla brevioribus, capsula obcordato-orbiculata cuneato-stipitata subduplum longis. Rchb. Pl. crit. l. c. Tab. XXVII. 59. 60. *P. major,* Jacq. Austr. Host. Dec. Prodr. I. 324. Hoffm. D. Fl. II. 71.

In montosis pratis. (Austr. Vienn. Wittenb.) ♃. Maj. — Jul. (Flores inter congeneres maximi.)

β.) calyce 3-partito, lacinia superiore majore, (fructices.)

1957. *P. Chamaebuxus:* caule fruticoso ra-

moso procumbente, foliis oblongo-lanceolatis mucronatis, racemis 1-2 floris, carina cristata. Decand. Prodr. I. 331. Flor. fr. n. 2386. Willd. III. 2. 890. Nov. A. A. N. C. IV. app. 13. Roth. II. 158. Gmel. bad. III. 152. Jacq. Austr. t. 233. Sturm. I. 13. *P. Chamaebuxus*, Linn.

In montanis sylvaticis. (Austr. Salisb. Francon. Suev. Erlang. Ratisb. Francof. ad O. Norimb.) ♄. Maj. — Jul. (Frutex parvulus. Flores flavidi apice purpureo notati, odorem narcissi spargunt.)

DECANDRIA. *Stamina* 10.

A. Monadelpha. *Spartieae Spr.*

466. GENÍSTA. *Ginster.*

Calyx bilabiatus, labio inferiori tridentato, superiori bidentato. Corolla calyci inserta, irregularis, papilionacea, 5 petala. *Vexillum* oblongum, reflexum. Alae ovatae, oblongae vexillo breviores. Carina deflexa (lanceolata) alis longior, genitalia non rite includens. Stigma superne pilosum. Legumen oblongum, 1-loculare, turgidum aut compressum. Semina uni suturae laterali affixa. (Frutices vel suffrutices. Corollae flavae.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpflanzen*, b. *Spartieen.* Spreng.)

α.) Ramis inermibus.

1958. *G. scoparia:* foliis ternatis solitariisque oblongis, floribus axillaribus breviter pedicellatis, leguminibus margine pilosis, ramis angulatis. Decand. flor. fr. n. 3811. *Spartium scoparium*, Willd. III. 933. Poll. palat. n. 665. Du Roi Harbk. B. 2. 425. Leers Herb. n. 522. Willd. arb. 369. Roth. II. 159. Gmel. bad. III. 153. Smith. britt. 753. Borkhaus. II.

966. Bechst. Forstbot. 758. Schlechtdl. b. I. 369. Boenningh. l. c. 212. Engl. Bot. t. 1339. Flor. dan. t. 313. Guimp. et Hayne. 156. t. 116.

β. ramis foliisque hirsutis. *Sp. scoparium, β. hirsutum*, Boenningh. l. c.

In arenosis, collibus siccis, sylvaticis pascuis. ♄. Jun. — Jul. (Flores magni citrini, rarissime albi. Legumen compressum, fuscum, ciliatum, polyspermum.)

1959. *G. juncea:* foliis lanceolatis glabris, ramis junceis oppositis teretibus apice floriferis. Decand. fl. fr. n. 3804. Willd. III. 926. Ejusd. Arb. 368. Sauv. monsp. 60. Jacq. Coll. 3. 81. Borkh. II. 971. Bechst. Forstb. 761. Duh. arb. 1. 257. t. 103. Schk. II. 326. t. 195. Curt. bot. Mag. t. 85.

G. juncea: Scop. carn. n. 870. *Spartium junceum*, Willd.

In dumetis, ad vias inter frutices Germ. austral. (Austr. Carniol. Salisb.) ♄. Maj. — Augst. — Spbr. (Flores speciosi, sulphurei, odorati, in hortis interdum pleni.)

1960. *G. tinctoria:* foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus striatis erectis, floribus racemosis, leguminibus glabris. Decand. flor. fr. n. 3805. Willd. III. 939. Crantz. Austr. 366. Sc. carn. n. 873. Poll. palat. n. 667. Du Roi Harbk. B. 1. 291. Willd. arb. 128. Gmel. bad. III. 156. Borkh. II. 681. Bechst. Forstb. 770. a Bönningh. l. c. 213. fl. dan. t. 526. Guimp. D. Holz. t. 118. Off. Pfl. H. 12. — *G. tinctoria*, Linn. *Spartium tinctorium*, Roth. II. 160.

In pascuis, collibus sylvaticis. ♄. Jun. — Jul. (Caulis suffruticosus, adscendens. Flores terminales, racemosi, densi. Corollae aureae.)

1961. *G. pilosa:* foliis lanceolatis, floribus axillaribus subsessilibus, leguminibus corollis calycibusque sericeo-pilosis, caule striato tuberculato (ramosissimo)

procumbente. Decand. fl. fr. n. 3806. Willd. III. 941. Crantz. Austr. 365. Scop. carn. n. 874. Poll. palat. n. 668. Willd. arb. 129. Gmel. bad. III. 157. Borkh. II. 978. Bechst. 795. Smith. britt. 755. Hoffm. II. 73. Schlechtend. b. I. 370. a Bönningh. l. c. 213. Jacq. Austr. t. 208. engl. Bot. t. 208. Schk. II. t. 195. Guimp. et Hayne. 161. t. 120. — *G. pilosa*, Linn. *Spartium pilosum*, Roth. II. 161. *G. pilosa campestris*, a Bönningh.

β. caule elongato erectiusculo basi simplici. *G. pilosa sylvatica*, a Bönningh. l. c.

In sylvaticis umbrosis, montosis et arenosis, passim *β*. in ericetis et pascuis sterilibus. ♄. Maj. — Sptbr. (Flores axillares flavi, extus pubescentes. Legumen hirtum dispermum.)

1962. *G. decumbens:* foliis lanceolatis obtusis mucronatis subtus sericeis, pedunculis axillaribus folio aequalibus, corollis sericeis, ramis angulatis. Willd. III. 941. Pers. syn. II. 288. Mössl. 1000. *G. dedecumbens*, Willd. *G. pedunculata*, l'Herit. stirp. 184. *Spartium decumbens*, Ait. Kew. 3. 11.

In locis apricis. (Styr.) ♄. Mai. — Jun. (Flores pallide lutei.)

1963. *G. diffusa:* foliis lanceolatis glabris subciliatis, pedunculis axillaribus, corollis glabris, ramis triquetris procumbentibus, leguminibus glabris. Willd. III. 942. Pers. syn. II. 288. *G. humifusa*, Wulf. in Jacq. Coll. 2. 169. *Spartium decumbens*, Host. syn. 388. Jacq. ic. rar. 3. t. 555. Borkh. II. 970. Bechst. Forstb. 792.

In montosis apricis. (Austr. Styr.) ♄. Mai. — Jul.

1964. *G. sagittalis:* pilosa, ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato-lanceolatis sessilibus distantibus. Decand. fl. fr. n. 3809. Willd. III. 938. Scop. carn. n. 872. Poll. palat. n. 666. Gmel. bad. III. 155. Hoffm. II. 73. Borkh. II. 680. Bechst. Forstb.

793. Jacq. Austr. t. 209. Guimp. et Hayne 158. t. 117. — *G. sagittalis*, Linn. *Spartium sagittale*, Roth. II. 159. *Saltzwedelia sagittalis*, Fl. Wetterav.

In sylvaticis sterilibus, montosis graminosis. ♄. Mai. — Jun. (Corollae luteae. Legumina pilosa, compressa, nigra, 4-6 sperma.)

1965. *G. radiata:* foliis ternatis linearibus, petiolis dilatatis persistentibus, racemis capitatis terminalibus, ramis angulatis oppositis confertis. Willd. III. 934. Pers. syn. II. 287. Mill. dict. n. 2. et ic. t. 249. f. 1. Jacq. Coll. 3. 83. Borkh. II. 969. Bechst. Forstb. 797. — *G. radiata*, Scop. carn. n. 871. *Spartium radiatum*, Linn.

In sylvaticis montosis (Austr. Carniol.) ♄. Mai. — Jun. (Folia opposita, ternata, subsessilia, foliolis sessilibus linearibus tenuibus subpubescentibus. Petioli omnium brevissimi, persistentes, trigoni, gibbi, obtusissimi, ramulo fulciendo crassiores. Flores terminales, terni, sessiles, aurei, bractea acuta, decidua suffulti.)

β.) Ramis spinosis.

1966. *G. anglica:* foliis oblongis glabris, spinis simplicibus compositisve, ramis floriferis inermibus, floribus axillaribus solitariis subracemosis, corollis leguminibusque glabris. Decand. fl. fr. 3813. Willd. III. 943. Smith. britt. 756. Roth. II. 162. Willd. arb. 129. Hoffm. II. 73. Borkh. II. 973. Bechst. Forstb. 773. Bönningh. l. c. 213. Fl. Dan. t. 619. engl. Bot. t. 132. Guimp. et Hayne 162. t. 121. *G. anglica*, Linn.

In ericetis humidis, turfosis (Bav. Salisb. Holsat. Oldenb. Brem. Westphal. Magn. Duc. Rhen. inf. Hercyn. Hamb. Hannov. etc.) ♄. Mai. — Augst. (Flores flavi. Legumen glabrum.)

1967. *G. germanica:* foliolis lanceolatis hirsutis, spinis simplicibus compositisque, ramis floriferis

inermibus, racemis terminalibus nudis, carina pubescente, leguminibus pilosis. Dec. fl. fr. n. 3814. Willd. III. 944. Scop. carn. n. 876. Poll. palat. n. 669. Roth. II. 163. Gmel. bad. III. 158. Borkh. II. 974. Bechst. l. c. Schlechtd. b. 371. Bönningh. l. c. Schk. II. t. 195. Guimp. et Hayne. 163. t. 122. Sturm. I. 12. *G. germanica*, Linn.

In sylvaticis, ericetis et pratis montanis. ♄. Mai. —Jul. (Spinosa, spinis plerumque compositis. Rami juniores et floriferi inermes. Folia pilosa. Flores flavi. Legumen pilosum, pracedente majus.)

1968. *G. sylvestris:* foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis, spinis ramosis inermibus flexibilibus, racemo terminali elongato. Willd. III. 944. Pers. syn. II. 288. Scop. carn. n. 875. Bechst. Forstb. 774. *Genista hispanica,* Wulf. in Jacq. Coll. 2. 165. Jacq. ic. rar. 3. t. 557. Host. syn. 390. Borkh. II. 977.

In montanis herbidis (Carniol.) ♄. Mai. — Jun. (Spinae elongatae molles, flexibiles, nec rigidae, pungentes.)

467. ÚLEX. *Hecksame.*

Calyx profunde bipartitus, persistens, basi squamosus, laciniis ovato-oblongis concavis rectis carina paulo brevioribus. Corolla papilionacea, 5-petala. Vexillum obcordatum, emarginatum, erectum. Alae oblongae, obtusae, vexillo breviores. Carina dipetala, recta, obtusa, margine inferiore connivens. Legumen oblongum, turgidum, calyce vix longius, rectum, uniloculare. Semina pauca.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpflanzen,* b. *Spartieen,* Spreng.)

1969. *U. europaeus:* dentibus calycinis obsoletis conniventibus, bracteis ovatis laxis, ramulis erectis. Decand. fl. fr. n. 3799. Willd. III. 969. Smith. britt. 756. Poll. pal. n. 668. Willd. arb. 390. Roth.

II. 165. ejusd. Catalect. 1. 83. Borkh. II. 984. Gmel. bad. III. 159. Bechst. Forstb. 738. Böuningh. 214. fl. dan. t. 608. Schk. t. 196. Guimp. et Hayne 164. t. 123. *U. europaeus*, Linn.

In sabulosis sterilibus, ericetis (Holsat. Brem. Verd. Helmst. Megap. Francon. Eichsfeld, prope Salzungen. Westphal. etc.) ♄. April. — Octbr. (Frutex spinosissimus, foliis confertis spinaeformibus; flores aurei, magni, odorati.)

468. ONÓNIS. *Hauhechel.*

Calyx campanulatus, 5-fidus, longitudine fere corollae, laciniis linearibus, acuminatis. Corolla papilionacea. Vexillum cordatum, striatum. Alae ovatae, vexillo breviores. Carina acuminata, alis fere longior. Stigma obtusum. Legumen rhombeum, inflatum, subvillosum, uniloculare. Semina pauca reniformia.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpflanzen*, b. *Spartieen*, Spreng.)

α.) *Floribus subsessilibus.*

1970. *O. spinosa:* caulibus erectis ramulisque spinosis spina sua brevioribus bifariam pubescentibus, foliis oblongis obtusis basi cuneata integerrimis, inferioribus ternatis superioribus simplicibus, floribus solitariis sessilibus, laciniis calycinis ovatis acutis legumine brevioribus. Wallr. sched. 379. Schk. t. 194.

α. *latifolia.* Wallr. *O. spinosa*, Willd. III. 2. 989. Poll. pal. n. 670. Roth. II. 2. 166. Retz. obs. 1. 23. Willd. arb. 200. Borkh. II. 990. Gmel. bad. III. 161. Bechst. 775. *O. spinosa β.* Linn. sp. II. 1006. (excl. var. α.) *O. arvensis β. spinosa*, Smith. britt. 758. (excl. var. α et γ.) engl. Bot. 682. Pers. syn. II. 289. Leyss. hal. 174. Decand. fl. fr. n. 3835.

β. *angustifolia:* (Wallr.) omnibus partibus angustioribus caulibusque gracilioribus.

In agris et arvis neglectis, ad vias in pascuis, versuris *β.* in dumetis collinis (Saxon.) ♃. Jun. — Aug. (Foliorum figura multum variat: jam enim exacte elliptica sunt, facile tamen in locis pinguioribus dilatantur et figuram ferme ovatam recuperant: jam apice truncato gaudent cum mucronulo interjecto, neque minus frequenter tamen cum apicis angustati mucronulo recurvo terminantur. Flores solitarii raro geminati, brevissime pedicellati. Corollae purpureae, incarnatae, albidae. Vexillum late ovatum, roseo - striatum, alis oblongis obtusis vexillo carinaque longioribus. Calyx striatus, ex pilis glanduliferis pubescens. Legumen rhombeum, lentiforme, glanduloso-pilosum trispermum, semine tertio aliquando abortivo. Semina punctato - tuberculata, nigro - fuscescentia.)

1971. *O. procurrens:* caulibus basi radicanti - procurrentibus diffusis, ramulis floriferis adscendentibus subspinosis spina sua longioribus undique pubescentibus, foliolis ovato - subrotundis utrinque glandulosis, laciniis calyce - lanceolatis acuminatis legumen dispermum superantibus. Wallr. sched. 381. Bönningh. monast. 214. *Ononis arvensis α.* Smith. britt. 758. (excl. var. *β.* et *γ.*) *O. arvensis*, Huds. Angl. 313. Leyss. hal. 174. Roth. II. 2. 167. Schk. II. 335. (nec Linn.) *O. hircina*, Hoffm. II. 75. (excl. syn.) Spr. hal. 202. (excl. syn.) *Anonis*, Blackw. t. 301. f. II. III.

In campis arenosis herbidis editioribus, passim. ♃. Jun. — Jul. (In solo macro inermis; in pinguiore et culta spinas, magis tamen herbaceas ac mitiores acquirit, unde varii auctor. jam de ramulis inermibus jam de spinescentibus loquuntur. Differt a praecedente: habitu demisso, patulo, tristi; herba dilute virescente et pilis glandulosis quasi pubescente, odore cimicino jam parciore, jam fortiore; caulibus basi longe lateque radicante procumbentibus, ramulis adscendentibus subinermibus undique procurrentibus, foliis ovato - subrotundis rotundatisve, glandulis pedicellatis plurimis tectis, dilute viridibus, laciniis calyc. lanceo-

latis, legumino longioribus, vexillo orbiculato, leguminibus dispermis, seminibus rufescentibus.)

1972. *O. arvensis:* floribus subgeminatis, foliolis oblongo-lanceolatis acutis argute serratis, caulibus erectis ramulisque inermibus pedunculisque undique villosis subviscidis. Wallr. sched. 384. Bönningh. l. c. 214. fl. dan. t. 1584. *O. hircina*, Jacq. h. 1. 40. Ait. kew. 3. 21. Willd. III. 989. Ejusd. arb. 201. Günther En. pl. Siles. 120. *O. arvensis*, Retz. obs. II. 21. Ehrh. Beitr. 5. 23. Linn. Suec. n. 622. Roth. II. 2. 167. *O. foetens*, All. ped. 1. n. 1164. t. 41. f. 1. *O. altissima:* Lam. Enc. 1. 500. Decand. fl. fr. n. 3836. Gmel. bad. III. 163. *O. spinosa α. mitis*, Linn. sp. pl. 1006. *O. mitis*, Gmel. bad. III. 162.

In arvis, pascuis sterilibus ad vias, inque agris, hinc inde. ♃. Jun.—Jul. (Omnino inermis, herbacea. Caules ramosissimi, diffusi. Flores subgeminati.)

β.) Floribus pedunculatis.

1973. *O. Natrix:* pedunculis unifloris aristatis folio longioribus, foliis ternatis viscosis oblongis, apice dentatis, caule suffruticoso. Decand. flor. fr. n. 3846. Willd. III. 2. 1007. Sauv. monsp. 189. Pers. syn. II. 292. Bechst. Forstbot. 778. Mössl. 1006. Mill. dict. n. 6. ic. t. 33. Guimp. et Hayne, 168. t. 125. *O. Natrix*, Linn. *Anonis Natrix*, Scop. carn. n. 878.

In humidis ad sylvarum viarumque oras. (Germ. austral. Carniol.) ♃. Jun.—Augst. (Flores magni flavi.)

1974. *O. rotundifolia:* pedunculis subtrifloris, calycibus triphyllo-bracteatis, foliis ternatis ovatis dentatis, caule suffruticoso. Decand. fl. fr. n. 3848. Willd. III. 2. 1011. Borkh. II. 1629. Bechst. Forstb. 777. Pers. syn. II. 292. Jacq. Austr. 5. 55. append. t. 49. Lam. illustr. t. 616. Guimp. et Hayne, 168. t. 126. *O. rotundifolia*, Linn. (Spec. pl. prim. ed.)

In alpinis germ. austral. (Carinth.) ♄. Jun.—Sept. (Flores purpurei. Caulis parum ramosus. Folia magna, rotundata, dentata, cum caule pubescentia.)

469. ANTHÝLLIS. *Wundklee.*

Calyx ovato-oblongus, medio inflatus, ore quinquedentato inaequali, connivens, persistens. Corolla papilionácea. Vexillum longius, lateribus reflexis, ungue longitudine calycis. Alae duae, oblongae, vexillo breviores. Carina compressa, longitudine alarum, alis similis. Legumen parvum, subrotundum, calyce tectum, 1-2-spermum.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl. Spartieen,* Spreng.)

1975. *A. Vulneraria:* herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo terminali duplicato. Decand. fl. fr. n. 3850. Willd. III. 2. 1013 Smith. britt. 759. Poll. palat. n. 671. Roth. II. 2. 164. Gmel bad. III. 165. Schlechtdal. b. I. 377. Boenningh. l. c. 215. Fl. dan. t. 988. engl. Bot. t. 104. Schk. t. 196. *A. Vulneraria,* Linn. *Vulneraria Anthyllis,* Scop. carn. n. 879.

In pascuis et sylvaticis, pratis montosis apricis, ad viarum margines, solo calcareo. ♃. Jun.—Jul. (Florum capitula terminalia, plerumque geminata. Calyces albidi villosi. Corollae aureae, interdum puniceae.)

1976. *A. maritima:* herbacea, flexuoso-ramosa, incana, foliis subbijugis subtus sericeis, terminali maximo lanceolato-oblongo, capitulis axillaribus. Rchb. Pl. crit. Cent. II. 12. Tab. CXXII. *A. maritima,* Schweigg. in Hagenii Chlorid. Boruss. p. 265.

In maritimis (Frische Nehrung ad mare balticum in Fl. Regiomont.) ♃. . . . (Diagnosi facile recedit ab *A. Vulnerar.* qua multo major est. Flores autem minores. Corollae longe pallidiores, lutescentes, carina tantum rubellae.)

1977. *A. montana:* herbacea, foliis pinnatis aequalibus sericeis, capitulo terminali globoso. Decaud. fl. fr. n. 3851. Willd. III. 2. 1014. Mill. dict. n. 4. Pers. syn. II. 292. Jacq. austr. t. 334. Lam. illustr. t. 615. f. 5. *A. montana*, Linn. *Vulneraria montana*, Scop. carn. n. 880.

In montosis (Austr. Carniol.) ♃. Maj.—Jun. (Caules simplices prostrati. Folia sub-12-juga, impari vix majore. Corollae saturate purpureae, vexillo violaceo-maculato.)

470. CÝTISUS. *Bohnenbaum.*

Calyx campanulatus vel tubulosus, basi obtusus, bilabiatus, labio superiore 2-dentato, inferiori 3-dentato. Corolla papilionacea. Vexillum ovatum assurgens, lateribus reflexis. Alae rectae, longitudine vexilli obtusae. Carina ventricosa, erecta, acuminata, genitalia includens. Legumen compressum, basi subattenuatum. Semina cuneiformia, compressa. (Folia ternata.)

(*Legiminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) Calyce brevi campanulato.

1978. *C. Laburnum:* racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis, (leguminibus strigosis). Decand. flor. fr. n. 3818. Willd. III. 2. 1118. Scop. carn. n. 903. Roth. II. 2. 222. Willd. arb. 93. Hoffm. II. 84. Borkh. II 926. Bechst. Forstbot. 428. Jacq. Austr. t. 306. Schk. Handb. II. 368. t. 203. Guimp. et Hayne, 170. t. 127. *C. Laburnum*, Linn.

In montosis, alpinis. (Austr. Bavar. Ratisb. Carniol. Carinth. etc.) ♄. Maj.—Jun. (Arbor speciosa. Corollae luteae, vexillo basi striis 2 ferrugineis notato. Legumina adpresso-pilosa, margine incrassata.)

β. alpinus: racemis simplicibus pendulis, leguminibus glaberrimis marginatis, foliolis ovato-oblongis basi cordatis. *C. alpinus*, Du Roi

Harbk. B. I. 287. Borkh. II. 929. Bechst. Forstb. 431. Hoffm. II. 84. Giump. et Hayne, 171. t. 203. *C. Laburnum β.* Decand. fl. fr. 3818.

In alpinis german. australior. (Carinth.) ♄. Jun.

1979. *C. virgatus:* floribus axillaribus pedunculatis approximatis horizontalibus subsecundis ebracteatis, vexillo edentulo, calyce trifido, foliolis oblongis, pilis foliorum patentibus, caule virgato erecto. v. Vest. Sylloge Ratisb. p. 23.

In collibus prope Graz e. g. circa Platten, Neuhold. Weingarten, Maria Trost. etc. ♄. Jun. — Jul. (Flores flavi, magni, pollicares et majores, bini, terni, pedunculati. Legumen hirsutum.)

1980. *C. nigricans:* racemis terminalibus erectis, calycibus leguminibusque pubescentibus, foliolis ellipticis subtus pubescentibus. Decand. flor. fr. n. 3819. Willd. III. 2. 1118. Ejusd. arb. 93 Crantz. austr. 394. Scop. Carn. n. 904. Roth. II. 2. 223. Gmel. bad. III. 199. Borkh. II. 930. Bechst. l. c. 665. Guimp. et Hayne, 172. t. 129. Jacq. austr. t. 387. Sturm. I. 12. *C. nigricans*, Ait. Kew. 3. 49.

In sylvaticis, collibus asperis (Austr. Siles. Bav. Bohem. Radisb. Suev. Carinth. Franc. etc.) ♄. Jun. — Sept. (Frutex tripedalis ramis virgatis pubescentibus. Racemi terminales, praelongi, speciosi, erecti. Corolla luteae. Legumina sericea. Planta siccata nigrescit.)

1981. *C. sessilifolius:* racemis erectis, calycibus bractea triplici, leguminibus glabris, foliis floralibus sessilibus. Decand. flor. fr. n. 3820. Willd. III. 2. 1120. Ejusd. arb. 95. Du Roi Harbk. Baumz. I. 209. Borkh. II. 932. Moessl. 1031. Bechst. Forstb. 666. Schmidts Oestr. Baumz. t. 24. *C. sessilifolius*, Linn.

In montosis germ. australioris rarior. (Arbuscula valde ramosa, 5–6 pedalis, glaberrima. Flores flavi ut in plurimis.) ♄. Mai. — Juni.

1982. C. *purpureus:* floribus axillaribus solitariis pedunculatis, caulibus procumbentibus, foliolis obovatis leguminibusque linearibus subrepandis. Willd. III. 2. 1124. Pers. syn. II. 310. Scop. carn. n. 905. Host. syn. 403. Borkhaus. II. 937. Bechst. l. c. 725. Jacq. austr. t. V. app. t. 48. Sturm. I. 24.

In montosis apricis. (Carniol. Carinth.) ♄. Mai. — Jun. (Frutex humilis, glaber. Foliola oblongo-obovata, mucronata, interdum subpubescentia. Calyces rufescentes, villosi. Corollae purpureae vel purpureo-caerulae. Legumina linearia, glabra, margine superiore subrepanda, subfalcata, mucronata, nigra.)

1983. C. *supinus:* floribus pedunculatis subbinatis axillaribus, caule decumbente, foliolis obovatis obtusis. Willd. III. 2. 1125. Ejusdem arb. 97. Gmel. Sib. 4. 17. Hoffm. II. 84. Borkh. II. 936. Bechst. Forstb. 724. Jacq. austr. t. 20. Guimp. et Hayne 176. t. 132. C. *supinus*, Willd.

In collibus apricis montosis herbidis asperis. (Austr. Siles. Bav. Ratisb.) ♄. Mai. — Augst. (Frutex parvus. Foliola obovata, basi attenuata apice obtusa, margine ciliata, subtus calyceque pilis sparsis adpressis praedita. Corollae luteae. Legumina compressa, badia, pubescentia.)

β.) calyce tubuloso.

1984. C. *canescens:* floribus axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis, leguminibus hirsutissimis, foliolis lanceolato-oblongis sericeo-pubescentibus, caulibus erectis villosis. Presl. Delic. pragens. I. 229. C. *canescens*, Maly.

In collibus apricis prope Melnjk. circ. Boleslaviensis. ♄. Augst. (Media quasi species inter C. capitat. et supinum (et hirsutum). Ab omnibus differt: caule densissime villoso, foliolis lanceolato-oblongis pubescentibus sericeis, pilis arcte adpressis, floribus axillaribus subglomeratis, terminalibusque capitatis bre-

viter pedunculatis, pedunculo calycem dimidio longo, calyce sericeo-pubescente, laciniis obsusis oblique mucronatis. Leguminibus hirsutissimis, pilis flavescentibus patentibus. Presl.

1985. *C. capitatus:* floribus capitatio terminalibus, ramis erectis teretibus villosis, foliolis ovato-ellipticis villosis. Decand. fl. fr. n. 3827. Willd. III. 2. 1123. Ejusd. arb. 95. Host. syn. 402. Borkh. II. 933. Hoffm. II. 84. Bechst. Forstb. 667. Jacq. aust. t. 33. Guimp. et Hayne 174. t. 130. *C. capitatus*, Ait. Kew. 3. 51. *C. supinus*, Linn. syst. veg. 555. *C. hirsutus*, Crantz. A. 398.

In montosis sylvaticis (Siles. Austr. Ratisb. Carniol.) ♄. Jun. — Aug. (Foliola ovato-elliptica apice rotundata cum acumine, facie plerumque glabra, subtus villosa. Calyces villosi, bilabiati, labii inferioris dente intermedio angustiore. Corollae luteae. Legumina compressa, villosa, 4-5 sperma.)

1986. *C. austriacus:* floribus umbellatis terminalibus, caulibus erectis, foliolis lanceolatis utrinque attenuatis strigoso-pubescentibus. Willd. III. 2. 1123. Crantz. Austr. 396. Willd. arb. 96. Borkh. II. 936. Moessl. l. c. Bechst. l. c. 668. Jacq. austr. I. 16. t. 21. Guimp. et Hayne. 175. t. 131. *C. austriacus*, Linn.

In nemorosis montosis asperis. (Austr. Carinth. Bav. Bohem.) ♄. Jun. — Sept. (Corollae pallide luteae. Legumina oblonga, erecta, compressa pubescentia, 4-6 sperma.)

1987. *C. argenteus:* floribus subsessilibus axillaribus, foliolis lanceolatis sericeis, leguminibus linearibus sericeis, caulibus decumbentibus. Decand. fl. fr. 3828. Willd. III. 2. 1128. Pers. syn. II. 310. Scop. carn. n. 910. Mössl. 1032. *C. argenteus*, Willd.

In lapidosis sterilibus apricis (Carniol.) ♄. Jul. (Fruticulus 1 ½ pedalis et altior. Folia longe petiolata, foliolis undique pilis sericeis adpressis obsitis. Pedunculi subterni. Calyces sericei dentibus longioribus

quam in congeneribus instructi, intermedio labii inferioris angustissimo. Corollae luteae. Legumina hirsuta.)

1988. *C. prostratus:* floribus pedunculatis solitariis, ramulis prostratis, foliolis obtusis subtus leguminibusque villosis. Borkh. II. 938. Bechst. Forstb. 725. Moessl. 1033.

In . . . . . (Carniol.) ♄. . . . . .

B. Diadelpha.

α.) Vicieae. Legumina bivalvia polysperma, unilocularia.

---

471. PHASÉOLUS. *Bohne.*

Calyx bilabiatus, labium superius emarginatum, inferius 3-dentatum. Corolla papilionacea. Vexillum cordatum, obtusum, emarginatum, reclinatum, lateribus reflexis. Alae ovatae, longitudine vexilli, unguibus longis insidentes. Carina et genitalia in spiram contorta. Stamina intra carinam spiralia. Stylus spiraliter inflexus, superne pubescens. Legumen coriaceum, obtusum, cum acumine. Semina plura, reniformia, oblonga, compressa.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) Caule volubili.

1989. *P. vulgaris:* caule volubili, racemo solitario foliis breviore, pedunculis geminatis, bracteis calyce minoribus patentibus, leguminibus pendulis. Decand. flor. fr. n. 3942. Willd. III. 2. 1030. Mill. dict. n. 5. Retz. observ. 3. 38. Lam. Enc. III. 68. Gmel. bad. III. 166. (excl. var. β.) Schlechtd. b. I. 373. Lob. ic. 59. Moris. hist. II. 68. S. 2. t. 5. f. 1. *P. vulgaris,* Willd. Linn. sp. 2. 1016. (excl. v. β.)

Ex India ortus. Colitur in hortis, agris. ☉. Maj. — Jun. (Flores plerumque albi. Folia ternata.)

1990. *P. multiflorus:* caule volubili, racemo solitario longitudine foliorum, pedunculis geminatis, bracteis calyce minoribus adpressis, leguminibus pendulis. Decand. flor. fr. n. 3943. Willd. III. 2. 1030. Lam. Enc. III. 67. Pers. syn. II. 295. Gmel. bad. III. 166. *P. multiflorus*, Willd. Lam. *P. coccineus*, Kniph. Cent. 12. n. 75. *P. vulgaris*, Schk. t. 199. *P. vulgaris β. coccineus*, Linn. sp. l. c.

Ex America meridionali (?): colitur uti praecedens. ☉. Maj. — Jun.

β.) caule erecto.

1991. *P. nanus:* caule erecto laevi, bracteis calyce majoribus, leguminibus compressis pendulis rugosis. Decand. flor. fr. n. 3944. Willd. III. 2. 1036. Ejusd. prodr. fl. b. n. 712. L. Amoen. acad. 4. 284. Gmel. bad. III. 167. Schlechtend. berol. I. 373. *P. nanus*, Linn.

Ex India. Colitur in hortis agris uti praecedentes. ☉. Maj. — Jun. (Flores albi. Folia ternata. Caulis non scandens, ad summum bipedalis.)

472. ÓROBUS. *Walderbse.*

Calyx tubulatus, 5-fidus, laciniis 2 superioribus brevioribus. Corolla papilionacea. Vexillum obcordatum, apice lateribusque reflexum. Alae duae, oblongae, assurgentes, conniventes, longitudine fere vexilli. Carina inferne bifida, acuminata, assurgens, marginibus conniventibus, fundo ventricoso. Stylus gracilis, linearis, apice hirsutus. Legumen lineari-oblongum, teretiusculum, apice acuminato adscendente, polyspermum; hylus interdum linearis.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

1992. *O. sylvaticus:* foliis pinnatis hirsutis 7-10 jugis, foliolis ovato-oblongis, stipulis semisagittatis, caule ramoso decumbente basi hirsuto. Decand. fl. fr. n. 4002. Willd. III. 2. 1076. Smith. britt. 762. Lightf. scot. 390. t. 16. Linn. Amoen. academ. 4. 284. engl. Bot. t. 518. *O. sylvaticus*, Linn. *Vicia cassubica*, Fl. Dan. t. 28. (secund. Smith.)

In sylvis et dumetis montosis. (Tubing. ?) ♃. Maj. — Jun.

1993. *O. niger:* foliis pinnatis 4-6-jugis, foliolis ovatis, caule ramoso anguloso. Decand. fl. fr. n. 4003. Willd. III. 2. 1076. Crantz. Austr. 372. Scop. carn. n. 884. Poll. Palat. n. 674. Roth. II. 2. 171. Willd. prodr. fl. b. n. 733. Gmel. bad. III. 171. Schlechtd. berol. I. 375. Boenningh. l. c. 216. Fl. dan. t. 1170. Schk. t. 200. *O. niger*, Linn.

In sylvis montosis frondosis elatioribus passim. ♄. Jun. — Jul. (Glabriusculus. Folia pinnata, 4-6-juga. Flores purpurei, demum coerulescentes, pedunculis elongatis multifloris. Legumina teretia, longa, glabra, pendula, nigra. Planta siccata tota nigra evadit.)

1994. *O. luteus:* foliis pinnatis 3-5-jugis, foliolis lanceolatis subtus glaucis, stipulis semisagittatis basi dentatis, caule simplici anguloso. Decand. flor. fr. n. 4004. Willd. III. 2. 1073. Mill. dict. n. 7. Pers. syn. II. 303. Hoffm. II. 76. Gmel. Sib. 4. 15. t. 4.

In alpinis subalpinis. (Carn. Carinth. in pratis montosis Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Folia subtus ad lentem subpilosa. Stipulae minutissimae. Flores lutei. Legumina falcata, acuminata.)

1995. *O. vernus:* foliis pinnatis 2-3-jugis, foliolis ovatis acuminatis glabris, stipulis semisagittatis integerrimis caule simplici anguloso. Decand. flor. fr. n. 4005. Willd. III. 2. 1073. Crantz. Austr. 373. Scop. carn. n. 882. Pers. syn. II. 303. Poll. palat.

n. 672. Roth. II. 2. 169. Gmel. Bad. III. 169. Willd. prodr. fl. b. n. 731. Boenningh. l. c. 215. Sturm. 1. 7. *O. vernus*, Linn.

In sylvaticis, nemorosis umbrosis. ♃. April—Maj. (Racemi pauciflori. Flores magni violaceo-purpurei, quandoque incarnati, rarius albidi.)

1996. *O. tuberosus:* foliis pinnatis 3-4-jugis, foliolis lanceolatis subtus glauco-pallidis glabris, stipulis semisagittatis integerrimis, caule ovato. Decand. flor. fr. 4006. Willd. III. 2. 1074. Smith. britt. 761. Poll. palat. n. 673. Roth. II. 2. 170. Gmel. bad. III. 170. Willd. prodr. flor. b. n. 732. Boenningh. l. c. 215. Fl. dan. t. 781. engl. Bot. t. 1158. Schk. t. 200. Sturm. I. 21. *O. tuberosus*, Linn. *Astragalus sylvaticus*, Thal. hercyn. 7. t. 1.

var. α. latifolius: foliolis oblongo-ovatis obtusis. Boenningh. l. c.

β. linifolius: foliolis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis. Boenningh. l. c. Schlechtend. b. I. 374. *var. α. O. linifolius*, Flor. Wetter. *Lathyrus angustifolius*, Loes. pruss. 138. ***O. pannonicus***, Ill. Clus. hist. 2. 231.

γ. tenuifolius: foliolis angustissimis linearibus subulatis. Boenningh. l. c. *O. tenuifolius*, Roth. II. 170. Hoffm. II. 77. *O. tuberosus β. tenuifolius*, Willd. sp. III. 2. 1074. *Lathyrus attenuatus*, Vivian. P. 1714. 9. (Videtur propria species.)

In sylvaticis montosis, pascuis. ♃. Maj.—Jun. (Planta quoad foliorum formam prae aliis polymorpha. Flores violacei, deflorentes coerulescentes.)

1997. *O. albus:* foliis bijugis, foliolis linearibus (petiolatis), stipulis simplicibus petiolo multo brevioribus, caule simplici. Decand. fl. fr. n. 4008. Willd. III. 2. 1074. Pers. syn. II. 303. Host. 5. 394. Mössl. 1013. Jacq. austr. t. 39. *O. albus*, Linn. suppl.

327. *O. pannonicus*, Jacq. vind. 128. *O. austriacus*, Crantz. austr. 374. t. 1. f. 1.

In pratis (Austr.) ♃. Maj.—Jul. (Tubera radicis dense congesta. Stipulae lanceolato-lineares. Flores albi. Maxime affinis var. γ. spec. praecedentis, cui etiam cl. Gmel. flor. alb. tribuit in Fl. A. Bad. III. 171.)

1998. *O. pyrenaicus:* foliis bijugis lanceolatis nervosis, stipulis subspinosis, caule ramoso. Willd. III. 2. 1076. Scop. carn. n. 885. Sauv. monsp. 255. Pers. syn. II. 303. Pluck. phyt. 210. f. 2. *O. pyrenaicus*, Linn. sp. 1029.

In alpinis (Carniol.) ♃. Maj. (Caulis angulatus, subpubescens. Stipulae magnae. Flores purpurei.)

473. LÁTHYRUS. *Platterbse.*

Calyx 5-fidus, campanulatus, laciniis 2 superioribus brevibus. Corolla papilionacea. Vexillum obcordatum, maximum, lateribus et apice reflexum. Alae oblongae, lunulatae, breves, obtusae. Carina semiorbiculata, magnitudine alarum, iisque latior. Stylus planus apice latiusculus, antice hirsutus vel pubescens. Legumen oblongum, cylindraceum vel compressum, acuminatum, polyspermum.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) *Pedunculis* 1-3 *floris.*

1999. *L. Aphaca:* pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, stipulis sagittato-cordatis. Decand. fl. fr. n. 3981. Willd. III. 2. 1077. Scop. carn. n. 887. Sm. brittan. 763. Huds. Angl. 315. Poll. palat. n. 675. Roth. II. 2. 174. Gmel. bad. III. 173. Hell. wirceb. II. 156. Wallr. sched. 386. Curt. Lond. fasc. 5. t. 51. *L. Aphaca*, Linn.

In agris inter segetes, rarior. M. D. B. Franc. etc. passim. ☉. Jun.—Jul. (Stipulae maximae folia referentes, sessiles, oppositae, nervosae, glaucescentes.

Pedunculi axillares, uniflori, apicem versus bracteolati, subpilosi. Flores parvi, luteo-sulphurei. Legumen compressum, glabrum.)

2000. *L. Nissolia:* pedunculis 1-floris, foliis simplicibus, stipulis subulatis. Decand. fl. fr. n. 3982. Willd. III. 2. 1078. Smith. britt. 764. Poll. palat. n. 676. Roth. II. 2. 174. Scop. carn. n. 888. Gmel. bad. III. 174. Hoffm. II. 77. Curt. Lond. fasc. 6. t. 51. engl. Bot. t. 112. *L. Nissolia*, Linn. *Nissolia vulgaris*, Lindern. Tournef. Als. p. 73. . icon.

In agris inter segetes. (Palat. Wetter. M. D. Bad. Thuring. Suev. Barb. Austr. Carn. Siles.) ☉. Maj. — Jul. (Folia alterna, sessilia, lineari-lanceolata, acuta, nervosa. Stipulae binae, subulatae, exiguae. Cirrhi nulli. Pedunculi axillares, foliis breviores, uniflori, rarius biflori. Flores pulcherrimi, vexillo sanguineo, alis carinaque albidis, purpureo variegatis. Legumen pendulum, lineare, teretiusculum, glabrum.)

2001. *L. sativus:* pedunculis 1-floris sub flore articulatis, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, leguminibus ovatis compressis dorso bimarginatis. Decand. fl. fr. n. 3985. Willd. III. 2. 1079. Scop. carn. n. 889. Pers. syn. II. 304. Hall. helv. n. 438. Mössl. 1015. Gärtn. 2. t. 152. f. 1. *L. sativus*, Linn.

In arvis et cultis. (Carniol.) ☉. Jun. —Jul. (Flores coerulei, albi vel rosei.)

2002. *L. Cicera:* pedunculis 1-floris (brevioribus) sub medio articulatis, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compressis dorso canaliculatis. Decand. fl. fr. n. 3986. Willd. III. 2. 1079. Scop. carn. n. 891. Hall. helv. n. 339. Pers. syn. II. 304. Mössl. 1016. *L. Cicera*, Linn. sp. pl. 1030.

In arvis (Carniol.) ☉. Jun. (Folia lanceolata. Stipulae latae. Caulis articuli membranacei, nec petioli. Corollae rubrae. Legumina lata, ovali-oblonga, dorso canaliculata, at non marginibus acutis instructa, uti praecedens.)

2003. *L. hirsutus:* pedunculis 2 - 3 - floris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis mucronatis, leguminibus compressis hirsutis, seminibus scabris. Dec. fl. fr. n. 3992. Willd. III. 2. 1086. Smith. britt. 764. Poll. palat. n. 677. Roth. II. 2. 175. Gmel. bad. III. 175. Hoffm. II. 78. *L. hirsutus,* Linn.

Inter segetes. (Palat. Wetter. M. Duc. Bad. Francon. prope Schnepfenthal. Thuring. Würceb. Erlang. Francof. ad M.) ☉. Jun. — Aug. (Caules alati, pilosi. Folia petiolata, binata, cirrho trifido; foliolis lineari-lanceolatis glabris. Stipulae semisagittatae, acutae, pilosae. Pedunculi foliis triplo longiores, uni - bi - vel triflori. Flores purpurei, cernui, pedicellis calyceque pilosis. Legumen compressum, hirsutum, scabrum.)

β.) Pedunculis multifloris.

2004. *L. tuberosus:* pedunculis 5 - 6 - floris, cirrhis diphyllis, foliolis obtusis glabris subenerviis mucronatis, radice tuberosa. Decand. fl. fr. n. 3993. Willd. III. 2. 1088. Gmel. Sib. 4. p. 6. Poll. palat. n. 678. Leys. hal. n. 636. Roth. II. 2. 175. Mattusch. Sil. n. 523. Gmel. bad. III. 176. Hell. Wirceb. II. 168. Schlechtd. b. I. 376. Boenningh. l. c. *L. tuberosus,* Linn.

In agris et arvis inter segetes passim. ♃. Jun.— Jul. (Radix tuberibus nigris esculentis instructa. Cirrhi trifidi. Stipulae sagittatae, lanceolatae, integrae. Corollae speciosae, rubro - purpureae, vel roseae, suaviter odoratae. Legumina compressa glabra.)

2005. *L. pratensis:* pedunculis 2 - 8 - floris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis trinerviis, stipulis sagittatis foliola aequantibus. Decand. flor. fr. n. 3994. Willd. III. 2. 1089. Smith. britt. 765. Scop. carn. n. 893. Leys. hal. n. 637. Poll. palat. n. 679. Roth. II. 2. 176. Willd. prodr. fl. b. n. 718. Gmel. bad. III. 177. Hoffm. II. 78. Bönninghaus. l. c. 216. engl. Bot. t. 670. Curt. Lond. fasc. 3. t. 44. Fl. dan. t. 527.

β. pubescens. L. pratensis, Schlechtd. berol. I. 375. *L. pratensis*, Linn.

In pratis, dumetis, pascuis. ♃. Maj.—Jul. (Corollae luteae. Legumina compressa, glabra, nigra. Var. foliis multo latioribus glabris, in locis humidiusculis, quae Var. a vulgari angustifolia valde recedit.)

2006. *L. sylvestris:* pedunculis 4-5-floris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. Decand. flor. fr. n. 3995. Willd. III. 2. 1089. Crantz. austr. p. 378. Leys. hal. n. 638. Poll. palat. n. 680. Smith. brittan. 760. Roth. II. 2. 177. Gmel. bad. III. 178. Hell. Wirceb. II. 159. Schlechtd. berol. I. 376. Bönningh. Monast. 216. Engl. Botan. t. 805. *L. sylvestris*, Linn.

In nemorosis, dumetis humidis, ad margines sylvarum passim. ♃. Jul.—Aug. (Folia binata, foliolis ensiformibus nervosis longis. Cirrhi ramosi. Stipulae semisagittatae, acuminatae, integrae. Flores speciosi, cernui, purpurei, alis violaceis. Legumina longa, angusta, glabra.)

2007. *L. intermedius:* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis oblongo-lanceolatis concoloribus utrinque obtusis internodio membranaceo latioribus subtrinerviis, nervis in mucronulum excurrentibus, stipulis linearibus. Wallr. Sched. 386. Bönningh. l. c. 217. *L. latifolius*, Hoffm. II. 78. Leys. hal. n. 639. Spreng. hal. 203. *L. sylvestris β. platyphyllus*, Retz. prodr. ed. 2. n. 882. Willd. sp. III. 2. 1089. Fl. dan. t. 785. *L. angustifolius*, Schk. Handb. III. 355. *L. latifolius β. angustifolius*, Hall. Götting. 290. Roth. II. 2. 178. Hell. Wirceb. suppl. 63. *L. sylvaticus*, Rupp. jen. 259. (excl. syn.)

In sylvis dumetis et nemoribus passim. ♃. Jun.—Jul. (Intermedius inter praecedentem et sequentem; (*L. latifol.*) ab utroque differt: foliolis oblongo-lanceolatis concoloribus plerumque trinerviis, stipulis li-

nearibus simplicissimis angustis, floribus roseis, quam in *L. latifol.* minoribus, leguminibus *L. sylvestris*, at majoribus.)

2008. *L. latifolius:* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovato-ellipticis membranaceis subtus subglaucescentibus 3 - 5 - nerviis, nervis in mucronulum excurrentibus, stipulis hastatis ovatis acuminatis nervosis petioli alati latitudinem aequantibus. Wallr. sched. 387. Willd. III. 2. 1089. Mattusch. n. 526. Roth. II. 177. Smith. britt. 766. (exclus. syn. Fl. dan.) Decand. fl. fr. n. 3996. Crantz. Austr. 383. Gmel. bad. III. 179. *L. latifolius*, Linn.

In sepibus, dumetis passim, praeced. rarior. ♃. Jun. — Aug. (Differt a praecedente: foliis ovato-ellipticis obtusis glaucescentibus trinerviis, stipulis majoribus internodiorum lātitudinem subaequantibus, floribus speciosis roseis, laciniis calycis ovatis longioribus, et al.)

2009. *L. heterophyllus:* pedunculis 6 - 8 - floris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, foliolis oblongis trinerviis mucronatis, internodiis membranaceis. Decand. fl. fr. n. 3997. Willd. III. 2. 1090. Pers. syn. II. 305. Roth. II. 2. 178. Gmel. bad. III. 180. Mössl. 1018. *L. heterophyllus*, Linn.

In montosis, ad sepes. (Barb. Nass. Tubing. Francof. ad M.) ♃. Jul. — Aug. (Pedunculi 6 - 8 - flori. Corollae purpureae. Legumina compressa, glabra.)

2010. *L. palustris:* pedunculis multifloris, cirrhis bi - triphyllis, foliolis oblongo - lanceolatis utrinque obtusis internodio membranaceo latioribus venoso-nervosis, nervis in mucronulum excurrentibus, stipulis lanceolato - linearibus acuminatis. Wallr. sched. 388. Willd. III. 2. 1090. Crantz. austr. 382. Smith. britt. 767. Roth. II. 2. 178. Poll. palat. n. 681. Gmel. Bad. III. 180. Spreng. Hal. 204. Hell. wirceb. II. 159. Schlechtd. I. 376. Bönningh. l. c.

217. engl. Bot. 169. Fl. dan. t. 399. *L. palustris*, Linn. — *β. major*, caule elongato debili, foliis lato-ovatis. Günth. En. Pl. Siles. 121.

In pratis, dumetis humidis, pascuis paludosis. (Austr. Bavar. Palat. Saxon. Francon. Siles. Hannov. Oldenb. Bremen. Megap. Barby. Berol. Lips. Westph. Ratisb. etc.) ♃. Jun.—Aug. (Cirrhi ramosi. Stipulae subulatae, saepe sagittatae, exiguae. Corollae ex albido, violaceo - coeruleae. Legumina compressa, glabra. Pedunculi 3-6 flori. Habitus Orobi.)

* *L. viciaeformis:* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis lineari, lanceolatis obsolete trinerviis utrinque acuminatis internodia membranacea subaequantibus, stipulis semisagittatis subconformibus. Wallr. sched. 388.

In dumetis (Saxon.) ♃. . . . . (Folia 6-juga, cirrho simplici vel 2-3-partito. Foliola lineari-lanceolata, acuminata, mucronata, obsolete 3-nervia, saturate viridia. Calyx glaberrimus, laciniis inferioribus linearibus margine parce ciliatis. Corollae violaceae, *Orobi tuberos.* magnitudine.)

474. PÍSUM. *Erbse.*

Calyx 5-fidus, acutus, persistens, laciniis 2 superioribus brevioribus. Corolla papilionacea. Vexillum latissimum, obcordatum, reflexum emarginatum cum acumine. Alae subrotundae, conniventes, vexillo breviores. Carina compressa, semilunata, alis brevior. Stylus 3-gonus, infra carinatus. Stigma hirsutum. Legumen oblongum, magnum, teretiusculum (vel compressum) apice sursum acuminato. Semina plura, globosa; hylus rotundatus.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2011. *P. sativum:* petiolis teretibus, stipulis inferne rodundatis crenatis, pedunculis multifloris. Decand. flor. fr. n. 3999. Willd. III. 2. 1070. Gmel. bad. III. 168. Willd. prodr. fl. b. n. 716. Schlechtd.

b. I. 373. Bönningh. Monast. 216. Lam. III. t. 633. Schk. t. 200. *P. sativum*, Linn.

Colitur in hortis et agris. ☉. Maj. — Jun. (Flores albi vel coerulei. Legumina pendula. Coluntur Var. seminum colore et magnitudine satis distinctae.)

2012. *P. arvense:* petiolis teretibus, stipulis crenatis, pedunculis 1-floris. Decand. fl. fr. n. 4000. Willd. III. 8. 1071. Pers. syn. II. 306. Roth. II. 2. 172. Hoffm. II. 76. Willd. prodr. n. 717. Schlechtd. ber. I. 373. Bönningh. l. c. Sturm. 1. 4. *P. arvense*, Linn.

Inter segetes hinc inde c. P. sativo quasi sponte provenit. ☉. Jun. — Aug. (Flores albi, rarius coerulescentes. Semina maculata.)

2013. *P. maritimum:* petiolis supra planiusculis, caule angulato, stipulis sagittatis, pedunculis multifloris. Decand. flor. fr. n. 4001. Willd. III. 2. 1071. Smith. britt. 760. Huds. Angl. 213. Roth. II. 2. 173. Hoffm. II. 76. Fl. dan. t. 338. engl. Bot. t. 1046. *P. maritimum*, Linn. sp. pl. 1027. *P. marinum*, Fl. Lapp. 272.

Ad litora maris baltici, Warnemünde, Colberg auf den Dünen der Maykuhle, prope Rostock, Deth.) ♃. Jul. — Aug. (Flores pedicellati, cernui, speciosi. Calyx glaber. Vexillum magnum, purpureum, venis dorsoque sanguineis. Alae et carina coeruleo-incarnatae. Legumen compressum glabrum, laeve.)

475. VICIA. *Wicke.*

Calyx tubulosus, erectus, 5-fidus, acutus, laciniis superioribus brevioribus. Corolla papilionacea. Vexillum ovale, ungue lato oblongo, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum, linea longitudinali compressa elevata. Alae duae oblongae, erectae, semicordatae, vexillo breviores. Carina ungue oblongo bipartito, ventriculo compresso semiorbiculato, alis breviore. Stamina in plurimis diadelpha. Stylus filiformis, angulo recto cum ovario, superne et subtus

apice hirsutus. Legumen oblongum, coriaceum, acumine terminatum, polyspermum. Semina subglobosa, vel ovalia compressiuscula, hylo laterali ovato vel lineari.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) Floribus longe pedunculatis.

2014. *V. pisiformis:* pedunculis multifloris, foliis 4-jugis, foliolis ovatis subcordatis, inferioribus cauli approximatis. Decand. flor. fr. n. 4010. Willd. III. 2. 1093. Crantz. austr. 384. Poll. palat. n. 682. Roth. II. 2. 179. Gmel. bad. III. 182. Heller, Wirceb. II. 160. Schlechtd. berol. I. 377. Jacq. austr. t. 364. Sturm. 1. 31. *V. pisiformis*, Linn.

In sylvaticis montosis. (Austr. Bavar. Palat. Saxon. Thuring. Francon. Norimb. Suev. Nass. Hercyn. Hannov. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Corollae parvulae, viridi-ochroleucae, striatae. Legumina oblonga, compressa, glabra, pendula, unciam longa. Semina subglobosa, glabra, fusca, demum nigricantia.)

2015. *V. dumetorum:* pedunculis multifloris, foliis 4-jugis, foliolis reflexis ovato-lanceolatis mucronatis, stipulis subdentatis. Decand. fl. fr. n. 4011. Willd. III. 2. 1095. Gmel. Sib. 4. 9. Roth. II. 2. 180. Gmel. bad. III. 183. Hoffm. II. 79. Spreng. hal. 204. t. 7. Hell. Wirceb. suppl. 64. Sturm. 1. 31. *V. dumetorum*, Linn.

In nemorosis montosis iisdem in locis cum priori, sed rarior. ♃. Jun. — Jul. (Similis praecedenti, a qua tamen differt: caulibus alato-membranaceis, foliolis 2 infimis non sessilibus et cauli affixis, stipulisque suis duplo majoribus nec non occultis, et floribus violaceis leguminibus longioribus.)

2016. *V. sylvatica:* pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis elliptico-oblongis submucronatis (10—12), stipulis lunatis setaceo-dentatis. Decand. fl. fr. n. 4012. Willd. III. 2. 1095. Gmel. sib. 4. 11. Scop. carn. n. 898. Leers herb. n. 565. Leys.

hal. n. 642. Smith. britt. 768. Roth. II. 2. 181. Gmel. B. III. 184. Spreng. hal. l. c. Fl. Dan. t. 277. engl. Bot. t. 79. Sturm. I. 31. *V. sylvatica*, Linn.

In sylvis montosis. ♃. Jun. — Aug. (Caulis elongatus, interdum 5 pedalis et altior. Pedunculi quadranguli, sulcati, erecti, axillares. Flores sparsi, cernui, pedicellati, albidi, vel coeruleo-venosi ac variegati. Legumen lanceolatum, glabrum, pallide fuscum.)

2017. *V. cassubica:* pedunculis multifloris folio brevioribus, foliolis oblongis subpubescentibus, stipulis semisagittatis lanceolatis integerrimis. Decand. fl. fr. n. 4013. Willd. III. 2. 1096. Roth. II. 2. 181. Retz. obs. 1. 24. Hoffm. II. 80 Hell. Wirceb. suppl. 65. Spreng. hal. 207. Sturm. I. 31. *V. Gerardi*, Dec. Gmelin. bad. III. 185. Allion. pedem. n. 1197. Jacq. austr. t. 229. *V. militans*, Crantz. austr. 388. t. 1. f. 2.

α. *villosa:* caule patentim villoso, foliolis molliter pubescentibus. Schlechtdl. berol. I. 377.

β. *glabrata:* caule foliisque subpubescentibus. Schlechtdl. l. c.

In pratis sylvaticis, collibus graminosis. (Siles. Austr. Bavar. Palat. Saxon. Francon. Erlang. Würceb. Megalop. Berol. M. D. Weimar.) ♃. Jun. — Jul. (Flores e violaceo-purpurei. Legumina brevia, compressa, glabra. Differt a sequente pedunculis brevioribus, floribus minoribus et habitu rigidiori.)

2018. *V. Cracca:* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus longe racemosis imbricatis (pendulis), foliolis 16—20 linearibus obtusis subincanis, stipulis semisagittatis lineari-subulatis integris. Decand. fl. fr. n. 4014. Willd. III. 2. 1098. Huds. Angl. 317. Crantz. austr. 387. Smith. britt. 769. Leys. hal. n. 643. Poll. palat. n. 684. Roth. II. 2. 183. Gmel. bad. III. 185. (excl. var.) Schlechtdl. berol. I. 378. Bönningh. l. c. 217. engl. Bot. t. 1168. Fl. dan. t. 804. Curt. Lond. fasc. 5. t. 54. Sturm. I. 31. *V. Cracca*, Linn.

In dumetis nemorosis, collibus arenosis, ad sepes in agris. ♃. Jun. — Jul.

2019. *V. tenuifolia:* pedunculis multifloris foliis longioribus, floribus imbricatis, foliis lineari-lanceolatis acutis mucronatis trinerviis subglabris, stipulis semisagittatis integerrimis. Willd. III. 2. 1099. Decand. fl. fr. 577. Kunth berol. 193. Schlechtend. berol. I. 379. Sturm. I. 31. *V. tenuifolia*, Roth. II. 2. 183. *V. Gerardi*, Willd. Prodr. fl. berol. n. 736. *V. Cracca β. tenuifolia*, Gmel. bad. III. 185.

In fruticetis collium, in nemorosis ad sepes hinc inde. ♃. Jun. — Jul. (Affinis priori, sed distincta: pubescentia sericea adpressa multo parciore, in facie foliorum fere nulla, foliolis longioribus angustioribus acutis, racemis plerumque laxioribus, corollis ex albido et coeruleo variegatis, tubo longiori stipulis inferioribus semisagittatis, superioribus lineari-lanceolatis integris.)

2020. *V. villosa:* annua, villosa, pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis oblongo-ovatis, stipulis semisagittatis ovatis basi obtuse dentatis. Willd. III. 2. 1098. Roth. II. 2. 182. Host. syn. 399. Gmel. bad. III. 189. Hoffm. II. 80. Heller Wirceb. Suppl. 65. Schlechtd. berol. I. 378. Sturm. 1. 31. *V. villosa*, Roth.

In limosis, inter segetes, ad agrorum margines, in vineis pratis (Austr. Suev. prope Dachsland, Bav. circa Wirceb. Brem. prope Vegesack. Siles.) ⊙. Jun. — Jul. (Facile confunditur cum V. Cracca, a qua differt: radice annua, caulibus debilioribus atque foliis stipulis, pedunculis, cirrhis calycibusque longe piloso-villosis, stipulis triplo latioribus nervosis utrinque dentatis, foliolis latiusculis remotioribus, floribus majoribus purpureo-violaceis et leguminibus latioribus longioribusque.)

2021. *V. polyphylla:* pedunculis multifloris foliis longioribus, floribus imbricatis, foliolis lineari-

lanceolatis acutis villosis, stipulis semisagittatis lanceolatis integerrimis. Willd. III. 2 1098. Pers. syn. II. 306. *V. polyphylla*, Desf. Atl. 2. 162. *V. Cracca γ. polyphylla*, Gmel. bad. III. 187.

Ex Hungaria cum frumentis advecta, nunc in agris inter segetes, in campis sterilioribus aridis passim provenit. ♃. Jun. — Jul. Differt a V. Cracca et angustifolia, floribus magis tubulosis, purpureis, caule minus ramoso, racemis densissimis.

2022. *V. oroboides:* pedunculis sub-4-floris folio brevioribus, foliolis ovatis acuminatis bi-trijugisve, stipulis semisagittatis basi dentatis. Willd. III. 2. 1103. Wulf. in Jacq. Coll. 4. 323. Host. syn. 399. Mössl. 1024. Sturm. 1. 31. *V. oroboides*, Wulf.

In alpinis subalpinis (Carniol. Carinth.) ♃. Jun. — Jul. (Corollae lutescentes.)

2023. *V. onobrychioides:* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus remotis, foliolis ellipticis obtusis mucronatis glabris, stipulis semisagittatis lineari-lanceolatis basi dentatis. Willd. III. 2. 1099. Pers. syn. II. 307. Decand. fl. fr. n. 4015. All. pedem. t. 42. f. 1. Sturm. 1. 31. *V. onobrychioides*, Linn.

In pratis, pascuis, agris et arvis hinc inde, rarior. ⊙. Jun. — Jul. (Corollae magnae, coeruleae, basi albido variegatae.)

2024. *V. articulata:* pedunculis unifloris, fructiferis folia superantibus, foliolis truncatis linearibus mucronatis, stipulis petiolatis alternis multifido-setaceis cuneiformibus opositis linearibus integerrimis, leguminibus trispermis glabris. Wallr. An. bot. 85. *V. articulata*, Willd. En. pl. 2. 764. *Lathyrus monanthos*, Willd. III. 2. 1081. *Ervum monanthos*, Linn. Roth. II. 2. 221. Hoffm. II. 83. Sturm. 1. 32.

In dumetis, agris. (Saxon. Bav. Nassov. Lusat. sup. etc.) ⊙. Jun. — Jul.

β.) Floribus axillaribus subsessilibus.

2025. *V. sativa:* leguminibus sessilibus subbinatis, foliolis ovatis truncatis mucronatis, stipulis dentatis semisagittatis notatis. Decand. flor. fr. n. 4019. Willd. III. 2. 1104. Crantz. Austr. 591. Huds. Angl. 318. Leys. hal. n. 644. Smith. britt. 769. (excl. var.) Roth. II. 2. 185. Gmel. bad. III. 190. Kunth. berol. 193. Heller Wirceb. l. c. Schlecht. berol. I. 379. Bönningh. l. c. 217. engl. Bot. t. 334. fl. dan. t. 522. Sturm. I. 31. *V. sativa*, Linn. sp. 1037. (excl. v.)

Colitur in agris freqneuter, nec non spontanea ubique occurrit in agris et dumetis. ☉. Jun. — Augst. (Tota planta, exceptis corollis, magis minusve pubescit. Folia pinnata, 3-8 juga. Calycis dentes subaequales, lanceolato-setacei, tubum fere aequantes. Flores e violaceo purpurei satis magni. Semina compressa, nigra, nigro maculata, et alba.)

2026. *V. cordata:* leguminibus solitariis vel geminis sessilibus, foliolis oblongis obcordatis mucronatis, stipulis subrotundis dentatis macula ferruginea notatis. Sturm. I. 31. *V. cordata*, Wulf.

Inter segetes (Carniol.) ☉. Jun. (Corolla magna. Vexillum e violaceo-purpureum, alae rubrae unguibus albis, carina albida apice violaceo-coerulea. Semina fusco-nigro maculata.)

2027. *V. angustifolia:* leguminibus subsessilibus subbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retusis emarginatis, superioribus linearibus apice integerrimis, stipulis dentatis integrisve, seminibus globosis. Roth. II. 2. 186. Willd. III. 2. 1105. Gmel. bad. III. 191. Hoffm. II. 81. Schlechtend. berol. I. 380. Bönningh. l. c. Schk. t. 201. Sturm. I. 31. *V. sativa*, Scop. carn. n. 895. Poll. palat. n. 685. *V. sativa β. nigra*, Linn. *V. sativa γ.* Smith. britt. 770. *V. monantha*, Willd. Prodr. fl. berol. n. 738.

α. sylvestris: gracilior, inferiorum fol. pinnis oblongo-obovatis emarginatis, reliquorum lineari-

bus, stipulis integerrimis, floribus subsolitariis. Schlechtd. l. c. Boenningh. l. c.

β. *arvensis:* validior, inferiorum foliorum pinnis oblongo-obovatis emarginatis, reliquorum obovato-elipticis retusis, stipulis dentatis, floribus subgeminis. Schlechtd. l. c. Bönningh. l. c. β. *segetalis:* Pers. syn. II. 307. Thuill. par. 367.

In agris cultis atque incultis inter segetes, ad versuras, vias, in ruderatis, in graminosis sylvaticis et nemoribus. ☉. Jun.—Augst. (Vix diversa a praecedente, quacum forma calycis, leguminibus pubescentibus, corollis, interdum et stipulis convenit, recedit minore pubescentia interdum subnulla, pinnis omnium foliorum angustioribus, summorum non emarginatis, corollis plerumque majusculis rubris vel carneis, leguminibus erectis demum patentiusculis angustioribus, seminibus minoribus globosis nigris.)

2028. *V. lathyroides:* leguminibus sessilibus solitariis erectis glabris, foliis inferioribus 2-jugis superioribus 4-6-jugis, foliolis inferioribus obcordatis, (stipulis integris). Decand. fl. fr. n. 4020. Willd. III. 2. 1106. Poll. palat. n. 686. Leers. herb. n. 568. Leys. hal. n. 645. Smith. britt. 771. Roth. II. 2. 187. Gm. bad. III. 192. Heller Wirceb. II. 165. Schlechtd. berol. I. 380. Bönningh. l. c. 218. engl. Bot. t. 30. fl. dan. t. 58. Jacq. Misc Austr. V. 2. 299. t. 18. Sturm. I. 31. *V. lathyroides,* Linn. *Wiggersia lathyroides,* fl. Wetter.

In arvis requietis, sabulosis, in graminosis siccis passim. ♃. April.—Jun. (Parvula. Flores parvi solitarii, subsessiles, violaceo-coerulei. Legumina erecta, lanceolata, compressa. Semina rotunda, fusco viridia, nigro minutim punctulata, parva.)

2029. *V. lutea:* leguminibus sessilibus solitariis reflexis pilosis, caulibus diffusis, stipulis coloratis, vexillo glabro. Decand. fl. fr. n. 4023. Willd. III. 2. 1107. Poll. palat. n. 687. Smith. britt. 772. Roth.

II. 2. 188. Hoffm. II. 81. Gmel. bad. III. 193. Mössl. 1025. engl. Bot. t. 480. Sturm. l. c. *V. lutea,* Linn. *Wiggersia lutea,* fl. Wetterav.

In agris, dumetis ad vias. (Palat. Wetter. Francof. ad M. Darmstadt. Neow. Austr. Suev.) ♃. (☉.) Jun. — Jul. (Caules diffusi, angulati, striati, glabri. Stipulae parvae, deltoideae, subsagittatae, atro sanguineae. Flores sulphurei, cinereo-lineati, interdum toti cinerascentes, quandoque albi. Legumen reflexum, latum, compressum, undique piloso-hispidum.)

2030. *V. pannonica:* leguminibus pedunculatis subternis vexillisque pilosis, stipulis lanceolatis notatis. Willd. III. 2. 1107. Pers. syn. II. 308. Mössl. 1026. Jacq. Austr. t. 34. Sturm. 1. 31. *V. pannonica,* Host. syn. 400. *Vicioides uncinata,* Mönch. Meth. 136.

In pratis, agris inter segetes. (Austr.) ☉. Jun. — Jul. (Caules angulati, pubescentes vel subglabri. Stipulae basi macula fusca notatae. Flores albi. Legumina oblonga, pilosa.)

2031. *V. sepium:* leguminibus subpedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis nervis hirsutis, exterioribus decrescentibus. Decand. fl. fr. n. 4025. Willd. III. 2. 1109. Scop. carn. n. n. 897. Poll. palat. n. 688. Leys. hal. n. 646. Roth. II. 2. 189. Smith. britt. 773. Willd. prodr. fl. b. n. 740. Gmel. bad. III. 194. Heller Wirceb. l. c. Schlechtd. b. I. 381. Bönningh. l. c. fl. dan. t. 699. Sturm. 1. 31. *V. sepium,* Linn. *Wiggersia sepium,* fl. Wetterav.

In dumetis, sepibus, pratis, inque nemorosis fruticetis. ♃. Mai. — Jun. (Corollae sat magnae, pallide purpureo-coeruleae. Legumina tereti-compressiuscula, pendula, maturitate erecta, glabra. Semina fusca, maculis nigris picta, glabra.)

2032. *V. bithynica:* leguminibus sessilibus vel pedunculatis solitariis erectis, foliolis 2-6 ovali-lan-

ceolatis, stipulis profunde dentatis. Decand. fl. fr. n. 4027. Willd. III. 2. 1110. All. pedem. n. 1999. t. 26. f. 2. Pers. syn. II. 308. Smith. britt. 774. Mössl. 1027. Jacq. h. t. 147. Sturm. I. 32. *V. bithynica*, Linn.

In agris, arvis (Bavar.?) ☉. Jul. — Augst. (Stipulae magnae, semisagittatae, inaequaliter dentatae, dentibus divaricatis acutis. Calycis dentes ciliati. Vexillum magnum, violaceum. Alae carinaque albidae. Legumen erectum, badium, piloso-scabrum. Semina globosa, glabra nigro cinereoque variegata.)

2033. *V. grandiflora:* leguminibus subsessilibus suberectis solitariis vel geminis, foliolis obcordatis mucronatis, stipulis simplicibus notatis. Sturm. I. 32. *V. grandiflora*, Scopoli.

In pratis, agris (Carniol. Carinth.) ☉. Jun.—Jul. (Corolla magna, pallide flava, vexillum basi coerulescens.)

476. FÁBA. *Saubohne.*

Legumen grande, coriaceum, subtumidum, 2—4 spermum. Semina magna, reniformia compressa, hylo terminali. Cirrhi nulli. Caetera ut in *Vicia*.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2034. *F. vulgaris:* leguminibus subsessilibus ternis torulosis, foliolis ovatis integerrimis, stipulis sagittatis basi dentatis. Willd. III. 2. 1111. Pers. syn. II. 308. Willd. prodr. fl. b. n. 741. Gmel. bad. III. 195. Mössl. 1027. Schlechtdl. b. I. 381. Bönningh. 218. *F. vulgaris*, Decand. fl. fr. n. 4028. *Vicia Faba*, Linn. et Auctor. Sturm. I. 32.

β. *equina:* caule proceriore, foliolis angustioribus, seminibus multo minoribus vix compressis. *Faba minor s. equina.* Bauh. pin. 338. *Vicia Faba β. equina*, Pers. syn. l. c. Bönningh. l. c.

Colitur copiose in agris hortis. ☉. Jun. — Aug.

(Corollae speciosae, suaveolentes, albidae, alis in medio macula atra holosericea notatis.)

477. ÉRVUM. *Linse.*

Calyx 5-fidus, laciniis linearibus acutis subaequalibus, corollam subaequantibus. Corolla papilionacea. Vexillum planum, subrotundum, majus. Alae obtusae, vexillo dimidio breviores. Carina alis brevior, acuminata. Stigma obtusum, glabrum. Legumen oblongum, obtusum, teres, 2-4-spermum. Semina subrotunda.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2035. *E. tetraspermum:* pedunculis subbifloris, leguminibus glabris 4-spermis, foliolis oblongis (lanceolato-linearibus) truncatis mucronatis. Decand. flor. fr. n. 4029. Willd. III. 2. 1112. Scop. carn. n. 902. Poll. palat. n. 689. Leys. hal. n. 670. Smith. britt. 775. Roth. II. 2. 220. Gmelin. bad. III. 196. Boenningh. l. c. Fl. dan. t. 95. Schk. t. 202. Sturm. I. 32. *E. tetraspermum,* Linn. *Vicia tetrasperma,* Fl. Wetter. *V. gemella,* Crantz. austr. 389.

In arvis, cultis, sepibus et dumetis. ☉. Jun.—Jul. (Pedunculi 1-2-flori. Flores exigui, e violaceo-purpurascentes. Legumina glabra, tetrasperma. Semina globosa.)

2036. *E. gracile:* pedunculis subbifloris, leguminibus aristatis solitariis glabris sub 6-spermis (foliola superantibus,) foliolis linearibus utrinque attenuatis acuminatis. Röhling D. Fl. *Vicia gracilis,* Loisel. flor. gall. II. p. 460. c. icon. in suppl. Wallr. An. bot. 85.

In versuris, arvis. (Saxon. Erfurt. Coburg.) Jun. —Jul. (Caulis tetragonus, gracilis, scandens, ramosus. Folia pinnata, cirrhosa, foliolis 6-8 linearibus acutis pilosiusculis, cirrhis simplicissimis. Stipulae semisagittatae, integerrimae. Pedunculi erecti, 1-4 flori, folio longiores. Flores secundi vix majores quam in

E. tetraspermo, cui valde affine. Legumen oblongum, glaberrimum 5—8 spermum. *Loisel.*

2037. *E. hirsutum:* pedunculis 2 - 4 - floris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis sublinearibus obtusis, (seminibus globosis.) Decand. fl. fr. n. 4030. Willd. III. 2. 1113. Scop. carn. n. 902. Poll. palat. n. 690. Roth. II. 2. 221. Smith. britt. 776. Gmelin. bad. III. 197. Schlechtdl. berol. I. 382. Bönningh. l. c. 219. engl. Bot. t. 970. Fl. dan. t. 639. Schk. t. 202. Sturm. I. 32. *E. hirsutum*, Linn.

In agris, inter segetes. ☉. Jun.—Aug. (Differt a praecedente: foliolis 14 — 18 lineari - lanceolatis, truncatis arista terminatis, pedunculis 2 - 6 - floris, floribus violaceo - albidis, leguminibus brevibus hirsutis dispermis.)

2038. *E. Lens:* pedunculis 2-3-floris, leguminibus brevibus 2 - 3 - spermis, foliolis oblongis subobtusis (seminibus compressis convexis.) Decand. flor. fr. n. 4031. Scop. carn. n. 900. Leers herb. n. 587. Roth. II. 2. 219. Gmel. bad. III. 198. Schk. t. 202. Sturm. I. 32. *E. Lens*, Linn. *Cicer Lens*, Willd. III. 2. 1114. Schlechtdl. berol. I. 382. Bönningh. l. c. *Lens exculenta*, Mönch. — Fl. Wetter. *L. sativa*, Hell.

Hinc inde in agris colitur. ☉. Jun.—Jul. (Caulis diffusus, humilis. Legumina brevia, subquadrata, glabra, 2 - 4 - sperma.)

2039. *E. Lenticula:* pedunculis unifloris patentibus foliis longioribus, leguminibus ovali - oblongis 1 - 2 - spermis, foliolis glabris linearibus obtusis submucronatis. Sturm. I. 32. *E. Lentic.* Schreb.

In agris (Carniol.) ☉. Jun.—Jul. (Corolla pallide coerulea.)

478. ROBÍNIA. *Robinie.*

Calyx parvus, campanulatus, sub - 4 - dentatus, dentibus 3 inferioribus tenuioribus, supremo duplo la-

tiori vix emarginato. Corolla papilionacea. Vexillum subrotundum, majus, patens, obtusum. Alae oblongae, ovatae, appendice brevissimo obtuso. Carina fere semiorbiculata, compressa longitudine alarum. Stylus antice hirsutus. Legumen oblongum, compressum, polyspermum. Semina compressa.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2040. *R. Pseud-Acacia:* racemis pedicellis unifloris, foliis impari-pinnatis, stipulis spinosis, leguminibus laevibus. Decand. fl. fr. n. 3947. Willd. III. 2. 1131. Ejusd. arb. 298. Borkh. II. 939. Gm. bad. III. 200. Bechst. Forstb. 404. Wangenh. amer. t. 7. f. 19. Reit. et Abel. t. 20. *R. Pseud-Acacia*, Linn.

E Virginia orta, hinc inde colitur. ♄. Jun.

479. COLUTÉA. *Blasenstrauch.*

Calyx 5-fidus, campanulatus, subaequalis. Corolla papilionacea. Carina obtusa. Stylus per totam longitudinum deorsum barbatus. Legumen magnum, latum, inflatum, membranaceo-diaphanum, 1-loculare, sutura inferiore gibba, superiore erecta intus tumida seminifera dehiscente.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2041. *C. arborescens:* caule arborescente, foliolis obcordatis emarginatis, pedunculis sub-6-floris, leguminibus apice clausis. Decand. flor. fr. n. 3948. Willd. III. 2. 1139. Scop. carn. n. 881. Du Roi Hbk. B. I. 157. Willd. arb. 70. Hoffm. II. 85. Borkh. II. 954. Gmel. bad. III. 201. Bechst. Forstb. 602. Heller, Würceb. suppl. 66. Guimp. et Willd. 177. t. 133. *C. arborescens*, Linn. *C. hirsuta*, Roth. II. 2. 168.

In collibus, sylvaticis, ad vias. (Austr. Carniol. Bav. Saxon. M. D. Bad. sup. Thuring. Ratisb. Suev.?) ♄. Mai.—Jun. (Folia petiolata, alterna, impari-pin-

nata, foliolis obcordatis integerrimis emarginatis. Stipulae membranaceae, lanceolatae. Racemi laterales, nutantes, longitudine fere foliorum, floribus 4-8 luteis. Legumen maximum, vesicae ad instar inflatum, glaberrimum.)

2042. *C. cruenta:* caule fruticoso, foliolis subrotundis apice truncatis glaucis crassiusculis, pedunculis trifloris, leguminibus apice hiantibus. Willd. III. 2. 1139. Ejusd. arb. 70. Hoffm. II. 85. Borkh. II. 955. Bechst. Forstb. 669. *C. orientalis*, du Roi Harbk. Bot. I. 159. Lam. Encyc. I. 349. Roth. II. 2. 169. Schk. II. 374. t. 204. *C. sanguinea*, Pall. ross. II. 174. *C. humilis*, Scop.

In German. austral. vineis etc. (Austr. Carniol. Saxon. prope Rulsdorf, Haenstadt. (?)) ♄. Maj. — Jul. (Corollis luteis, sanguineo-striatis, colore glauco, foliisque minoribus facile distinguitur.)

480. GALÉGA. *Geisraute.*

Calyx campanulatus, 5-dentatus, dentibus subulatis subaequalibus. Corolla papilionacea. Legumen oblongum, erectum, compressum, saepius torulosum, 1-loculare, polyspermum, lineis obliquis notatum.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2043. *G. officinalis:* foliis pinnatis, foliolis lanceolatis mucronatis glabris, stipulis sagittatis, leguminibus erectis strictis. Decand. flor. fr. n. 3946. Willd. III. 2. 1241. Pers. syn. II. 330. Roth. II. 2. 225. Hoffm. II. 88. Mössl. 1046. Schlechtdl. berol. I. 384. Schk. t. 208. Sturm. I. 6. Hayne, VI. t. 34. *G. officinalis*, Linn.

In versuris, in udis ad sepes. (Austr. Siles. Megapl. Francof. ad Viadr. Bavar. Helmstad. Berol.) ♃. Jun. — Jul. (Corolla violaceo-lilacina.)

481. LÓTUS. *Schotenklee.*

Calyx tubulosus, persistens, 5-dentatus, dentibus acutis aequalibus erectis. Corolla papilionacea. Vexillum subrotundum, deorsum flexum, ungue oblongo concavo. Alae subrotundae, vexillo breviores, latae, sursum conniventes. Carina inferne gibba, acuminata, adscendens, brevis. Legumen erectum, compressum vel teres, calyce longius. Semina plura cylindrica.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2044. *L. corniculatus:* capitulis (umbellaribus) depressis, caulibus ramosis e basi suffruticosa decumbente surrectis, leguminibus cylindricis teretibus. Wallr. sched. 399.

α. *campestris:* foliis stipulisque oblique ovatis margine ciliatis. Wallr. l. c.

†. *glaber,* foliolis utrinque calycibusque glaberrimis. *L. corniculatus:* Linn. sp. pl. 1092. Willd. III. 2. 1395. Poll. palat. n. 711. Roth. II. 2. 223. et reliq. Fl. Germ. Auct. fl. dan. t. 991. *L. arvensis,* Schk. II. 211. β. Roth. II. 2. 227. Pers. in Usteri Ann. VIII. 38. β. *humilis,* Poll. palat. n. 711. β. *pratensis,* Schlechtd. berol. I. 394. Bönningh. l. c.

††. *hirsutus:* foliolis utrinque calycibusque hirsutis. Wallr. l. c. *L. villosus,* Thuill. par. II. 387. *L. corniculatus* γ. Dec. fl. fr. IV. 555.

†††. *crassifolius:* pilosus, foliolis ovatis carnulosis, caulibus prostratis, radice crassa fibrosa. Pers. syn. II. 354. *L. cornicul.* α. *collinus,* Schlechtd. berol. l. c. Bönningh. l. c.

β. *uliginosus:* caulibus erectis proceris glaberrimis fistulosis, stipulis subcordatis foliola subaequantibus. Wallr. l. c. *L. uliginosns,* Schk. Hdb. II. 412. t. 211. Hoffm. II. 100. Pers. syn. II. 354. Gmel. bad. III. 245. fl. dan. t. 1521. *L.*

corniculatus γ. palustris, Schlechtd. l. c. *L. corn. γ. uliginosus*, a Bönningh. l. c. *L. riparius*, Pers. in Usteri A. VIII. 39. *L. corniculatus β. major*, Decand. l. c. *L. corn. β.* Linn. sp. pl. 1092. — *α.* Spreng. hal. 213. *L. major*, Scop. carn. n. 936.

γ. *tenuifolius:* caulibus gracilibus elongatis diffusis, foliolis oblongo-lanceolatis acuminatis stipulisque conformibus. Wallr. l. c. *L. tenuifolius*, Poll. palat. n. 711. Schreb. spicil. Fl. Lips. 27. *L. corniculatus*, γ. Linn. sp. pl. 1092. Willd. III. 2. 1395. Roth. II. 2. 227. *β*. Pers. syn. II. 354. *ε*. Decand. fl. IV. 656.

α. In campestribus, pratis, versuris ubertim; *β*, in uliginosis, humidis umbrosis, pratis irriguis; γ. in pratis, dumetis, sepibus pinguioribus passim. ♃. Mai —Jul. (Planta polymorpha, ex soli conditione, nullo jure, in pluras species divulsa, quum transitus sat clare adsint. Corolla aurea, ante anthesin sanguineo-rubens.)

482. TETRAGONOLOBUS. *Flügelschote.*

Calyx atque corolla ut in genere praecedente. Legumen alis foliaceis quadrangulum.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2015. *T. siliquosus:* caulibus decumbentibus, bracteis lanceolatis, leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis. Decand. fl. fr. n. 3930.

α. *glaber:* erectus, foliis glabris. *Tetragonolobus maritimus*, Roth. II. 2. 225. *Lotus maritimus*, Willd. III. 2. 1385. Pers. syn. II. 353. Leys. hal. n. 758.

β. *pubescens:* procumbens, foliis subtus pubescentibus. *T. siliquosus*, Roth. II. 2. 226. *T. scandalida*, Scop. carn. n. 938. *T. prostratus*, Fl. Wetter. *Lotus siliquosus*, Willd. III. 2. 1386. Crantz. austr. 399. Poll. pa-

lat. n. 710. Gmel. bad. III. 243. Hoffm. II. 99. Jacq. austr. t. 361.

α. In salicetis maritimis, salsisque (Saxon. Barb. etc.) β. in pratis humidis pascuis ericetis. (Austr. Carn. Salisb. Bavar. Palat. Suev. Francon. Wetter. Thuring.) ♃. Jun. — Jul. (Flores flavi.)

483. DORYCNIUM. *Dorykníum.*

Calyx 5-dentatus, bilabiatus. Filamenta subulata. Stigma capitatum. Legumen calyce paulo majus, turgidum 1-2-spermum.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2046. *D. herbaceum:* foliolis obovatis obtusis, calyc. dentibus ovatis, caule herbaceo. Decand. fl. fr. n. 3941. Willd. III. 2. 1397. Vill. Delph. III. 417. Bellard. app. 35. Pers. syn. II. 355. Mössl. 1079. *D. herbaceum*, Vill. *Lotus Dorycnium*, Crantz. austr. 402. Host. syn. 416.

In collibus (Austr.) ♃. Jul. — Sept. (Flores capitati, minuti, albi.)

β.) Trifolieae. Leguminibus oligospermis non dehiscentibus.

484. TRIGONELLA. *Trigonelle.*

Calyx campanulatus, 5-fidus. Carina minima. Alae vexillumque subpatentes, corollam 3-petalam mentientes. Legumen oblongum, pedunculatum vel subsessile, compressum vel cylindricum, acuminatum, erectiusculum, arcuatum, polyspermum.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2047. *T. monspeliaca:* leguminibus sessilibus subsenis congestis arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, foliolis ovatis subtus subpubescentibus denticulatis, caulibus prostratis. Decand. fl. fr. n. 392. Willd. III. 2. 1401. Pers. syn. II. 355. Waldst. et

Kit. Pl. r. Hung. II. 152. t. 142. *T. monspeliaca*, Linn. *Buceras elliptica*, Mönch.

In . . . (Austr. Bot. Zeit. 1819. I. 31.) ☉. . . .

485. MEDICÁGO. *Schneckenklee.*

Calyx campanulato-cylindricus, 5-fidus, acuminatus, aequalis. Corolla papilionacea. Vexillum ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum. Alae ovato-oblongae, appendici carinae affixae, lateribus conniventibus sub carina. Carina oblonga, bifida, patens, obtusa, deflexa a pistillo, a vexillo subremota. Legumen compressum, forma varium, semper falcatum vel in spiram contortum, polyspermum. (Flores saepius lutei.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

a.) *Leguminibus arcuatis vel in spiram simplicem convolutis.*

2048. *M. sativa:* pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato-contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis, caule erecto glabro. Decand. fl. fr. n. 3899. Willd. III. 2. 1404. Crantz. austr. 434. Poll. palat. n. 712. Smith. britt. 795. Roth. II. 2. 116. Gmel. bad. III. 247. Schweigg. et Körte, Erlang. 62. Kunth. berol. p. 201. Hell. Wirceb. II. 194. Schlechtdl. berol. I. 395. Schk. 2. t. 212. *M. sativa*, Linn.

Planta agricolis „Luzerne" in pecudum pabulum frequenter culta, in pratis, pascuis, ad sepes etiam quasi spontanea, provenit. ♃. Jun.—Aug. (Flores violacei, vel flavidi, rarius virescentes.)

2049. *M. falcata:* pedunculis racemosis, leguminibus contorto falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis, caule prostrato. Decand. fl. fr. n. 3900. Willd. III. 2. 1405. Poll. palat. n. 713. Smith. britt. 796. Roth. II. 2. 217. Gmel. bad. III. 248. Willd. prodr. fl. b. n. 727. Schweigg. et Körte, Er-

laug. 62. Heller, Wirceb. l. c. Wallr. sched. 398. Schlechtendl. b. I. 396. Fl. dan. t. 233. Schk. t. 212. *M. falcata*, Linn.

α. *riparia:* major, caulibus erectiusculis, foliolis maximis oblongis apice denticulatis vix truncatis, racemis elongatis multifloris, floribus majusculis (luteis). Bönningh. l. c. 225.

β. *montana:* gracilis, caule filiforme decumbente, foliolis parvis lineari-oblongis truncatis subdentatis, racemis paucifloris capitatis, floribus duplo fere minioribus (luteis). a Bönningh. l. c.

γ. *pratensis:* diffusa, foliolis lineari-cuneatis angustis apice argute dentatis truncatis, racemis abbreviatis. Bönningh. l. c.

δ. *versicolor:* floribus pallide coeruleis demum flavescentibus. Wallr. l. c. *M. media*, Pers. syn. II. 356. *M. sativa*, var. fl. pallide coeruleis demum flavescentibus. Willd. III. 2. 1405. *M. sativa*, β. corollis luteo-violaceis, Gmel. bad. III. 247. *M. falcata*, var. flor. e colore violaceo cum flavo conjuncto. Smith. britt. 796.

In pratis, ad vias, muros, ad ripas fluminum etc. ♃. Jun. — Aug.

2050. *M. lupulina:* spicis ovatis, leguminibus reniformibus monospermis subpubescentibus, stipulis dentatis, foliolis obovatis, caule procumbente. Linn. sp. pl. 1097. Hort. cliff. 375. Huds. Angl. 330. Sm. britt. 796. Pers. syn. II. 356. Gmel. bad. III. 249. Schweigg. et Körte, Erlang. 63. Mössl. 1073. (excl. syn. pl.) a Bönningh. l. c. engl. Bot. t. 971. Fl. dan. t. 992. *M. lupulina*, Linn. *Trifolium lupulinum*, Savi Pis.

In agris, pratis, pascuis, vineis locisque sylvaticis. ☉. Jun. — Sept. (Caules prostrati, magnitudine varii, angulati. Foliola obovata, plerumque subrotundata, rarius versus apicem dilatata. Stipulae dentatae. Flores parvi, lutei. Legumina cochleato-reniformia, mo-

nospeıma, reticulato - venosa et corrugata, nigra, glabra aut parce adpresso - pubescentia.)

2051. *M. Willdenowii:* spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis pilis divergentibus hispidis, stipulis integris, foliolis cordato - obovatis. *M. Willdenowii*, Decand. *M. lupulina*, Willd. III. 2. 1406. (excl. syn. pl.) Willd. prodr. fl. berol. n. 728. Schlechtdl. berol. a Bönningh. l. c.

In agris, arvis, inter segetes passim. ☉. Jun. — Sptbr. (A praecedente simillima recedit: statura saepe majore, caulibus minus rigidis, foliolis cordato obovatis, stipulis integris, praecipue vero leguminibus pilis divergentibus hispidis.)

β.) Leguminibus cochleatis, spiris pluribus.

†. *Leguminibus glabris inermibus.*

2052. *M. orbicularis:* pedunculis 1 - 2 - floris, leguminibus inermibus orbiculatis planiusculis, foliolis obtusis inverse - cordatis apice dentatis, caulibus diffusis. Decand. fl. fr. n. 3906. Willd. III. 2. 1407. All. pedem. n. 1150. Scop. carn. n. 942. Pers. syn. II. 356. Mössl. 1074. *M. orbicularis*, Linn.

In agris, arvis (Carniol.) ☉. Jun. (Stipulae setaceo - multifidae. Pedunculi aristati.)

††. *Leguminibus pubescentibus muricatis.*

2053. *M. rigidula:* pedunculis 2 - 3 - floris, leguminibus cylindraceis utrinque applanatis dorso muricato - spinosis, stipulis basi dentatis. Decand. fl. fr. n. 3911. Willd. III. 2. 1419. Allion. pedem. n. 1157. Pers. syn. II. 358. Roth. II. 2. 218. Mössl. 1074. Schk. t. 212. *M. rigidula*, Willd. *M. polymorpha x. rigidula*, Linn.

Ad arcem Regenstein prope Blankenburg. ☉. . . . . (Foliola obovata, truncata. Legumina subtomentosa.)

2054. *M. minima:* pedunculis 1 - floris, leguminibus aculeis uncinatis, stipulis integris, caule fo-

liisque villosis. Decand. fl. fr. n. 3913. Willd. III. 2. 1418. Schreb. spicil. flor. Lips. 27. Crantz. austr. 434. Poll. palat. n. 715. Roth. II. 2. 218. Gmel. bad. III. 250. Kunth. berol. 202. Hell. Wirceb. II. 196. Fl. dan. t. 211. *M. minima*, Willd. *M. polymorpha λ. minima*, Linn. *M. polymorpha β. minima*, Smith. britt. 798.

In collibus siccis, agris, arvisve (argillosis) inter segetes passim. ⊙. Maj. — Jun. (Planta tota subsericeo-pubescens. Corolla parva, flava. Legumina cochleata, demum glabrata, anfractibus externe seriebus spinarum tribus munita. Caules et inferiora folia in apricis aridis interdum purpurascunt.)

†††. *Leguminibus glabris spinosis.*

2055. *M. denticulata:* pedunculis 5-7-floris, leguminibus cochleatis utrinque planis, anfractibus tribus reticulatis margine aculeatis, aculeis divergentibus, stipulis ciliato-dentatis, foliolis obovatis denticulatis. Decand. flor. fr. n. 3921. Willd. III. 2. 1414. Wallr. An. bot. 91. *M. denticulata*, Willd.

In arvis post messem, bei Barths Weinberg cum M. lupulina in dem Chausséegraben, ad vias tritas inter Kollenberg et Meuschau etc. (Saxon.) ⊙. Aug.— Septbr. (Flores aurei, calycem vix excedentes. Legumina primum viridia, demum aterrima.)

486. MELILÓTUS. *Steinklee.*

Calyx tubulosus, 5-dentatus, persistens. Corolla papilionacea, decidua. Vexillum reflexum. Carina simplex, alis vexilloque brevior. Legumen calyce longius, 1-loculare, oligospermum, superne dehiscens, deciduum. (Flores laxe racemosi.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2056. *M. Kochiana:* leguminibus racemosis nudis dispermis sublaevibus ovatis compressis acutiusculis, stipulis (6) dentatis laciniis setaceis, foliolis

serrulatis, inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis, caule adscendente. Willd. En. II. 790. Wallr. An. bot. 89. Hell. Wirceb. II. 180. Hayne, Darst. II. t. 34. *M. Kochiana*, Willd. *Trifolium Kochianum*, Hayne.

Ad vias, ripas. (Saxon. Passendorf, in pratis et pascuis ad Wietleben, Eisdorf. in agris salsis Wansleben etc.) ♂. Jul. — Aug. (Caulis striatus, 1—4 pedalis, teres. Foliola lineari-oblonga, basi attenuata, serrulata, serraturis setaceis, apice obtusa mucronulata. Racemi foliis duplo majores. Flores minuti, obscure flavi, calycem excedentes, *inodori*, imbricati. Pedunculus calyxque hirsutiusculi, dentes calycis inaequales. Alae carinam aequantes at vexillo breviores. Legumina disperma, magna, subinflata, rugulosa.)

2057. *M. vulgaris:* leguminibus racemosis monospermis ovatis reticulatis sordide herbaceis demum fuscis, alis carinam subaequantibus vexillo brevioribus, foliis obovatis crenatis, caule erecto (floribus albis). Wallr. sched. 393. Willd. En. II. 790. Kunth. berol. 196. Mössl. 1054. Schlechtendl. berol. I. 388. Bönningh. l. c. 221. *M. vulgaris*, Willd. *Trifolium vulgare*, Hayne, Darstell. II. t. 32. *T. vulgare β.* Linn. *Melilotus officinalis β. alba*, Pers. syn. II. 348.

In pascuis sterilibus, glareosis, in agris, in dumetis ad ripas. ♂. Jul. — Aug. (Caulis erectus. Foliola truncata, serrata, inferiora subrhombea, superiora lanceolata. Corollae calyce duplo longiores, omnino albae, carina alis atque alis vexillo brevioribus. Flores superiores semper steriles. Legumina rugosa, nuda, monosperma.)

2058. *M. dentata:* leguminibus racemosis dispermis ovalibus compressis, laevigatis nudis demum nigrescentibus, alis carinam aequantibus vexillo brevioribus, foliolis oblongis argute serrulatis, caule e basi subadscendente erecto. Wallr. sched. 394. Willd. En. II. 790. Pers. syn. II. 348. Mössl. 1055. *Tri-*

folium dentatum, Waldst. et Kit. pl. r. Hung. I. 41. t. 42. Willd. sp. III. 2. 1355.

β. angustifolia: foliis linearibus. Wallr. l. c.

In pratis ad vias, (Saxon. Hall. Passendorf. in Salsis ad Wansleben etc.) ♃. Jul. (Differt a sequente specie, caulibus a basi adscendente inde surrectis, foliis oblongis argute serrulatis, serraturis approximatis fere mucronatis, quae in illa lanceolata magis et remote serrata sunt; stipulis basi divisis, racemis brevioribus floribusque multo minoribus inodoris, eorumque alis carinam aequantibus vexillo brevioribus, leguminibus nudis magis oblongis, seminibus minoribus epunctatis totoque denique habitu herbaeque colore saturatius viridi.)

2059. *M. officinalis:* leguminibus racemosis dispermis reticulatis pilosis demum nigricantibus, vexillo fusco-striato alisque carinam aequantibus, foliolis lanceolato-oblongis obtusis remote serratis, caule erecto ramoso patentissimo. Wallr. sched. 390. Willd. En. II. 790. Decand. flor. fr. n. 3894. Pers. syn. II. 348. Kunth. berol. 196. Schlechtdl. berol. I. 387. a Bönningh. l. c. 220. Fl. dan. t. 934. Sturm. I. 15. *M. officinalis*, Lam. *Trifol. officinale*, Willd. III. 2. 1355. *α*. Smith. britt. 781. Poll. palat. n. 697. *T. Melilot. officinalis*, Scop. carn. n. 935. Roth. II. 2. 165. Gmel. bad. III. 218.

β. altissima: caule altissimo stricto, leguminibus nudis monospermis. *M. altissima*, Gmel. bad. III. 219. *Trifol. Melilotus officinalis*, *γ*. Linn.

In pratis, campis, ad vias, sepes, ripas fluminum ♂. Jun. — Jul. (Flores lutei, vel albi, odori.)

2060. *M. Petitpierreana:* leguminibus racemosis subdispermis ovatis acutis transverse-rugosis nudis demum helvolis, alis vexilloque aequalibus carinam excedentibus, foliolis obovatis irregulariter dentatis, caule basi ramosissimo adscendente. Wallr.

sched. 391. Willd. En. II. 790. Hayne, Darst. II. t. 33. *M. arvensis*, Wallr. *Trifol. Petitpierreanum*, Hayne.

Inter segetes, in muris, rupibus. (Saxon. Francon. Barby. etc.) ♂. Jun.—Jul.

2061. *M. coerulea:* racemis ovatis longe pedunculatis, leguminibus ventricosis seminudis dispermis, mucronatis, foliolis ovato-lanceolatis crenulatis, caule erecto. Willd. III. 2. 1352. Hoffm. II. 94. Mössl. 1053. Sturm. I. 15. *M. coerulea*, Pers. syn. II. 347. *Trifol. coeruleum*, Linn.

In montosis (Carniol. Bohem.) hinc inde colitur. ⊙. Jul. (Flores albidi, coeruleo-venosi.)

487. TRIFÓLIUM. *Klee.*

Calyx tubulosus, persistens, 5-dentatus. Corolla papilionacea monopetala, in nonnullis pentapetala. Carina simplex, alis vexilloque brevior. Legumen minimum, 1-2-spermum, calyce tectum, indehiscens vel circumscissum. (Flores capitati. Folia ternata.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) Calyce glabro post inflorescentiam non inflato, vexillo caduco, floribus albis vel rubentibus.

2062. *T. alpium:* capitulis umbellaribus, scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, foliis lineari-lanceolatis. Decand. flor. fr. n. 3857. Willd. III. 2. 1360. Pers. syn. II. 349. Mössl. 1058. Sturm. I. 15. *T. alpinum*, Linn.

In alpinis German. austral. (Styr.) ♃. Jul. (Flores majores, purpurei.)

2063. *T. repens:* capitulis umbellaribus, leguminibus 4-spermis, calyc. dentibus inaequalibus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis glabris, caule repente. Decand. fl. fr. n. 2859. Willd. III. 2. 1359. Crantz. Austr. 405. Scop. carn. n. 934. Poll.

palat. n. 699. Smith. britt. 782. Roth. II. 2. 198. Willd. prodr. flor. b. n. 747. Gmel. bad. III. 222. Schweigg. et Körte, Erlang. 57. Schlechtdl. berol. I. 391. Fl. dan. t. 990. Sturm. I. 15. *T. repens,* Linn.

In pratis pascuis agris ad vias vulgatissimum. ♃. Jun. — Sept. (Foliola saepe maculata, obovata, magis minusve emarginata, margine serrulata. Stipulae latae, fere membranaceae, arista brevissima terminali. Flores pedicellati, parvi, subumbellato - capitati, dein penduli. Calyc. dentes 2 reliquis majores. Corolla alba vel dilute erubescens. Legumen corolla tectum, 3 - 4 - spermum.

2064. *T. pallescens:* capitulis umbellaribus, leguminibus dispermis, calycis dentibus inaequalibus, foliolis obovatis obtusis dentatis, caule adscendente. Pers. syn. II. 349. Mössl. 1057. Sturm. I. 15. *T. pallescens,* Schreb. apud Sturm.

In alpibus (Carinth.) ♃. Jul. (Caulis elongatus. Foliola basi integra. Pedunculi sulcati. Bracteae ovatae, magnae, viridi - venosae, acuminatae. Calyx 10-striatus, dentibus 2 superioribus longioribus. Corollae pallide luteae, vexillo alis longiore, alis autem carinam superantibus.)

2065. *T. hybridum:* capitulis umbellaribus, leguminibus 4 - spermis calyc. dentibus subaequalibus, foliolis ovato - oblongis emarginatis serrulatis glabris, caule adscendente. Decand. fl. fr. n. 3860. Willd. III. 2. 1359. Pers. syn. II. 348. Poll. palat. n. 698. Roth. II. 2. 198. Hoffm. II. 94. Gmel. bad. III. 221. Willd. prodr. b. n. 746. Schweigg. et Körte, Erlang. 57. Hell. Wirceb. II. 180. Schlechtdl. b. I. 392. Sturm. I. 15. *T. hybridum,* Linn.

In pratis pascuis. ♃. Jun. — Aug. (Differt ab affini, *Tr. repent.* caule elatiore, nunquam repente radicanteque, calyce et corollis semper roseis majoribus, dentibus calycinis subaequalibus, etc.)

2066. *T. parviflorum:* capitulis globosis axillaribus pedunculatis, leguminibus subdispermis, calyc. dentibus inaequalibus corolla longioribus subulatis patulis recurvis, foliolis obovatis serrulatis, caule ramosissimo. Willd. III. 2. 1376. Ehrh. Beitr. VII. 165. Spreng. p. 1. 62. Wallr. An. bot. 90. *T. parviflorum*, Ehrh.

In pascuis, graminosis, locisque sterilioribus (Saxon. Halae. prope Granau, Nietleben, Köllwitz,) ⊙. . . . . (Caulis inferne ramosissimus, ramulis strictis glaberrimis patulis. Folia longe petiolata, ternata, glaberrima, obtusa, mucronulata, venosa, argute denticulata, inferiora obovata, superiora elliptica lanceolata. Stipulae scariosae, latae, rhombeae, caulem involventes, apice in acumen exeuntes, striatae. Pedunculi sulcati, axillares, inferne stipulis induti, petiolo duplo breviores. Calyx nudus, striatus, dentibus inaequalibus, 2 superioribus majoribus latioribus corollam superantibus, post anthesin reflexis patentissimis, caeteris 3 inferioribus inaequalibus carinam aequantibus, vexillo vero brevioribus. Corolla parva, albida.)

β.) *Calycibus praesertim circa dentes villosis vel hirtis, post inflorescentiam non inflatis, vexillis caducis, floribus albis vel rubentibus.* (Legumina monosperma.)

2067. *T. rubens:* spicis cylindraceo-oblongis, calyc. dentibus villosis, infimo longitudine corollae monopetalae inaequalis, stipulis ensiformibus, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, caule erecto. Decand. fl. fr. n. 3870. Willd. III. 2. 1366. Crantz. austr. 406. Poll. palat. n. 700. Pers. syn. II. 350. Roth. II. 2. 199. Leys. hal. n. 654. Gmel. bad. III. 223. Heller, Wirceb. I. c. Crom. Beitr. in Hoppe Taschenb. 1811. Jacq. Austr. t. 385. Schk. t. 210. Sturm. I. 15. *T. rubens*, Linn.

In nemoribus, sylvaticis montosis. (Austr. Bavar. Palat. Suev. Franc. Wetter. Saxon. Thuring. Barb.

Hannov. Berol. etc.) ♃. Jun.—Jul. (Foliola nervoso-striata, glabra, margine ciliata. Stipulae vaginatae, inflatae, magnae, erectae. Flores in spica terminali speciosa, densa, ovato-cylindrica (2-3 unicas longa) crassa, erecta. Calycis dentes pilosi, infimus longitudine corollae. Corollae rubentes. Legumina subrotunda, compressiuscula, glabra, tecta, monosperma.)

2068. *T. pratense:* spicis densis ovatis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae inaequalis breviore, stipulis aristatis, foliolis ovalibus subintegerrimis, caule adscendente. Decand. fl. fr. n. 3871. Willd. III. 2. 1366. Crantz. austr. 407. Pers. syn. II. 350. Poll. palat. n. 701. Leys. hal. n. 655. Smith. britt. 785. Roth. II. 2. 200. Kunth. berol. 198. Gmel. bad. III. 226. Heller, Wirceb. II. 181. Schweigg. et Körte, Erlang. 57. Schlechtendl. b. I. 388. Fl. dan. t. 989. Sturm. I. 15. *T. pratense*, Linn.

β. *sativum:* multicaule, elatius, foliolis oblongis, capitulis pedunculatis subgeminis. Schweigg. et Körte, Erlang. 58. Sturm. I. 15. *Trifol. sativum*, a Bönningh. Monast. 222.

γ. *alpinum:* pedunculis villosissimis, calycibus pilosis atque capitulis florum subcylindraceis. Hell. Wirceb. suppl. 67. *Trifol. prat. alpinum*, Schrad. neu. Journ. f. d. Bot. Bd. II. St. I. 114.

In pratis, pascuis, praecipue humidis, β. in agris satum, interdum etiam sponte provenit, γ. in pratis turfosis, uliginosis (Bavar. Wirceb. etc.) ♃. Jun. — Septbr. (Corollae amoene purpureae, rubellae, incarnatae, roseae, et albidae, odoratae.)

2069. *T. medium:* spicis laxis subglobosis solitariis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis, caulibus ramosis flexuosis. Decand. fl. fr. n. 3872. Willd. III. 2. 1367. Huds. Angl. ed. 1. 284. Smith. britt. 786. Gmel. bad. III. 223. Kunth. berol. 198. Schweigg. et Körte, Er-

lang. 58. Heller, Wirceb. l. c. Schlechtd. berol. I. 389. Engl. Bot. t. 190. Sturm. I. 15. *T. medium*, Linn. *T. flexuosum*, Jacq. austr. t. 386. Allion. pedem. n. 1105. Roth. II. 2. 201. *T. alpestre*, Leers herb. 575. Poll palat. n. 702.

In collibus, nemoribus, sylvaticis graminosis ad viarum margines. ♃. Jun.—Jul. (Differt a priori affini: caulibus elatioribus flexuosis, foliolis angustioribus basi magis attenuatis, superne glabris, serrulatis, inferiorum ovalibus, superiorum ellipticis, stipulis apice longe acuminatis, acumine libero partem adnatam stipulae aequante aut superante, spicis majoribus, calycibus corolla duplo brevioribus, infimo dente reliquis subaequalibus parum longiore.)

2070. *T. alpestre:* spicis densis subglobosis subgeminis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis setaceis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis, caulibus simplicissimis strictis. Decand. flor. fr. n. 3873. Willd. III. 2. 1368. Ejusd. prodr. flor. b. n. 749. Roth. II. 2. 201. Gmel. bad. III. 224. Schweigg. et Körte, Erlang. 58. Hell. Wirceb. l. c. Schlechtendl. berol. I. l. c. Jacq. obs. III. 14. t. 64. Austr. t. 433. Sturm. I. 15. *T. alpestre*, Linn.

In collibus siccis herbidis, montanis sylvaticis rarius. ♃. Jun.—Jul. (Ab utroque praecedente differt: caulibus simplicissimis erectis strictis, foliolis oblongo-lanceolatis evidenter denticulatis, stipulis in acumen longissimum setaceum excurrentibus, spicis saepius geminis, calycis dente infimo fere corollam aequante, tubum longe superante, reliquis triplo longiore.)

2071. *T. pannonicum:* spicis densis oblongo-ellipticis solitariis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae inaequalis breviore, stipulis subulatis, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis emarginatis villosis, caulibus simplicissimis strictis. Decand. fl. fr. n. 3874. Willd. III. 2. 1368. Pers. syn. II. 350.

Mössl. 1060. Jacq. obs. II. 21. t. 42. Sturm. I. 15. *T. pannonicum*, Linn. Mant. 276.

In pratis humidis locisque depressis. (Carniol.) ♃. Jul. — Aug. (Planta undique albo-villosa. Caulis purpurascens, pedalis et altior. Calyces villosi, viridi-dentati. Flores pollicares, albi.)

2072. *T. incarnatum:* spicis oblongis villosis obtusis aphyllis, foliolis subrotundo-obcordatis ovatis crenatis villosis. Decand. flor. fr. n. 3875. Willd. III. 2. 1371. Pers. syn. II. 350. Gouan. illustr. 51. Mössl. 1060. Sturm. I. 16. *T. incarnatum*, Linn.

In pratis subhumidis agris. (Carinth. M. Duc. Rhen. inf. Ahrthal) ☉. Jun. — Septbr. (Corolla incarnata, vexillo longissimo.)

2073. *T. ochroleucum:* spicis villosis ovato-rotundatis, calycis dente inferiore longissimo, foliolis oblongis infimis obcordatis, caule erectiusculo ramoso-pubescente. Decand. flor. fr. n. 3876. Willd. III. 2. 1372. Pers. syn. II. 350. Smith. britt. 784. Roth. II. 2. 202. Gmel. bad. III. 228. Schweigg. et Körte, Erlang. 59. Hell. Wirceb. II. 183. Jacq. Austr. t. 40. Sturm. I. 15. *T. ochroleucum*, Linn.

In sylvaticis, pratis, pascuis siccis. (Austr. Suev. Bavar. Francon. Siles. M. D. Rhen. inf. Wetter. Saxon. Norimb. Erlang. Wirceb. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Caules erectiusculis parum ramosi, teretes, pilosi. Folia distantia, summa opposita foliolis lineari-oblongis, infima foliolis brevibus obcordatis, omnia integerrima, pilosa. Capitulum terminale, pedunculatum, solitarium, erectum, multiflorum. Calyx gracilis, sulcatus, pilosus, dentibus setaceis, infimo dente reliquis triplo fere longiore. Corollae ochroleucae, vexillo elongato recto.)

2974. *T. angustifolium:* spicis villosis conico-oblongis, dentibus calycis setaceis subaequalibus, foliolis linearibus. Decand. fl. fr. n. 3878. Willd. III.

2. 1372. Scop. carn. n. 929. Leers. herb. n. 576. Pers. syn. II. 351. Roth. II. 2. 202. Mössl. 1061. Sturm. I. 16. *T. angustifolium*, Linn.

In pascuis siccis. (Carniol.) ☉. Jul. — Aug. (Corollae pallide rubellae, calyce 5 triato piloso breviores.)

2075. *T. montanum:* capitulis ovatis terminalibus, vexillis subulatis apice emarginatis, calycibus glabris vel pubescentibus, caule erecto. Decand. fl. fr. n. 3877. Willd. III. 2. 1381. Pers. syn. II. 350. Poll. palat. n. 706. Roth. II. 2. 286. Gmel. bad. III. 234. Schweig. et Körte Erlang. 59. Hell. Wircob. l. c. Schlechtd. berol. I. 392. Fl. dan. t. 1172. Sturm. I. 15. *T. montanum*, Linn. *T. album*, Crantz. 408.

In pratis montanis, collibus herbidis. ♃. Maj. — Jul. (Calyces glabriusculi, margine imprimis pubescentes, dentibus subaequalibus tubum aequantibus. Corolla alba.)

2076. *T. arvense:* spicis villosissimis subcylindricis, dentibus calycinis setaceis corolla sublongioribus, foliolis obovato-linearibus. Decand. fl. fr. n. 3879. Willd. III. 2. 1373. Poll. palat. n. 703. Pers. syn. II. 351. Smith. britt. 787. Roth. II. 2. 202. Gmel. bad. III. 229. Schweig. et Körte Erlang. 59. Kunth berol. 119. Heller Wirceb. l. c. engl. Bot. t. 945. Fl. dan. t. 734. Sturm. I. 16. *T. arvense*, Linn.

β. *sylvaticum:* caule ramosissimo (bipedali), foliolis lineari-lanceolatis, spicis oblongis longe pedunculatis. Wallr. sched. 395.

In arvis agris, β. in nemorosis (Saxon.). ☉. Jun. — Aug. (Planta tota plus minusve villoso-pubescens. Caules solitarii pluresve, simplices vel ramosi. Spicae dein magis elongatae. Calycis dentes subaequales, corolla parva albida carneave multo longiores. Caulis et folia saepius insigniter rubent. Varietatem caule basi lignescente ramosissimo pumilo foliisque mollissime

sericeis insignem, prope thermas Amisiae in rupestribus legit. N. ab E.)

2077. *T. stellatum:* spicis ovatis pilosis, calycibus patentibus, foliolis obcordatis villosis, caule diffuso. Decand. fl. fr. n. 3880. Willd. III. 2. 1373. Scop. carn. n. 926. Murray. prodr. 174. Pers. syn. II. 351. Mössl. 1061. Sturm. I. 16. *T. stellatum* Linn.

Secus vias et agros (Carniol.) ☉. Jun. — Augst. (Flores albi vel pallide rubelli. Calyx valde pilosus, dentibus angustis aequalibus longitudine corollae.)

2078. *T. scabrum:* parvulum, capitulis ovatis axillaribus sessilibus, calycis dentibus inaequalibus lanceolatis mucronatis rigidis recurvis, foliolis obovatis serrulatis. Decand. fl. fr. n. 3884. Willd. III. 2. 1374. Scop. carn. n. 927. Pers. syn. II. 351. Smith. britt. 788. Roth. II. 2. 203. Hoffm. II. 97. Gmel. bad. III. 231. engl. Bot. t. 903. Curt. Lond. fasc. 6. t. 48. Sturm. I. 16. *T. scabrum,* Linn.

In pascuis, campis (Carniol. Suev. Saxon. M. D. Bad. sup. Barb. etc.) ☉. Maj. — Jul. (Capitula parva. Flores minuti, albi.)

2079. *T. striatum:* capitulis terminalibus axillaribusque ovatis sessilibus basi involucratis, calycibus striatis pilosis, dentibus inaequalibus rectis, foliolis obovatis subintegerrimis pubescentibus. Decand. fl. fr. n. 3885. Willd. III. 2. 1376. Leers herb. n. 578. Pers. syn. II. 351. Smith. britt. 790. Roth. II. 2. 204. Gmel. bad. III. 232. Mössl. 1062. Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. I. 24. t. 25. Sturm. I. 16. *T. sriatum,* Linn. *T. scabrum,* Poll. palat. n. 704.

In pratis, pascuis collibus siccioribus. (Carniol. Suev. Nasv. Saxon. — Hal. Köllwitz. Libenau. Hannov. Herb. Brem. Palat. M. D. Bad. sup.) ☉. Jun. — Jul. (Differt a praecedente: caulibus villosis, foliolis obovatis vel obcordatis, superiora versus obsolete crenulatis pubescenti-sericeis, stipulis longioribus

ovato-acuminatis setaceó-aristatis villosis, capitulis ovatis acutiusculis (plerumque terminalibus fructiferis longioribus, calycibus decemstriatis villosis, dentibus subulatis viridibus demum elongatis patentibus ciliatis, corollis vix longitudine calycis rubellis.)

2080. *T. noricum:* (pubescens) spica terminali globosa hirsuta subsessili, foliolis ovalibus integerrimis cauleque decumbente simplicissimo dense villosis. Wulf. in Röm. bot. Arch. 3. 287. Pers. syn. II. 350. Mössl. 1063. Sturm. I. 16. *T. noricum,* Wulf.

In summitate alpis Kibegens. in apricis herbidis Carinth. ♃. Jul. (Calyces albo-tomentosi dentibus purpurascentibus. Corolla albae in planta exsiccata ochroleuci.)

γ.) *Calycibus post inflorescentiam inflatis, vexillis caducis, floribus albis vel rubentibus.* (Leguminibus 1-spermis.)

2081. *T. resupinatum:* capitulis subrotundis, corollis resupinatis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis, foliolis obovatis acutis, caulibus prostratis. Decand. fl. fr. n. 3887. Willd. III. 2. 1379. Pers. syn. II. 351. Roth. II. 2. 204. Hoffm. II. 97. Sturm. I. 16. *T. resupinatum,* Linn.

In pratis montosis humidiusculis (Carniol.) ⊙. Jun.—Septbr. (Corollae amoene rubrae. Pedunculi fol. breviores.)

2082. *T. fragiferum:* capitulis subrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis binis reflexis, foliolis obovatis obtusis, caulibus repentibus. Decand. fl. fr. n. 3889. Willd. III. 2. 1380. Crantz. Austr. 412. Scop. carn. n. 933. Pers. syn. II. 352. Poll. Palat. n. 705. Smith. britt. 791. Roth. II. 2. 205. Willd. prodr. fl. b. n. 751. Gmel. bad. III. 233. Schweig. et Körte Erlang. 59. Schlechtd. ber. I. 391. engl. Bot. t. 1050. Sturm. I. 16. *T. fragiferum,* Linn.

In pratis, pascuis humidis. ♃. Jun. — Aug. (Corolla rosea.)

δ.) *Vexillis persistentibus, deorsum post inflorescentiam deflexis, floribus luteis.*

2083. *T. spadiceum:* spicis teretibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycis dentibus pilosis, foliolis obcordatis crenatis, caule erecto subpiloso. Pers. syn. II. 352. Willd. III. 2. 1383. Roth. II. 2. 209. Hoffm. II. 99. Schweig. et Körte Erlang. 60. Gmel. bad. III. 235. Hell. Wirceb. l. c. Bönningh. monast. 223. Sturm. I. 16. *T. spadiceum*, Linn.

In montosis, subalpinis (Suev. Francon. Nassov. Saxon. Siles. Holsat. Hal. Dresd. Erlang. Westphal. etc.) ⊙. Jun. — Aug. (Caulis erectus. Foliola infima obcordata, superiora elliptica. Spicae densae, oblongae demum elongatae spadiceae.)

2084. *T. badium:* spicis subrotundis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus oblongis, calycibus pilosis, dentibus 2 superioribus brevissimis, foliolis obcordatis serratis, caule erecto villoso. Pers. syn. II. 352. Mössl. 1068. Sturm. l. c. *T. badium*, Schr. apud. Sturm. I. 16. *T. spadiceum*, Decand. fl. fr. n. 3890. Vill. Delph. II. 491.

In alpinis (Carinth.) ♃ . . . (Inter T. agrarium et spadiceum intermedium. Fol. numerosa. Spicae ovatae, primum aureae, demum spadiceae.)

2085. *T. agrarium:* spicis ovalibus imbricatis, calycis dentibus subulatis inaequalibus glabris, foliolis lanceolato-cuneatis, intermedio sessili, caule erecto. Decand. fl. fr. n. 3891. Willd. III. 2. 1382. Pers. syn. II. 352. Roth. II. 2. 207. Hoffm. II. 98. Kunth. berol. 199. Schweig. et Körte Erlang. 60. Schlechtd. berol. I. 393. Fl. dan. t. 558. Sturm. I. 15. *T. agrarium*, Linn. *T. campestre*, Gmel. bad. III. 237. *T. aureum*, Poll. palat. n. 708. Willd. prodr. fl. b. n. 753. *T. strepens*, Crantz. A. 411.

In agris, pratis, dumetosis graminosis in nemoribus. ⊙. Jun. — Sept. (Caulis erectus, 1-2 pedalis. Stipulae lanceolatae, erectae, glabrae. Calycis dentes glabri. Foliola lanceolata, serrulata. Flores laete aurei.)

2086. *T. procumbens:* spicis ovatis imbricatis, vexillis plicatis, pedunculis folio longioribus, foliolis obovatis emarginatis (petiolatis) caulibus ramisque procumbentibus. Schreb in Schweig. et Körte Erlang. Defl. fr. n. 3892. Pers. syn. II. 352. Roth. II. 2. 209. Leers herb. n. 582. Gmel. bad. III. 241. (excl. syn. Poll.) Heller Wirceb. l. c. Bönningh. monast. 224. Sturm. I. 16. *T. procumbens,* Linn. *T. minus,* engl. Bot. 1256.

In pratis, pascuis et sylvaticis ad ripas. ⊙. Maj. — Jul. (Caulis prostratus, assurgens. Stipulae ovatae subreflexae, glabrae. Foliola obovata, emarginata, pedunculo breviora.)

2087. *T. campestre:* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis plicatis, pedunculis longitudine foliorum, foliolis obovatis obtusis, caule erecto, ramis procumbentibus. Schreb. in Schweig. et Körte Erlang. 60. Pers. syn. II. 352. Heller Wirceb. l. c. Kunth. berol. 200. Bönningh. l. c. 224. Sturm. I. 16. *T. campestre,* Schreb. *T. procumbens,* Willd. III. 2. 1383. Smith. britt. 792. Hoffmann. II. 98. Schlechtd. ber. I. 393. engl. Bot. t. 945. Fl. dan. t. 796. *T. pseudoprocumbens,* Gmel. bad. III. 240.? Hell. Wirceb. suppl. 68. *T. agrarium,* Pol. palat. n. 707. Willd. prodr. fl. b. n. 754.

In agris inter segetes, ad margines et versuras agrorum. ⊙. Jul. — Sept. (Caulis subprocumbens, diffusus. Stipulae oblique reflexae, ciliatae. Foliola obovata, obtusa, pedunculum aequantia. Flores majores, croceo-lutei.)

2088. *T. filiforme:* spicis capitatis hemisphaericis, vexillis deflexis laevibus persistentibus, caulibus

procumbentibus, foliolis obcordatis, calycibus glabris. Schreb. in Schweig. et Körte Erlang. 61. Decand. fl. fr. n. 3893. Willd. III. 2. 1384. Pers. syn. II. 352. Smith. britt. 792. Roth. II. 2. 210. Leers herb. n. 593. Kunth. berol. 200. Schweig. et Körte Erlang. 61. Sturm. I. 16. *T. filiforme*, Linn. *T. procumbens*, Poll. palat. n. 709. *T. procumbens β. filiforme*, Gmel. bad. III. 241.

In pascuis, pratis humidiusculis, ad vias in sylvaticis. ☉. Jun. — Jul. (Praecedente omnibus partibus tenuius, gracilius, caule erecto vel diffuso, foliis brevius petiolatis, foliolis angustioribus minoribus, stipulis minoribus ovatis acutis ciliatis, pedunculis filiformibus folio fere semper duplo longioribus, spicis minoribus laxioribus paucifloris, floribus minoribus, vexillo angustiore carinato nec sulcato.)

γ.) *Astragaleae. Leguminibus bilocularibus, dissepimento longitudinali completo vel incompleto.*

488. PHÁCA. *Berglinse.*

Calyx 5-dentatus, dentibus 2 superioribus remotioribus. Corolla papilionacea. Carina obtusa. Stylus minime barbatus. Stigma capitatum. Legumen 1-loculare, turgidum, in calyce subpedicellatum, sutura superiore intus incrassata, seminifera. (Folia pinnata.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2089. *P. alpina:* carinis vexillo subaequalibus, stipulis lineari-lanceolatis, leguminibns inflatis utrinque acutis subglabris. Decand. fl. fr. n. 3949. Ejusd. Astragalogia 59. Willd. III. 2. 1252. Vill. Delph. III. 472. Host. syn. 407. Hoffm. II. 89. Jacq. Jcon. r. 1. t. 151. Sturm. I. 24. *P. alpina*, Willd. *Colutea alpina*, Lam. Enc. I. 354.

In alpinis (Austr. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Foliola 15 — 23 oblonga obtusa, pubescentia. Calyx pi-

lis nigris ciliatus. Corollae ochroleucae. Legumina inflata, pendula, glabriuscula.

2090. *P. frigida:* carinis vexillo subaequalibus, stipulis magnis foliaceis erectis, leguminibus inflatis hirsutis. Decand. fl. fr. n. 3950. Ejusd. Astragal. 57. Willd. III. 2. 1253. Pers. syn. II. 330. Host. syn. 407. Hoffm. II. 89. Jacq. Austr. t. 166. *P. frigida*, Jacq. Vind. 265. *P. alpina*, Linn. sp. 1064. Fl. dan. t. 856.

In alpibus (Austr. Salisb. Styr. Carinth.) ♃. Jun. — Jul. (Foliola 7—9 glabra. Calyces glabri.)

2091. *P. australis:* caule ramoso prostrato, stipulis rotundis obtusis, alis bifidis carina longioribus, leguminibus junioribus hirsutis. Decand. flor. fr. n. 3952. Ejusd. Astrag. 63. Willd. III. 2. 1253. Jacq. Misc. II. 43. t. 3. Pers. syn. II. 331. Hoffm. II. 89. Mössl. 1046. *P. australis*, Linn. Mant. 103. *P. Halleri*, Vill. Delp. III. 473. t. 41. *Colutea australis*, Lam. Enc. I. 1354.

In alpibus (Austr. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Planta junior hirsuta, adultior glabra. Foliola 13 — 15 ovalia. Pedunculi foliis longiores. Flores albi, vel rubentes.)

2092. *P. astragalina:* caule ramoso prostrato, stipulis lanceolatis acutis, alis carina brevioribus, leguminibus junioribus hirsutis. Decand. fl. fr. n. 3953. Ejusd. Astrag. l. c. Pers. syn. II. 331. Hoffm. II. 89. Mössl. 1047. *Astragalus minimus*, Linn. Fl. Lapp. 267. t. 9. f. 1. *A. alpinus*, Willd. III. 2. 1297. fl. dan. t. 51. Jacq. coll. I. 323. *A. montanus*, Jacq. austr. p. 131.

In alpinis (Carinth. Salisb.) ♃. Jul. (Foliola 19 — 23 ovalia, obtusa, pubescentia. Calyces et legumina nigro-pubescunt. Corollae ex albo et coeruleo variae.)

489. OXÝTROPIS. *Spitzfahne.*

Calyx 5-fidus. Corolla papilionacea. Carina in mucronem rectum superne desinens. Legumen bi-aut subbiloculare, sutura superiore introflexa. (Astragali species Linn.)

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* d. *Astragaleen*, Spreng.)

α.) Stipulis petiolo adhaerentibus.

2093. *O. montana:* subacaulis, villosa, leguminibus erectis tereti-oblongis villosis stylo acuminatis semi-bilocularibus, carinis breviter mucronatis. Decand. fl. fr. n. 3954. Ejusd. Astrag. 66. Pers. syn. II. 331. Hoffm. II. 90. Mössl. 1047. *Astragalus montanus*, Linn. Willd. III. 2. 1302. Scop. carn. n. 922. Jacq. austr. t. 167. Lam. Enc. I. 318. *Phaca montana*, Crantz. austr. 422.

In alpinis (Austr. Salisb. Carn.) ♃. Jun. — Jul. (Foliola 21 — 25 ovali-oblonga, pubescentia. Pedunculi elongati, 7 — 12 flori. Corollae purpurascentes. Carina alis brevior.)

2094. *O. uralensis:* acaulescens, villoso-sericea, leguminibus erectis ovato-cylindraceis inflatis pubescentibus styliferis bilocularibus. Decand. fl. fr. n. 3955. Ejusd. Astrag. 68. Pers. syn. II. 331. Hoffm. II. 90. *Astragalus uralensis*, Linn. sp. 1071. Ed. Willd. III. 2. 1312. Smith britt. 780. Lightf. scot. 401. t. 17. Jacq. Misc. I. 250. Ejusd. Jcon. rar. 1. t. 155. engl. Bot. t. 466. *A. alpinus*, Hall. it. t. 2. f. 2.

In alpibus (Salisb. Carinth.) ♃. Jul. (Foliola 27 — 31 parva, sericeo-villosa. Scapi foliis longiores, erecti. Bracteae longitudine calycis, lineari-lanceolatae. Calyx hirtus, pilis nigris albisve. Corolla violacea. Legumen cylindraceo-oblongum, turgidum, nigrum, pilosum, pilis adpressis.)

2095. *O. campestris:* acaulis, subsericea, scapis folio subaequalibus, leguminibus erectis ovato-inflatis pubescentibus semi-bilocularibus. Decand. fl. fr. n. 3956. Ejusd. Astrag. 74. Hoffm. II. 90. Mössl. 1048. *Astragalus campestris*, Willd. III. 2. 1317. Jacq. coll. I. 319. Roth. II. 2. 194. Hall. helv. n. 406. t. 13.

In alpibus (Styr. Carinth. Salisb.) ♃. Jun.—Aug. (Foliola 17—21 elliptico-lanceolata vel ovato-lanceolata, acuta. Calyx pilis adpressis nigricantibus obsitus. Corollae pallide flavae, carina acuminata basi purpurascente. Legumina nigra, pilosa.)

β.) Stipulis petiolo non adhaerentibus.

2096. *O. pilosa:* caulescens, erecta, villosa, leguminibus erectis tereti-subulatis villosis. Decand. fl. fr. n. 3958. Ejusd. Astrag. 91. Pers. syn. II. 334. Hoffm. II. 91. Mössl. 1048. Crome in Hoppe Taschb. 1809. *Astragalus pilosus*, Willd. III. 2. 1262. Crantz. austr. 418. Roth. II. 2. 190. Lam. Enc. II. 310. Schlechtd. b. I. 384. Pall. Astrag. n. 182. t. 80. Jacq. austr. t. 51. Sturm. I. 19.

In montanis sylvaticis, collibus herbidis. (Austr. Thuring. Saxon. Hal. in vineis ad Rolsdorf. — Erfort. Siles. etc.) ♃. Jun.—Jul. (Planta tota, exceptis corollis, villis albis patentibus magis minusve densis obsita. Caules saepe purpurascentes. Foliola 21—25, oblonga, acuta. Pedunculi foliis aequales. Flores spicati, flavescentes.)

490. ASTRÁGALUS. *Traganth.*

Calyx 5-dentatus, dentibus subaequalibus. Corolla papilionacea. Vexillum longius reliquis, obtusum, rectum, lateribus reflexum. Alae vexillo breviores. Carina obtusa. Legumen biloculare, aut subbiloculare sutura inferiore introflexa.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl. d. Astragaleen*, Spreng.)

α.) *Stipulis petiolo adhaerentibus.*

2097. *A. exscapus:* acaulis, foliolis oblongis obtusis pilosis, floribus subpedunculatis aggregatis, calycibus pilosis, leguminibus oblongis lanatis. Willd. III. 2. 1322. Pers. syn. II. 343. Decand. fl. fr. n. 3977. Roth. II. 2. 195. Hoffm. II. 93. Mössl. 1052. Wallr. An. b. 87. Jacq. ic. r. t. 561. *A. exscapus,* Linn. mant. 275.

In collibus apricis aridis (Austr. Thuring. Saxon. Hal. Barby.) ♃. Mai. — Jun. (Radix valida, carnosa. Flores brevissime pedunculati, fere sessiles, lutei.)

β.) *Stipulis petiolo non adhaerentibus, floribus purpureis.*

2098. *A. austriacus:* (caulescens) diffusus, herbaceus, glaber, foliolis 12 — 18 linearibus emarginatis, leguminibus pendulis ovato-oblongis compressis. Decand. flor. fr. n. 3959. Ejusd. Astrgal. p. 99. Willd. III. 2. 1288. Pers. syn. II. 334. Jacq. Vind. 263. Host. syn. 409. Lam. Enc. I. 313. Hoffm. II. 91. Jacq. Austr. t. 195. Crantz. Austr. 5. 416. t. 2. f. 1. *A. austriacus,* Linn.

In collibus, campis (Austr. Morav.) ♃. Mai. — Jul. (Pedunculi foliis longiores. Flores parvi, violacei.)

2099. *A. hypoglottis:* (caulescens) prostratus, foliolis emarginatis, leguminibus erectis capitatis hirsutis, loculis monospermis. Decand. fl. fr. n. 3963. Ejusd. Astrag. 118. t. 14. Willd. III. 2. 1285. Smith. britt. 779. Hoffm. II. 90. Hell. Wirceb. suppl. 67. Spreng. hal. 207. Engl. Bot. t. 274. *A. hypoglottis,* Linn. Mant. *A. arenarius,* Pall. Astragal. 43. t. 34. Huds. Angl. 323. Leys. hal. n. 732. Flor. dan. t. 614. *A. danicus,* Retz. obs. III. 41. Roth. II. 2. 193. *A. Onobrychis,* Poll. palat. n. 696. (excl. s.) *A. Glaux,* Vill. Delph. III. 459.

In arenosis, montosis. (Thuring. Steigerthal. Saxon. Hal. Palatinat. Mogunt. Lips. Berol. Hannov.

Bamb.) ♃. Jun. — Jul. (Folia impari-pinnata, foliolis 19—29, parce pilosis impari subsessili. Pedunculi folium superantes aut aequantes superne ut calyces pilis nigricantibus obsessi. Stipulae late ovatae, obtusae. Corollae purpureo-violaceae.)

2100. *A. Onobrychis:* (caulescens) diffusus, foliolis 21—29 ovato-oblongis pubescentibus, pedunculis spicatis, vexillis alis duplo longioribus, leguminibus erectis triquetris dorso carinatis. Decand. Astragal. 124. Ejusd. fl. fr. n. 3967. Pall. Astr. 27. Willd. III. 2. 1296. Scop. carn. n. 920. Pers. syn. II. 336. Roth. II. 2. 190. Hoffm. II. 92. Jacq. austr. t. 38. Schk. t. 209. *A. Onobrychis*, Linn.

In pratis siccis, collibus. (Austr. Carn.) ♃. Jun. — Aug. (Pedunculi folio longiores. Flores purpureo-violacei. Legumina ovato-acuminata, tumidiuscula, triangularia, sericea.)

2101. *A. arenarius:* (caulescens) herbaceus villosus, foliolis oblongis (sericeis), stipulis monophyllis, leguminibus erectis pedicellatis oblongis subtomentosis. Decand. Astrag. 132. Willd. III. 2. 1289. Pers. syn. II. 336. Retz. obs. III. 41. t. 3. Willd. prodr. fl. b. n. 744. Hoffmann. II. 92. Mössl. 1051. Schlechtd. berol. I. 386. Schk. t. 208. Sturm. I. 19. *A. arenarius*, Linn.

α *sabulosus:* prostratus, foliolis utrinque incano-sericeis complicatis. Schlechtend. l. c.

β. *sylvaticus:* adscendens, foliolis supra subglabris viridibus planis. Schlechtend. l. c.

In sterilibus siccis arenosis, in sylvarum subgraminosis sterilibus. (Siles. Saxon. Lusat. Sup. Berol. Lips. Hal. Erlang. Norimb.) ♃. Jun. — Jul. (Planta tota sericeo-incana. Stipulae ovato-lanceolatae, subulato-acuminatae. Calyces pilis albis nigrisque obsiti, dentibus brevissimis subulatis. Corollae pallide violaceo-purpureae. Legumina parvum inflata, undique sericeo-pubescentia, mucrone terminantur.)

γ.) *Stipulis petiolo non adhaerentibus, floribus ochroleucis.*

2102. *A. glycyphyllus:* (caulescens) prostratus, foliolis ovatis mucronatis, stipulis erecto-lanceolatis, leguminibus subtriquetris arcuatis sessilibus glabris. Willd. III. 2. 1276. Pers. syn. II. 338. Decand. fl. fr. n. 3970. Crantz. Austr. 414. Scop. carn. n. 919. Poll. palat. n. 695. Leys. hal. n. 648. Smith. britt. 779. Roth. II. 2. 192. Gmel. bad. III. 214. Hell. Wirceb. II. 175. Schlechtdl. b. I. 385. a Bönningh. monast. 220. Engl. Bot. t. 203. Fl. dan. t. 1108. *A. glycyphyllus,* Linn. *β. pubescens.*

In collibus, arvis, pascuis, sylvaticis, dumetis in M. Duc. Rhen. inf. Landskron. ♃. Jun. — Jul. (Caules interdum longissimi, prostrati, foliosi ramosi in *α.* glabri ut tota planta, in *β.* cum foliolis pubescentes. Pedunculi folio breviores; flores breviter pedicellati, bractea pedicello longiore filiformi suffulti. Calycis dentes 3 inferiores subaequales, tubum aequantes, reliqui duplo minores. Corollae lutescentes. Legumina crassa, glabra, curvata.)

2103. *A. Cicer:* caulescens, prostratus, foliolis glabriusculis oblongis obtusis mucronatis, stipulis lanceolatis, racemis pedunculatis folio longioribus, leguguminibus subgloboso-inflatis mucronatis pilosis. Willd. III. 2. 1275. Pers. syn. II. 338. Decand. flor. fr. n. 3972. Crantz. Austr. 413. Roth. II. 2. 191. Gmel. Bad. III. 215. Hoffm. II. 93. Hell. Wirceb. II. 175. Schlechtdl. berol. I. 385. Jacq. Austr. t. 251. Schk. t. 209. *A. Cicer,* Linn.

β. minor: caulescens, prostrato adscendens, foliolis pilosiusculis 20—30, stipulis solitariis subulatis oppositifoliis, spicis pedunculatis folio longioribus, leguminibus subrotundis inflatis villosis. *A. Cicer minor,* Decand. Astrag. 163. *A. microphyllus,* Willd. III. 2. 1277. Roth. II. 191.

In dumetis pratis, vineis, in graminosis collium. β. in sylvis montosis (Hercyn. Norimb. in monte Maurit. Thuring. ad Viar. etc.) (Racemi folium aequantes. Legumina inflata globosa pilosa. Var. β. distincta species esse videtur. ♃. Jun.—Jul.)

δ.) Coronilleae, seu Lomentaceae. Leguminibus transverse multilocularibus (articulatis), loculis 1-spermis sponte non dehiscentibus, (Lomentis.)

491. CORONÍLLA. *Kronwicke.*

Calyx campanulatus, brevis, 5-dentatus, dentibus superioribus 2 approximatis, inferioribus minoribus. Corolla papilionacea. Petala longe unguiculata. Vexillum cordatum, undique reflexum, alis vix longius. Alae ovatae; sursum conniventes, obtusae. Carina compressa, acuminata, adscendens, alis saepius brevior. Lomentum longissimum, teres, articulatum seu inter singula semina isthmis contractum, multiloculare, loculis 1-spermis, sponte non dehiscentibus.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

α.) Lomentis teretibus rectis articulatis, seminibus oblongis vel cylindricis. (Coronilla.)

2104. *C. Emerus:* fruticosa, pedunculis subtrifloris, petalorum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato. Decand. fl. fr. n. 4044. Willd. III. 2. 1149. Scop. carn. n. 911. Crantz. Austr. 430. Willd. arb. 78. Borkh. II. 987. Gmel. bad. III. 203. Hoffm. II. 86. Bechst. Forstb. 764. Guimp. et Willd. 178. t. 134. *C. Emerus,* Linn.

In collibus, montosis, sylvaticis. (Austr. Bavar. Salisb. Thuring. Suev. Brünn. M. D. Bad. s. etc.) ♄. Mart.—Jun. (Folia alterna, pinnata. Foliola 7, obovato-cuneiformia, obtusa, subemarginata, integra. Corollae luteae.)

2105. *C. montana:* subherbacea, erecta, foliolis septenis undenisve ovatis mucronatis (glauco-viridibus), inferioribus cauli approximatis, stipulis oppositifoliis bifidis, umbellis multifloris. Decand. flor. fr. n. 4049. Riv. tetr. 207. Rupp. jen. 267, Scop. carn. 912. t. 44. Wallr. sched. 395. Reichb. Icon. pl. rar. Cent. I. 32. Tab. XXXIII. 68. *C. coronata*, Willd. III. 2. 1151. Roth. II. 2. 212. (excl. syn.) Hoffm. II. 86. Gmel. bad. III. 204. Ehrh. Beitr. III. 63. Spreng. n. 212. (excl. syn.) Heller, Wirceb. II. 170. (excl. s.) Jacq. austr. t. 95.

In montosis, collibus apricis. (Austr. Bavar. Thuring. Jen. Saxon. Hal. Sondershaus. Steigerthal. Lusat. sup. Mogunt. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Flores citrini.)

2106. *C. minima:* suffruticosa, procumbens, foliis novenis ovatis mucronatis, infimis a caule distantibus, stipulis membranaceis oppositifoliis bifidis, umbellis sub-10-floris. Decand. fl. fr. n. 4049. Willd. III. 2. 1151. Pers. syn. II. 314. Roth. II. 2. 213. Hoffm. II. 86. Gmel. B. III. 205. Jacq. austr. t. 271. *C. minima*, Linn. Amoen. acad. 4. 327. *C. coronata a. minor*, Reichb. l. c. Tab. XXXII. 66.

In montosis subalpinis. (Austr. in monte Loibl. Thuring. prope Arnstad. Helmstad. etc. passim.) ♃. Jun. — Jul. (Plantula parva glauca. Corollae luteae. Lomenta subtetragona, articulata, fusca, pendula, 4-6 sperma.)

* *C. vaginalis:* suffruticosa, foliolis subundenis abbreviato-ellipticis, pari infimo suprabasilari, stipulis solitariis (magnis) ventricosis exciso-bicuspidatis, umbellis 6-8-floris. Rchb. Icon. pl. rar. Dec. I. 51. Tab. XXXI. 65. (excl. syn.) Lamarck. Enc. II. 121. Willd. III. 2. 1253. Wallr. sched. 398.

In . . . . Thuring.? ♃. . . . .

2107. *C. varia:* herbacea, diffusa, foliolis plurimis lanceolatis glabris, lomentis teretibus erectis. Decand. flor. fr. n. 4050. Willd. III. 2. 1153. Poll.

palat. n. 991. Crantz. austr. t. 434. Scop. carn. n. 319. Roth. II. 2. 212. Gmel bad. III. 207. Hell. Wirceb. l. c. Schlechtend. berol. I. 382. Bönningh. l. c. 219. Schk. t. 205. *C. varia*, Linn.

In agris, versuris, ad sepes vias in dumetis. ♃. Jun. — Aug. (Corollae ex albo roseoque eleganter variae. Lomenta parum curvata, acumine longo dein sub apice incurvato subreflexo terminata. Planta venenata.)

β.) *Lomentis compressis articulatis longe subulato - cornutis, seminibus parallelepipedis.* (*Securigera.*)

2108. *C. Securidaca:* herbacea, lomentis falcato - gladiatis, foliolis plurimis oblongo - cuneatis. Willd. III. 2. 1153. Pers. syn. II. 314. Gmel. bad. III. 207. Mössl. 1040. *Securid. vera*, Gärtn. de fruct. 2. 337. t. 153. f. 3. Lam. Illustr. t. 626. *Securigera Coronilla*, Decand. flor. fr. n. 4051.

In M. D. Bad. — Carlsruhe am Holzmagazin (vix spontanea) ☉. Jun. — Jul. (Corollae luteae.)

492. ORNÍTHOPUS. *Vogelfufs.*

Calyx tubulosus, 5 - dentatus. Corolla papilionacea. Vexillum obcordatum, integrum. Alae ovatae, rectae, magnitudine vix vexilli. Carina compressa minima. Lomentum subulatum, teres, arcuatum, gracile, articulis cylindricis 1 - spermis. Semina subrotunda.

(*Leguminosae*, Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2109. *O. perpusillus:* foliis pinnatis 8 - 9 jugis, floribus capitatis bractea suffultis, lomentis teretiusculis incurvatis. Decand. fl. fr. 4037. Willd. III. 2. 1155. Poll. palat. n. 692. Smith. britt. 777. Roth. II. 2. 214. Leys. hal. n. 665. Gmel. Bad. III. 209. Schlechtd. berol. I. 383. Bönningh. l. c. engl. Bot. t. 369. Schk. t. 206. *O. perpusillus*, Linn.

β. major: caulibus repentibus pedalibus et ultra, foliis pinnatis, bractea lomentis incurvatis majore. *O. perpusillus β.* Willd. *O. intermedius,* Roth. II. 2. 215.

In agris, arvis, pascuis arenosis passim. *β.* Odenb. Brem. ☉. Maj. — Jul. (Tota planta pubescens, prostrata, magnitudine variabili. Caules e radice plures, unciales - digitales, in *β.* palmares, pedales et longiores, repentes. Flores axillares, minuti, in *β.* multo (triplo) majores, lutescentes, venis purpureis, praesertim ad vexillum, striati.)

493. HIPPOCRÉPIS. *Pferdehuf.*

Calyx inaequaliter 5 - dentatus, dentibus superioribus conjunctis minusque divisis. Corolla papilionacea. Vexillum cordatum, ungui calyce longiori insidens. Alae ovato - oblongae, obtusae. Carina lunulata, compressa. Lomentum oblongum, compressum, membranaceum, incurvatum (*Soleae equinae forma*) sutura altera fere ad superiorem multoties incisum sinubus subrotundis, hinc articulis constans obsolete trigonis pluribus, sutura superiore connexis. Semina in singulo articulo solitaria, oblonga, incurva.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2110. *H. comosa:* lomentis 5 - 8 confertis pedunculatis circularibus margine altero lobatis. Decand. fl. fr. n. 4043. Willd. III. 2. 1159. Crantz. Austr. 429. Scop. carn. n. 915. Poll. palat. n. 693. Smith. britt. 777. Roth. II. 2. 215. Leys. hal. n. 666. Gmel. bad. III. 211. Hoffm. II. 87. Boenningh. l. c. 220. Engl. Botan. t. 31. Jacq. austr. t. 431. *H. comosa,* Ait. Kew. III. 61.

In montosis, siccis, apricis calcareis. ♃. Maj. — Jul. (Caules prostrati foliaque glabri, foliolis numerosis obovatis. Pedunculi multiflori. Flores lutei. Lomenta recurva, articulis reniformibus.)

494. HEDÝSARUM. *Süfsklee.*

Calyx 5-fidus laciniis subulatis. Corolla papilionacea. Vexillum reflexo-compressum, ovato-oblongum, emarginatum, longum. Alae oblongae, reliquis angustiores, erectae. Carina magna, compressa, transversim obtusa. Lomentum articulatum, articulis orbicularibus compressis, laevibus vel tuberculatis.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2111. *H. obscurum:* caulescens, flexuosum, foliis pinnatis ovatis glabris, racemis axillaribus erectis, bracteis pedunculo longioribus, articulis lomenti penduli glabris. Decand. fl. fr. n. 4052. Willd. III. 2. 1208. Pers. syn. II. 323. Hoffm. II. 87. Mössl. 1043. Jacq. austr. t. 168. Sturm. I. 19. *H. obscurum,* Linn. *H. controversum,* Crantz. austr. t. 425.

In alpinis (Austr. Bavar. Salisb. Carinth. in graminosis Sudet.) ♃. Jun. — Aug. (Flores purpurei.)

495. ONOBRÝCHIS. *Esparsette*

Calyx 5-fidus. Corolla papilionacea. Alae brevissimae. Carina transverse obtusa. Lomentum compressum, breve, 1-loculare, 1-spermum, saepius aculeis hirtum, sutura superiore complanatum et truncatum, non dehiscens, (est scilicet articulus solitarius ex integro lomento relictus). Caetera ut in Hedysaro.

(*Leguminosae,* Juss. Decand. *Hülsenpfl.* Spreng.)

2112. *O. sativa:* caule erecto, foliis pinnatis cuneatis glabris, carina vexillo breviore, lomentis glabris aculeato-dentatis. Decand. flor. fr. n. 4055. *Onobrychis viciaefolia,* Scop. carn. n. 918. *O. spicata,* Fl. Wetter. *Hedysarum Onobrychis,* Willd. III. 2. 1215. Crantz. austr. 424. Poll. palat. n. 694. Leys. hal. n. 663. Smith. britt. 778. Roth. II. 2. 211. Gmel. bad. III. 212. Bönningh. l. c. engl. Bot. t. 96. Jacq. austr. t. 352. Sturm. I. 19.

In pratis, pascuis, collibus, dumetis calcareis. ♃. Maj. — Aug. (Flores racemosi, roseo - purpurascentes.)

2113. *O. Caput - Galli:* caule erecto, foliis pinnatis oblongis glabris, dentibus calycis corollam subaequantibus, leguminibus rotundatis pubescentibus cristato - aculeatis, dentibus subulatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 4059. Willd. III. 2. 1217. Pers. syn. II. 325. Mössl. 1044. *O. Caput - Galli,* Linn. sp. pl. 1059.

In graminosis (Carniol.) ♃. Jun. — Jul.

Classis XVIII.

POLYADELPHIA. *Filamenta in tres, vel plures phalanges connexa.*

Icosandria. *Stamina* 20.

---

496. HYPERICUM. *Johanniskraut.*

Calyx 5 partitus. Corolla 5 petala. Capsula 3 - 5 locularis, apice 3 — 5 valvis, dissepimentis e duplicatis et inflexis marginibus valvarum formatis. Spermophorum centrale, columnare, cui semina et dissepimenta affixa. (Flores in omnibus flavi.)

(*Hypericoideae*, Juss. *Hypericineae*, Decandolle. *Guttiferen*, ordn. *Hypericeen*, Spreng.)

Flores trygini.

2114. *H. perforatum:* caule ancipiti, foliis obtusis ovato - ellipticis pellucido - punctatis, floribus paniculatis, calyce lanceolato pellucido - punctato, antheris nigro - punctatis, stylis divergentibus. Decand. prodr. I. 549. fl. fr. 4573. Willd. III. 2. 1460. Smith. britt. 801. Baumg. stirp. II. 388. Roth. II. 2. 230. Gmel. bad. III. 255. Mössl. II. 1081. Gärtn. I. t. 62.

f. 11. engl. Botan. 295. fl. dan. 1043. Sturm. I. 18. off. Pfl. Lief. IV. t. 18. *H. perforatum*, Linn.

β. latiglandulosum: glandulis latioribus paucioribus, foliis apice confertioribus, paniculis strictioribus paucifloris. Decand. prodr. I. 550.

γ. elatum: caule elatiore, internodiis distantioribus, foliis minoribus margine revolutis, ramis rectioribus, paniculis laxis paucifloris. Decand. l. c.

δ. punctatum: caule humiliore, calyce obtusiore aliquando margine glanduloso, corolla nigro-punctata. Decand. l. c.

ε. microphyllum: omnibus partibus minoribus confertioribus, paniculis strictis multifloris. Decand. l. c.

ζ. albiflorum: floribus albis.

In pratis, pascuis, sepibus. ♃. Jul. — Aug.

2115. *H. Kohlianum:* glabrum, foliolis calycinis lanceolatis dentato-glandulosis, foliis oblongis amplexicauli-sessilibus obtusis pellucido-punctatis, caulibus fruticosis teretibus simplicibus. Wallr. sched. I. 401. *H. Kohlianum*, Spreng. hal. 214. t. 9. Mössl. II. 1083. — An *H. elegans*, Willd. III. 1469? Decand. prodr. I. 551.

In vineis Bennstadiensibus et Koelmensibus calcareis. ♄. Jul. — Aug. (Flores trigyni, flavi. Petala obovata, obtusa, crenulata, praeter puncta oleosa marginem versus glandulis sessilibus nigris ornata.)

2116. *H. montanum:* caule herbaceo tereti recto, foliis amplexicaulibus ovatis obtusis tenuissime pellucido-punctatis, internodiis crescentibus, calyce lineari-lanceolato acuto, antheris nigro-punctatis. Decand. prodr. I. 552. fl. fr. 4577. Willd. III. 2. 1463. Smith. britt. 803. Baumg. stirp. II. 390. Roth. II. 2. 232. Gmel. bad III. 257. Mössl. II. 1082. flor. dan. 173. engl. Bot. 371. *H. montanum*, Linn.

In dumetis montosis. ♃. Jul. — Aug. (Folia glabra vel pubescentia, elliptica. Flores citrini, speciosi, bracteis calycibusque glanduloso-dentatis.)

2117. *H. hirsutum:* caule tereti suffruticoso hirsuto recto, foliis ovato-oblongis nervatis pellucido-punctatis, panicula longa racemosa, calyce lineari-subacuto, stylis divergentibus. Decand. prodr. I. 551. fl. fr. 4579. Willd. III. 2. 1465. Smith. britt. 804. Baumg. stirp. 391. Roth. II. 2. 233. Gmel. bad. III. 258. Mössl. II. 1082. flor. dan. 802. engl. Bot. 1156. *H. hirsutum*, Linn.

In umbrosis, ad sepes. ♃. Jul. — Aug. (A praecedente caule et foliis molliter pilosis distinctum; calyces serrato-glandulosi.)

2118. *H. quadrangulum:* caule herbaceo quadrangulo recto ramoso, foliis ovatis obtusis pellucido-punctatis glabris, margine nigro-punctatis, florum paniculis multifloris, calyce lineari lanceolato, antheris nigro-punctatis. Decand. prodr. I. 548. flor. fr. 4571. Willd. III. 2. 1459. Smith. br. 801. Baumg. stirp. II. 387. Roth. II. 2. 229. Gmel. bad. III. 252. Mössl. II. 1080. a Bönningh. monast. I. 227. fl. dan. 640. engl. Bot. 370. *H. quadrangulum*, Linn. (*quadrangulare.*)

α. *humile:* caule spithamaeo, apice tantum ramis brevibus instructo gracili angulis haud membranaceis, foliis ovatis amplexicaulibus obliterato venosis, floribus exiguis confertis. a Bönningh. l. c. (Solo lutoso in Westphal.)

β. *alatum:* caule multo crassiore plerumque colorato angulis membranaceo-alatis, foliis semiamplexicaulibus ovatis nervosis, floribus confertis. a Bönningh. l. c. (Solo argilloso-calcareo.)

γ. *patulum:* caule a basi ramoso, ramis elongatis laxis, foliis ellipticis basi non amplexicaulibus, floribus laxis paucioribus. a Bönningh. l. c. (in sylvaticis umbrosis.)

In pratis, sylvaticis passim. ♃. Jul.—Aug. (Differt a sequente: caule acute 4 angulo floribusque minoribus, et inprimis calycis foliolis angustis acuminatis.)

2119. *H. dubium:* caule erecto simplici (obsolete-4 angulo), foliis ovatis obtusis retusis epunctatis, foliis calycinis ellipticis obtusis pellucido-nigroque punctatis. Smith. britt. II. 802. Decand. fl. fr. 4572. Baumg. stirp. II. 388. Willd. III. 1460. Wallr. sched. I. 401. Mössl. II. 1081. engl. Bot. 296. *H. quadrangulum, β. dubium,* Decand. prodr. I. 548. *H. quadrangulum,* Poll. palat. n. 356. *H. maculatum,* All. ped. n. 1433. t. 83. f. 1. *H. Leersii,* Gmel. bad. III. 253. *H. delphinense,* Vill. delph. III. p. 497. t. 44.

In sylvis. (Suev. Francon. Norimb. Wetterav. M. Duc. Rhen. inf. Dresd. Herb. Berol. Bonnae. Styr. in alp. Judenberg. ♃. Jul. — Aug. (Differt a praecedente: foliis vel omnino epunctatis vel margine tantum puncto uno alterove notatis, praecipue vero foliolis calycinis 4 plo latioribus ellipticis obtusis.)

2120. *H. humifusum:* caule herbaceo humifuso, foliis oblongis obtusis tenuissime pellucido-punctatis et nigro-punctatis, floribus cymosis terminalibus, calyce lineari-lanceolato corollam superante, stamibus 15—20. Decand. prodr. I. 549. fl. fr. 4574. Willd. III. 2. 1461. Smith. britt. 802. Baumg. stirp. II. 389. Roth. II. 2. 231. Gmel. bad. III. 256. Mössl. II. 1082. engl. Bot. 1226. flor. dan. 141. *H. humifusum,* Linn.

In arenosis, agris, arvis et pascuis. ♃. Jun. — Septbr. (Caules tenues, prostrati, glabri interdum cum foliis rubentes. Flores parvi, flavi.)

2121. *H. barbatum:* caule herbaceo tereti, foliis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis nigro-punctatissimis, calyce acuto barbato fimbriato, corolla et antheris nigro-punctatis. Dec. prodr. I. 551. Willd.

III. 2. 1462. Mössl. II. 1083. Jacq. Austr. t. 259. *H. barbatum*, Jacq.

In Austria. ♃. Maj. — Jun. Note.

2122. *H. pulchrum:* caule herbacco recto tereti, foliis amplexicaulibus cordatis obtusis pellucido-punctatis margine subrevolutis, calyce ovato obtuso, corolla glandulosa. Decand. prodr. I. 551. fl. fr. 4578. Willd. III. 2. 1468. Smith. britt. 804. Baumg. stirp. II. 291. Roth. II. 2. 234. Gmel. bad. III. 258. Mössl. II. 1083. flor. dan. 75. *H. pulchrum*, Linn.

In sylvaticis et ericetis siccis. ♃. Jul. — Septbr. (Caulis glaberrimus, rubicundus, strictus. Folia parva glabra, subtus glauca. Calyces serrato - glandulosi. Flores aurei, extus rubri.)

2123. *H. Elodes:* caule herbaceo villoso tereti, foliis subrotundis ovatis sessilibus superne emarginatis, paniculis laxis paucifloris, calyce serrato - glanduloso lineari acuto, staminibus paucis, stigmatibus capitatis. Decand. prodr. I. 551. fl. fr. 4581. Willd. III. 2. 1465. Smith. britt. 805. Roth. II. 2. 232. Mössl. II. 1083. engl. Bot. 109. Schk. t. 113. Schult. fl. europ. fasc. I. p. 51. c. ic. *H. Elodes*, Linn.

In paludosis et pratis humidis rarum. (Hannov. Jever. Darmst. Magn. Duc. Rhen. infer. Westph. Monast.) ♃. Jul. — Aug. (Caules procumbentes, teretes, foliosi, superne praecipue villosi. Folia nervoso, nervis omnibus e basi ortis, utrinque villosa. Petala citrina nervis virescentibus. Glandulae nectariferae tres inter staminum phalanges insertae.)

Classis XIX.

SYNGENESIA. *Antherae in tubum connatae.*

Flores compositi. (Calathium.)

POLYGAMIA *aequalis.*

Flosculi omnes hermaphroditi, fertiles.

I. Cichoraceae. *Flosculi omnes ligulati.*

497. TRAGOPOGON. *Bocksbart.*

Periclinium *) pyramidatum, simplex, foliolis (8-9) lanceolatis aequalibus coalitis. Clinanthium nudum, planum, scabrum. Achenia oblonga, utrinque attenuata, longitudinaliter striata. Pappus plumosus, stipitatus, stipite tenui.

---

*) De vocibus quibusdam a Claris. Cassinio nuper in usum vocatis, pauca haec observet lector bebenevolus:

Periclinium, significat calycem communem sermonis Linneani.

Clinanthium, significat receptaculum commune.

Achenium, genus fructus, synanthereis seu compositis proprii sonans, idem ac semen auctorum plerumque.

Calathium denique *Florem* quem dicunt *communem* significat.

(*Compositae*, Ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cichoreen*, Spreng. *Synanthérés*, Cassini.)

2124. *T. pratense:* foliis glabris basi canaliculatis, periclinio calathii radio sublongiore, pedunculis apice teretibus. Decand. fl. fr. n. 2988. Willd. III. 3. 1492. Scop. carn. n. 946. Poll. Palat. n. 722. Leys. hal. n. 684. Pers. syn. II. 359. Roth. II. 2. 238. Gmel. bad. III. 268. Kunth berol. 205. Bönningh. l. c. 230. engl. Bot. t. 484. fl. dan. t. 906. Lam. illust. t. 646. *T. pratense*, Linn.

α. elatior: caule $\frac{1}{2}$ - 3 pedal. plus minus ramoso, foliis radicalibus emarcidis, flosculis pallidioribus. Schlechtend. berol. I. 400.

β. humilis: caule pedali subsimplici folia radicalia plurima subaequante aut parum superante, flosculis intense flavis. Schlechtd. l. c.

In pratis, pascuis graminosis, versuris, ad ripas viarumque margines. ♂. Maj. — Jul.

2125. *T. orientale:* foliis integris subundulatis, periclinio calathii radio breviore. Willd. III. 3. 1493. Pers. syn. II. 359. Bönningh. l. c. *T. orientale*, Linn.

In pratis, pascuis ad ripas Rheni. (Wesel. Westphal. Bonn. Siles.) ♂. Jun. — Jul. (A praecedente differt: statura minore, calathio majore radio subtus luteo nec fusco striato periclinium parum superante, antheris luteis, nec fuscis, foliis undulatis, apice circinnatis.)

2126. *T. majus:* foliis glabris planis basi latioribus, periclinio e foliolis 12 - 16 calathii radio longioribus, pedunculis apice incrassatis. Decand. fl. fr. n. 2989. Willd. III. 3. 1493. Ejusd. prodr. fl. b. n. 761. Roth. II. 2. 239. Gmel. bad. III. 269. Hoffm. II. 105. Hell. Wirceb. II 216. Schlechtd. berol. I. 400. Jacq. austr. t. 29. Schk. t. 214. Lam. illustr. t. 646. f. 1. *T. majus*, Linn.

Ad vias, margines agrorum, sylvarum, in vineis, collibus apricis. (Austr. Siles. Bav. Ratisb. Saxon. Berol. passim.) ♂. Jun. – Jul. (Distinguitur a *T. pratensi:* caule crassiori, saepe humiliori foliis angustioribus tenuioribus, pedunculis superne magis incrassatis, periclinii foliolis augustioribus ciliatis calathii radio multo longioribus margine tenuiter ciliato-lanuginosis, flosculis pallide sulphureis.)

2127. *T. porrifolium:* periclinii foliolis 8 calalthio planissimo longioribus, caule stricto glabro. Decand. fl. fr. n. 2991. Willd. III. 3. 1493. Jacq. col. I. 99. Smith. britt. 813. Roth. II. 2. 239. Gmel. bad. III. 270. Hoffm. II. 105. Hell. Wirc. l. c. Bönningh. l. c. 230. engl. bot. t. 638. fl. dan. t. 797. Schk. t. 214. *T. porrifolium*, Linn.

In pratis humidiusculis, nemorosis. (Saxon. Francon. Suev. Austr. Megap. Brem. Westph. Baruth. etc.) ♂. Jun – Augst. (Flores purpureo-violacei.)

498. SCORZONERA. *Haferwurz.*

Periclinium imbricatum, subcylindraceum, foliolis margine membranaceis. Clinanthium nudum. Achaenia oblonga, cylindracea, striata, sessilia. Pappus substipitatus, plumosus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cichoreen*, Spreng.)

2128. *S. humilis*: caule subnudo subunifloro, periclinii subsphaerici foliolis lanato-tomentosis, foliis oblongo-lanceolatis planis nervosis, (radice circa collum rudimentis petiolorum obsita.) a Sternberg bot. Zeit. 1819. II. 432. Linn. sp. pl. ed. 3. 1112. Willd. III. 3. 1499. Poll. palat. n. 723. Leyss. hal. n. 694. Roth. II. 2. 334. Decand. fl. fr. n. 2979. Gmel. bad. III. 272. (excl. S. austr.) Spreng. hal. 227. Wallr. An. b. 92. Hell. Wirceb. II. 217. Gmel. Sib. 2. 2. t. 1. *S. humilis*, Linn. *S. lanata*, Schr. boic. 2. 306. *S. nervosa*, Lam. Pers. syn. II. 360.

β. *bohemica:* foliis ovato-lanceolatis, caule 2-3-floro. *S. bohemica,* Schmidt in Act. nov. S. sc. boh. 1799. p. 55. c. ic.

γ. *tota glabra:* prope Sickershausen.

In pratis humidis, apricis, pascuis sylvaticis; β. passim cum priore, in pratis humidis Bohem. ♃. Jun. —Jul. Caules et petioli lanati.)

2129. *S. austriaca:* caule subnudo unifloro, foliis lineari-sublanceolatis, periclinii foliolis glabris. Decand. fl. fr. n. 2979. Willd. III. 3. 1498. Host. syn. 420. Hoffm. II. 105. *S. austriaca,* Willd. *S. humilis β. austriaca,* Gmel. bad. III. 272.

In collibus et pratis apricis (Austr.) ♃. Jun.—Jul. (Differt a praecedente: caule semper unifloro *) glaberrimo, periclinii foliolis acuminatis margine membranaceis glabris, et foliorum forma.)

2130. *S. angustifolia:* caule aphyllo, foliis linearibus seu lanceolatis intermixtis, periclinio cylindrico, radice corona setacea cincta. Sternb. bot. Zeit. l. c. Linn. sp. pl. 1113. Willd. III. 3. 1503. Jacq. Vind. 140. Scop. carn. n. 950. Pers. syn. II. 361. Roth. II. 2. 251. *S. angustifolia,* Willd. (excl. syn. Gm. sib.) *S. humilis,* Jacq. austr. t. 36. (ic. bona.)

β. *aristata:* radice rudimentis petiolorum et setis paucioribus cincta, caule subaphyllo, periclinii foliolis laxis, foliis linearibus basi lanatis. *S. angustifolia,* Decand. fl. fr. n. 2980. *S. ari-*

---

*) Rectius *monocalathiatum* diceres caulem, qui unum calathium profert. Retinuimus tamen solitum loquendi modum, satisque fuerit animadvertisse, non florem, sed inflorescentiam illam compositam, vel singulam, vel geminam e. s. p. intelligi, ubicumque in hac classe de caule uni-bi-vel multifloro sermo sit.

stata, Dec. V. 1980 a. *S. grandiflora*, Lapeyr. pyr. 457. *S. alpina*, Hoppe. H. et H. Cent.

In collibus et pratis apricis (Austr. Carniol. Hols. (?); β. in alpinis Salisb.) ♃. Maj. — Jun. (Caulis basi ramosus, villosus. Pedunculi ipso caule crassiores. Calathium magnum, flosculis subtus purpurascentibus.)

2131. *S. hispanica:* caule ramoso multifloro, foliis oblongo-lanceolatis in basin subundulatam amplexicaulem attenuatis, superioribusque linearibus tenuissime crenulatis longe acuminatis. Wallr. An. bot. 94. Willd. III. 3. 1499. Scop. carn. n. 951. Decand. fl. fr. n. 2978. Roth. II. 2. 249. Gmel. bad. III. 273. Heller, Wirceb. II. 218. Blackw. t. 306. *S. hispanica*, Linn.

β. *glastifolia*, caule ramoso multifloro, foliis lanceolatis acuminatis glabris nervosis planis basi amplexicaulibus. Wallr. l. c. *S. glastifolia*, Willd. III. 3. 1499. Spreng. hal. 227. ? *S. graminifolia*, Roth. II. 2. 249. *S. edulis*, Mönch. Meth. 548. *S. stricta*, Hornem. II. 750.

γ. *dentata:* foliis lineari-lanceolatis dentatis, dentibus remotis elongatis divergentibus. Wallr. schd. 443.

In sylvaticis, pratis montosis. (Austr. Saxon. Wetterav. etc. hinc inde quasi sponte; β. in collibus apricis Saxon. Bohem. Holst. Götting. Hal. Lips. etc.) ♃. Jun. — Augst. Flosculi flavi.)

2132. *S. parviflora:* caule ramoso basi folioso, foliis lanceolato-ensiformibus glabris nervosis planis, radio periclinio breviore. Willd. III. 3. 1500. Pers. syn. II. 361. Host. syn. 421. Mössl. 1095. Jacq. austr. t. 305. *S. parviflora*, Willd.

In pratis humidis. (Austr.) ♃. Jun. — Augst.

2133. *S. rosea:* caule subsimplici, foliis lanceolato-linearibus planis, caulinis carinato-linearibus, periclinii foliolis villosulis. Willd. III. 3. 1502. Pers. syn. II. 361. Kunth. berol. 205. Hoffmann. II. 106. Schlechtd. berol. I. 401. Waldtst. et Kit. pl. r. Hung. 2. 127. t. 121. *S. rosea*, Waldtst. et Kit. *S. purpurea*, Scop. carn. n. 494. Leys. hal. n. 695. Willd. prodr. fl. b. n. 763.

In collibus siccis arenosis sterilibus. (Carniol. March. Brandenb. Berol. —) ♃. Jun.—Jul. (Flosculi rosei.)

β. S. purpurea, foliis linearibus canaliculato-triquetris, caule subramoso. Willd. III. 3. 1502. Pers. II. 361. Roth. II. 2. 250. Hoffm. II. 106 Wallr. An. bot. 97. Jacq. austr. t. 35. *S. purpurea*, Linn.

In pascuis montosis apricis. (Austr. Saxon. Hal. Bav. Barb.) ♃. Maj.—Jul. (Caulis semper ramosus. Folia plerumque pilosa. Flosculi coeruleo-carnei.)

499. PODOSPERMUM. *Stielsame.*

Periclinium imbricatum, foliolis margine membranaceis. Clinanthium, seminibus delapsis, tuberculato-muricatum. Achaenia oblonga, pedicellata, pedicellis cavis incrassatis. Pappus sessilis, plumosus. (Scorzonerae species Linn.)

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2134. *P. laciniatum:* caule ramoso erecto, foliis inferioribus pinnatifidis, lobis ovalis mucronatis, superioribus linearibus. Dec. fl. fr. n. 2984. *Scorzonera laciniata*, Linn. Willd. III. 3. 1506. Poll. palat. n. 734. Roth. II. 2. 251. Jacq. Vind. 140. Gmel. bad. III. 274. Heller, Wirceb. II. 219. Jacq. austr. t. 358. Lam. illustr. t. 647. f. 4. Schk. t. 215.

In pratis, campis, ad vias. (Austr. Bavar. Francon. Thuring. Saxon. Suev. Götting. Barb. Holsat.

Mogunt. Palat. etc.) ♂. Jun. — Augst. (Caulis a basi ramosus. Flosculi lutei.)

500. SONCHUS. *Gänsedistel.*

Periclinium oblongum basi ovatum tumensque, e foliolis inaequalibus imbricatis. Clinanthium nudum. Achaenia oblongiuscula, utrinque aequalia, longitudinaliter striata. Pappus brevis, simplex, sessilis, pilosus, basi in annulum obsoletum deciduum constipatus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2135. *S. oleraceus:* pedunculis pericliniisque glabriusculis, foliis ovato-oblongis sagittatis, auriculis acuminatis liberis porrectis, achaeniis sulcatis margine dorsoque transversim corrugatis. Wallr. sched. 432. Willd. III. 3. 1514. Poll. palat. n. 727. α. Roth. II. 2. 274. Willd. prodr. flor. b. n. 766. Hoffm. II. 108. Wallr. Ann. b. 98. Schlechtd. berol. I. 402. Bönningh. monast. 231. Hayne, Abbild. I. t. 48. *S. oleraceus*, Willd. *S. laevis*, Gmel. bad. III. 285. *S. oleraceus α.—β. laevis*, Linn.

α. *integrifolius:* foliis subintegris parce dentatis sinuatisve. Wallr. l. c. a Bönningh. l. c.

β. *triangularis:* foliis runcinato-lyratis, lacinia extrema latissima triangulari. Wallr. l. c. *S. oleraceus β. laciniatus*, Bönningh. l. c. *S. oleraceus*, Fl. dan. t. 682. ? *S. asper*, Blackw. t. 30.

γ. *lacerus:* foliis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acuminatis omnibus conformibus. Wallr. l. c. β. *pinnatifidus*, Günth. En. *S. lacerus*, Willd. sp. III. 3. 1513.

In cultis, agris, hortis, ad vias sepes. ⊙. Jun. — Septbr.

2136. *S. asper:* pedunculis pericliniisque demum nudis, foliis amplexicaulibus ovato-oblongis laciniatis dentatis integrisque, achaeniis laevibus utrin-

que tristriatis. Wallr. l. c. Willd. III. 3. 1515. γ. δ. Ejusd. prodr. flor. ber. n. 767. Gmel. bad. III. 287. Hoffm. II. 109. Kunth. berol. 206. Schultz. Starg. suppl. 40. Schlechtdl. berol. I. 402. Fl. dan. t. 893. *S. asper*, Willd. *S. oleraceus*, β—γ. Linn. Poll. pal. n. 227. *S. fallax*, Wallr. Bönningh. l. c.

In agris, arvis, hortis. ⊙. Jul. — Octbr. (Habitus praecedentis, atque varia foliorum forma illi similis. Differt vero: achaeniis marginatis laevibus utrinque tristriatis, striis vix elevatis, neque uti in priori transverse rugulosis, fere tuberculatis. Caeterum haec planta aeque ac prior occurrit foliis integris, laciniatis, laciniis divisis, divaricatis, vel parce-vel valde spinosis.)

2137. *S. parviflorus:* pedunculis elongatis corymbosis glabris, pericliniis cylindraceis setosis, foliis amplexicaulibus runcinato-pinnatifidis spinuloso-dentatis, achaeniis (minimis) laevibus glabris. Lejeune Revue de la Flore de Spa. p. 164.

In agris prope Verviers. Aestate. ⊙. (A. *S. aspero* differt: caule laxiori humiliori, calathiis duplo minoribus cylindricis, foliisque angustioribus. Etiam ex aliis Germaniae regionibus habemus.)

2138. *S. arvensis:* pedunculis pericliniisque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi cordatis dentato-ciliatis. Decand. fl. fr. n. 2896. Willd. III. 3. 1512. Pol. pal. n. 726. Leys. hal. n. 691. Jacq. Vind. 139. Timm. Megap. n. 531. Roth. II. 2. 273. Smith. britt. 817. Gmel. bad. III. 284. (excl. Scop. syn.) Hoffm. II. 108. Kunth. berol. 206. Bönningh. l. c. 231. Fl. Dan. t. 606. Engl. Bot. t. 674. *S. arvensis*, Linn. *S. palustris*, Willd. prodr. n. 764. *Hieracium arvense*, Scop. carn. n. 974.

β. *glabrescens:* pedunculis pericliniisque glabris. Günth. En. 127.

Inter segetes, in agris, arvis, ad sepes; β. in Siles. ♃. Jun. — Aug. (Flosculi speciosi, lutei.)

2139. *S. palustris:* pedunculis pericliniisque subumbellatis glanduloso-hispidis, foliis runcinatis basi sagittatis denticulato-spinulosis. Decand. fl. fr. n. 2897. Willd. III. 3. 1512. Jacq. vind. 139. Pers. syn. 363. Leys. hal. n. 690. Roth. II. 2. 272. Smith. britt. l. c. 816. Hoffm. II. 108. Gmel. bad. III. 284. Hell. Wirceb. suppl. 70. Bönningh. l. c. 331. Fl. dan. t. 1109. Engl. Botan. t. 935. *S. palustris*, Linn.

In paludosis, ad fossarum margines, ad ripas fluminum, passim, etiam in salsis. ♃. Jul. — Augst. (Praecedenti valde affinis, a quo differt: statura majore, (saepe orgyali,) pedunculis pericliniisque pilis densis glandulosis atris (nec luteis) obsitis, radice non repente, atque calathiis paulo minoribus.)

2140. *S. alpinus:* foliis runcinatis basi sagittatis glabris subtus glaucis, pedunculis pericliniisque hirsutis, calathiis racemosis bracteatis. Decand. fl. fr. n. 2898. Willd. III. 3. 1519. Jacq. Vind. 139. Allion. pedem. n. 817. Roth. II. 2. 276. Schrank, boic. n. 1150. Gmel. bad. III. 287. Spr. hal. 224. Frölich in Ust. Annal. 1. 26. Fl. Dan. t. 182. *S. alpinus*, Willd. *S. montanus*, Lam. Enc. III. 387. *S. coeruleus*, Smith. britt. 815. Hoffm. II. 103. *S. canadensis*, Linn. sp. 1115. *Hieracium coeruleum*, Scop. carn. n. 976. *Cicerbita alpina*, Wallr. Sched. I. 434.

In alpinis subalpinis. (Austr. Bavar. Salisb. Suev. Francon. Hercyn. M. D. Bad. sup. Saxon. Hal. inter Schmon et Wendelstein etc. ♃. Jun. — Aug. (Periclinium fusco-rubellum, pilosum. Calathium mediocre e flosculis coeruleo-violaceis.)

501. LACTUCA. *Salat.*

Periclinium oblongo cylindricum imbricatum, foliolis inaequalibus acuminatis margine membranaceis. Clinanthium nudum. Achaenia ovata, acuminata, com-

pressa. Pappus pilosus, mollis, fugax, stipite conformi capillari sulfultus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2141. *L. sativa:* foliis rotundatis, caulinis cordatis, caule corymboso. Dec. fl. fr. n. 2886. Willd. III. 3. 1523. Roth. II. 2. 258. Gmel. bad. III. 290. Schlechtd. berol. I. 403. Bönningh. l. c. 232. Black. t. 88. *L. sativa*, Linn.

Ignotae patriae planta, sed ubique copiose culta. ☉. Jul. — Augst.

2142. *L. Scariola:* foliis verticalibus carina aculeatis apice acutis basi sagittatis runcinato-pinnatifidis. Willd. III. 3. 1526. Poll. palat. n. 728. Smith. britt. Roth. II. 2. 258. Hoffm. II. 110. Kunth b. 207. Gmel. bad. III. 290. Heller Wirceb. II. 224. Schlechtend. berol. I. 403. Bönningh. l. c. engl. bot. t. 268. fl. dan. t. 1227. Hayne Abbild. I. t. 46. *L. Scariola*, Linn. *L. sylvestris*, Lam. Enc. III. 406. Decand. fl. fr. n. 2887. Saml. Off. Pflanz. XIII.

In ruderatis, agrorum marginibus, circum pagos, pasim. ☉. (♂.) Jun. — Augst. (Folia superiora integra sagittato-lanceolata utrinque concoloria, glauca, Flosculi citrini. Achaenia cinerea.)

2143. *L. virosa:* foliis oblongis denticulatis horizontalibus carina aculeatis apice obtusis. Decand. fl. fr. n. 2888. Willd. III. 3. 1526. Scop. carn. n. 960. Jacq. Vind. 141. Roth. II. 2. 258. Smith. brit. l. c. 819. Hoffm. II. 109. Gmel. bad. III. 291. Heller Wirceb. l. c. Schk. t. 217. Hayne Abbild. I. t. 47. *L. virosa*, Linn.

Ad sepes, muros, agrorum margines, passim. ☉. Jul. — Augst. (Affinis praecedenti, sed major saepe 4-5-pedalis, et crassior. Folia multo majora, latiora, non verticalia, sed vere horizontalia, inferiora non runcinata sed sinuato-inaequaliter dentata, subundulata, subtus glaucescentia, saepe fusco-maculata. Achaenia nigra.)

2144. *L. augustana:* foliis subtus laevibus oblongo-lanceolatis ciliato-denticulatis, basi sagittatis. Willd. III. 3. 1527. Pers. syn. II. 364. Gmel. bad. III. 293. Mössl. 1100. All. pedem. n. 823. t. 52. f. 1. *L. augustana*, Allion. Misc. taur. 5. p. 72.

In agris, cultis. (M. D. Bad. sup.) ☉. Jun.—Jul. Differt ab affini *L. virosa:* costis foliorum non aculeatis, foliis inferioribus non sinuatis, odore non viroso. etc. Gmel.)

2145. *L. saligna:* foliis carina aculeatis, radicalibus lanceolatis pinnatifidis, caulinis linearibus integerrimis. Decand. fl. fr. n. 2889. Willd. III. 3. 1528. Scop. carn. n. 961. Roth. II. 2. 258. Smith. britt. p. 820. Poll. palat. n. 729. Gmel. bad. III. 293. Wallr. An. b. 99. ejusdem sched. crit. 439. α. Jacq. austr. t. 250. engl. Bot. t. 707. Haller Jen. 207. t. 4. *L. saligna*, Linn.

β. *inermis:* foliis caulinis linearibus inermibus, caule adscendente a radice inde ramosissimo pedali. *L. Wallrothii*, Spreng. pug. I. 53.

In aggeribus, vineis, ad vias, agrorum margines, in pascuis. (Austr. Palat. Suev. Francon. Wurceb. Wetter. Saxon. Bavar. Thuring. Hannov. etc. β. in saxosis, ad vias, agros etc. Saxon. Dürkheim.) ☉. Jul.—Aug. (Ab omnibus spec. congeneribus foliorum forma distinctissima.)

2146. *L. perennis:* foliis omnibus pinnatifidis, laciniis linearibus sursum dentatis, floribus corymboso-paniculatis. Decand. fl. fr. n. 2890. Willd. III. 3. 1530. Scop. carn. n. 962. Poll. palat. n. 730. Roth. II. 2. 260. Gmel. bad. III. 294. Heller, Wirceb. II. 227. Wallr. sched. 440.

α. *latifolia:* laciniis foliorum oblongo-lanceolatis, extremo ovato-deltoideo dentato. Wallr. l. c.

β. *angustifolia:* laciniis foliorum omnibus linearibus conformibus. Wallr. l. c.

In montanis nemorosis. (Austr. Carn. Carinth. Bavar. Palat. Saxon. Franc. Thuring. Neowid. etc.) ♃. Jun.—Aug. (Flosculi speciosi, coerulei, ex coeruleo violacei, rarius albi.)

2147. *L. stricta:* foliis inferioribus lyrato-runcinatis basi amplexicauli attenuatis, caulinis runcinato-pinnatifidis basi foliacea sagittatis, summis linearibus sensim minoribus, corymbo ramosissimo. *L. stricta*, Waldst. et Kit. pl. r. Hung. Cent. I. t. 48. Willd. III. 3. 1525. Hoffm. II. 109. *L. quercina*, Hoffm. l. c. Spreng. hal. 225. Leys. hal. n. 701. (nec Linn.) *Cicerbita corymbosa*, Wallr. sched. 434.

In dumetis nemoribus. (Saxon. Hal. Rosleben, — Barby. Hercyn.) ♂. Jun.—Aug. (Flosculi flavi.)

502. CHONDRILLA. *Knorpelsalat.*

Periclinium cylindricum, basi foliolis paucis brevissimis calyculatum. Clinanthium nudum excavato-punctatum). Achaenia ovato-oblonga appendicibus paleatis pappum pilosum longe stipitatum transmittentibus coronata.)

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2148. *C. juncea:* foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris, caule ramoso basi piloso-hirsuto. Willd. III. 3. 1531. Pers. syn. II. 365. Poll. palat. n. 731. Roth. II. 2. 255. Leys. hal. n. 699. Hoffm. II. 110. Gmel. bad. III. 296. Decand. fl. fr. n. 2884. Kunth. berol. 207. Hell. Wirceb. II. 228. Schlechtendt. berol. I. 404. Bönningh. Monast. 232. Jacq. austr. t. 427. Schk. t. 218. *C. juncea*, Linn.

In agris, ad vias, in pascuis siccis. ♃. Jun.—Jul. (Caulis ramosissimus. Periclinium niveo-pulverulento-lanuginosum. Flosculi lutei.)

2149. *C. prenanthoides:* foliis glabris oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis subintegerri-

mis vel sinuato-dentatis, caule nudo ramoso. Bartling. Botan. Zeit. 1820. I. 344. *Prenanthes chondrilloides*, Arduin. specim. II. 76. t. 17. Linn. Mant. 107. Vahl. I. 90. Willd. III. 3. 1538. Pers. syn. II. 366. *Lactuca prenanthoides*, Scop. carn. II. 100. t. 49. *L. inermis*, Forsk. descr. 144.

In German. Austral. (Carniol. Görz.) ♃. Jun.—Aug. (Folia ad ramificationes caulis minuta, linearia.)

503. PRENANTHES. *Hasensalat.*

Periclinium cylindraceum, simplex oligophyllum, calyculatum. Clinanthium nudum. Pappus sessilis vel substipitatus, pilosus. (Flosculi in plerisque pauci.)

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

† *Floribus purpurascentibus.*

2150. *P. purpurea:* foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus cordatis denticulatis subtus glaucis, caule ramoso. Decand. flor. fr. n. 2879. Willd. III. 3. 1534. Scop. carn. n. 963. Jacq. Vind. 141. Poll. palat. n. 732. Roth. II. 2. 256. Hoffm. II. 111. Gmel. bad. III. 298. Hell. Wirceb. suppl. 72. Jacq. Austr. t. 317. Schk. t. 218. *P. purpurea.*

In sylvis montanis, subalpinis. (Austr. Carniol. Carinth. Bavar. Ratisb. Palat. Suev. Saxon. etc.) ♃. Jul. — Aug. (Var. rarissime flosculis albidis.)

2151. *P. tenuifolia:* foliis linearibus integerrimis amplexicaulibus, caule simplici. Decand. fl. fr. n. 2880. Willd. III. 3. 1532. Pers. syn. II. 365. Gmel. bad. III. 297. Mössl. 1102. Allion. pedem. n. 828. t. 33. f. 2. *P. tenuifolia*, Linn. *P. angustifolius*, fl. purpureo, Vaill. act. 1721. 193.

In montosis umbrosis sylvaticis humidis. (Suev. prope Frauenalb, *auf der Tobel, Herrenwiese* et *auf den Kaltenbrunnen.* In convallibus *im Oppenauer, Griesbacher* et *Petersthal*, passim. Gmel.) ♃. Jul.— Augst.

†† *Floribus luteis.*

2152. *P. muralis:* foliis lyrato-runcinatis, laciniis lateralibus in basin obliquatis terminalique majore basi cordata subtriangularibus sinuato-dentatis, pericliniis cylindricis 5-floris, panicula patentissima. *Prenanthes muralis,* Linn. Willd. III. 3. 1543. Scop. carn. n. 964. Poll. palat. n. 733. Roth. II. 2. 357. Gmel. bad. III. 299. Fl. dan. t. 509. engl. Bot. t. 457. *Chondrilla muralis,* Decand. fl. fr. n. 2885. *Cicerbita muralis,* Wallr. sched. 438.

In sylvaticis nemorosis ad muros. ♃. Jun.—Aug.

2153. *P. multiflosculosa:* foliis lyrato-pinnatifidis dentatis cauleque glabris, lobo extimo late triangulari acuto folio toto angustiori, calathiis corymbosis multiflosculosis. *P. multiflosculosa,* N. ab Esenb.

In Germania meridionali, Bavar. ♃. Jul.—Aug. (A Pr. murali differt: statura majori, foliis profunde pinnatifidis, lobis ovato-oblongis acutis acutissime dentatis, terminali lato et brevi acuto, latitudine summa media, folii tamen angustiori, basi cuneato, interstitiis laciniarum integris (nec ut in Pr. murali angulato-lobatis), calathiis duplo majoribus crassis, flosculis 30.)

2154. *P. hieraciifolia:* foliis radicalibus runcinatis, caulinis amplexicaulibus ovato-lanceolatis basi sagittatis, panicula corymbosa divaricata nuda. Willd. III. 3. 1541. Pers. syn. II. 366. Mössl. 1103. *P. hieraciifolia,* Willd. *P. pulchra,* Decand. fl. fr. n. 2882. *Lapsana pulchra,* Vill. *Crepis pulchra,* Linn. sp. pl. 1134. Hoffm. II. 121. Schk. t. 222.

In herbidis, ad vias. (Austr. Salisb. Francon. Svevofurth.) ⊙. Jul.—Aug. (Periclinia cylindrica, parva, basi squamulis minutis aucta.)

2155. *P. viminea:* foliis decurrentibus, inferioribus pinnatifidis extrorsum dentatis, summis lineari-

bus, caule ramoso divaricato viscoso. Decand. fl. fr. n. 2881. Willd. III. 3. 1539. Pers. syn. II. 366. Hoffm. II. 111. Gmel. bad. III. 300. Jacq. Austr. t. 9. All. pedom. t. 52. f. 2. *P. viminea*, Linn.

In collibus asperis. (Austr. Suev. Misn. M. Duc. Bad. sup. — Dresd.? Bohem.?) ♃. Jul.—Aug. (Periclinia elongata subimbricata. Achaenia rufescentia.)

504. LEÓNTODON. *Löwenzahn.*

Periclinium oblongum, e foliolis aequalibus, basi foliolis plurimis calyculatum. Clinanthium nudum, excavato-punctatum. Achaenia oblonga, scabra. Pappus pilosus, stipite conformi capillari suffultus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2156. *L. Taraxacum:* periclinii foliolis exterioribus reflexis, foliis runcinatis glabris, laciniis acutis, pappi stipite capillari achaenio triplo longiore. Willd. III. 3. 1544. Pers. syn. II. 367. Smith. britt. 822. Leers, herb. n. 603. Poll. palat. n. 734. Spreng. hal. Gmel. bad. III. 302. Kunth. berol. 208. Hayne, Abbild. II. t. 4. Engl. Bot. t. 510. Schk. t. 219. *L. Taraxacum*, Linn. *Taraxacum officinale*, Roth. II. 247. Willd. prodr. flor. berol. n. 772. *T. Dens-Leonis*, Desf. Atl. 2. 228. Lam. Enc. V. 348. Decand. flor. fr. n. 2952.

α. *oleraceum:* foliis runcinatis aut runcinato-dentatis, lacinia terminali majore. Schlechtendl. berol. I. 405.

β. *arenarium:* foliis runcinato-pinnatifidis, laciniis omnibus subaequalibus (angustis acutis). Schlechtd. l. c. *Leontodon β. laciniatum*, Pers. syn. l. c. Bönningh. monast. 233.

In pratis, pascuis et sylvaticis ad vias, planta vulgatissima. ♃. Apr.—Septbr. (Flosculi flavi.)

2157. *L. alpestre:* glaberrimum, periclinii foliolis exterioribus ovatis patulis, scapo unifloro, foliis

runcinato-partitis, partitionibus remote denticulatis utrinque subbinis, terminalibus maximis, pappi stipite angulato achaenio breviore. Tausch. Botan. Zeit. 1821. II. 564.

In faucibus summorum jugium Sudetorum (Schneegruben) ♃. . . .

2158. *L. arcuatum:* periclinii foliolis exterioribus ovatis laxis, foliis glabris runcinato-partitis, partitionibus arcuato-recurvis obtusiusculis subdentatis, scapo unifloro. Tausch. Botan. Zeit. 1821. II. 567. Bönningh. monast. 233. *L. taraxacoides*, H. et H. Cent.

α. *glaber:* foliis viridibus glabris. a Bönningh. l. c.

β. *tomentosus:* foliis supra dense tomentosis, saepe sordide purpurascentibus. a Bönningh. l. c.

In pascuis et aggeribus sabulosis passim cum *L. Taraxaco.* ♃. Maj. — Aug. (Affinis *L. Taraxaci varietati β.*, differt autem: foliorum laciniis arcuato-recurvis obtusiusculis, periclinii foliolis exterioribus abbreviatis ovatis laxis, nec linearibus reflexis.)

2159. *L. palustre:* periclinii foliolis exterioribus erecto-adpressis ovatis, foliis lanceolatis sinuato-dentatis glabriusculis. Decand. fl. fr. n. 2953. Smith. britt. 823. Pers. syn. II. 367. Hoffm. II. 112. Bönningh. monastr. 233. Engl. Bot. t. 553. *L. palustre*, Smith. 823. *L. salinum*, Poll. palat. n. 735. Roth. II. 2. 243. Gmel. bad. III. 303. *L. lividus*, Waldst. et Kit. pl. r. Hung. II. 120. t. 115. Willd. III. 3. 1545. Spreng. hal. 226. Hell. Wirceb. II. 230. Wallr. An. bot. 99. *Apargia salina*, Fl. Wetter. III. 146. *A. livida*, Baumg. En. III. 15. *Hedypnois paludosa*, Scop. carn. n. 958. *Taraxacum lanceolatum*, Poir. Enc. V. 349. *Leontodon Taraxacum γ. paludosum*, Schlechtend. l. c.

In pratis et pascuis humidis sabulosis, hinc inde

passim. 4. Jun. — Jul. Variat scapo humiliori, calathio minori, foliolis exterioribus ovato - lanceolatis dimidio periclinio longioribus. L. erectus Meyer. in H. et H. Cent.)

2160. *L. tenuifolius:* periclinii foliolis exterioribus ovato - oblongis obtusis erectis periclinio triplo brevioribus, foliis linearibus subintegerrimis glabris. *L. tenuifolius,* H. et H. Cent.

In pratis maritimis littoralis Tergesti. 4. (Foliorum forma et calyculo brevi obtuso satis distincta species, quam, licet extra florae nostrae limites crescentem, hic annectimus, ad seriem formaram illustrandam.)

2161. *L. dentatus:* periclinii foliolis exterioribus lineari-lanceolatis erectis, foliis lanceolatis runcinato - dentatis glabris. Tausch. Bot. Z. 1824. I. 248.

Praecedenti affinis, differt vero: calathio minore, foliolis periclinii exterioribus lineari - lanceolatis, nec ovatis.

In . . . . (Bohem.?)

2162. *L. pinnatifidus:* periclinii foliolis exterioribus lanceolatis erectis, foliis pinnatifidis dentatisque glabris. Tausch. Botan. Zeit. l. c.

In . . . . . (Bohem. ?) (Folia ad medium usque pinnatifida, laciniis erectis lanceolatis, terminalibus patentibus rachique subdentatis, Calathium *L. Tarax ac.* duplo minus.)

505. APÁRGIA. *Apargie.*

Periclinium imbricatum, oblongum, foliolis linearibus inaequalibus adpressis. Clinanthium subnudum, subfoveolatum. Achaenia oblonga, striata. Pappus sessilis, plumosus, pilis aliis squamosis aliis sericeis.

(*Compositae,* ordn. *Cichoraceae,* Juss. Decand.)

2163. *A. alpina:* scapo unifloro squamoso superne incrassato hirto, periclinio hispido, foliis lan-

ceolato - oblongis subdentatis. Willd. III. 3. 1547. Pers. syn. II. 367. Host. syn. 423. Hoffm. II. 112. Gmel. bad. III. 279. Baumg. En. stirp. III. 17. *Leontodon alpinum*, Jacq. austr. t. 93. *L. squamosum*, Lam. Enc. III. 520. Decand. fl. fr. n. 2969.

β. *pyrenaica:* major, foliis ovato - lanceolatis petiolatis subintegerrimis glabris latioribus, pericliniis villosis, calathio majore. *A. pyrenaica*, Gouan. illustr. botan. 55. Gmel. bad. III. 280. *Hedypnois pyrenaica*, Vill. Delph. III. 78. *Picris saxatilis*, Allion. pedem. n. 766. t. 14. f. 2.

In alpinis. (Austr. Salisb. M. D. Bad. sup.) ♃. Jul. — Aug. (Flosculi aurantiaci, ut in sequente.)

2164. *A. crocea:* scapo unifloro squamoso superne incrassato hirto, pericliniis hispidis, foliis runcinatis glabris lobo terminali triangulari. Willd. III. 3. 1548. Pers. syn. II. 367. Mössl. 1105. *A. crocea*, Willd. *Leontodon croceum*, Hänke in Jacq. Coll. II. 16.

In alpibus Judenburgensibus (Austr.) ♃. (Similis praecedenti, sed diversa: foliis profunde runcinatis, pinna terminali acuminata triangulari. Var. fol. glabris et hirsutis.)

2165. *A. hastilis:* scapo unifloro nudo periclinioque glabris, foliis lanceolatis runcinato - dentatis glabris. Decand. flor. fr. n. 2971. Willd. III. 3. 1548. Pers. syn. II. 367. Host. syn. 323. Hoffm. II. 113. Gmel. bad. III. 277. Besser, g. n. 933. Baumg. En. III. 19. *A. hastilis*, Host. *A. danubialis*, Scop. carn. n. 983. *Leontodon hastile*, Linn. sp. 2. 1123. Decand. flor. fr. n. 2971. Jacq. austr. t. 104. *L. danubiale*, Jacq. Vind. 270. *Picris danubialis*, Allion. pedem. n. 768. t. 70. f. 3.

In pratis subpaludosis, passim. ♃. Maj. — Jul. (Flosculi aurei, ut in omnibus sequentibus.)

2166. *A. dubia:* scapo unifloro subnudo superne periclinioque hirto, foliis lanceolatis basi dentatis pilosiusculis, pilis furcatis. Willd. III. 3. 1549. Pers. syn. II. 367. Mössl. 1106. *A. dubia*, Hoppe.

In alpibus (Salisb.). Media inter *hastilem* et *hispidam*. Scapi uniflori, squama unica plerumque parva instructi, inferne glabri, superne ut periclinii foliola pilis brevibus furcatis obsiti, et sub flore incrassati. Folia lanceolata, basin versus sinuato-dentata, primo intuitu glabra apparent, sed re vera pilis sparsis raris albis furcatis tecta.)

2167. *A. hispida:* scapo unifloro glabro foliis pinnatifido-oblongis hirtis, (pilis 2-3-furcatis) periclinio subhirsuto. Decand. flor. fr. n. 2972. Willd. III. 3. 1552. Pers. syn. II. 368. Hoffmann. II. 113. Wahlenb. Carp. n. 775. Gmel. bad. III. 278. Baumg. En. III. 18. Spreng. hal. 226. Schk. t. 220. *A. hispida*, Willd. *Leontodon hispidum*, Linn. Scop. carn. n. 977. Poll. palat. u. 757. Roth. II. 2. 244. Decand. flor. fr. n. 2972. Fl. dan. t. 862. *Hedypnois hispida*, Smith. britt. 823. Engl. Bot. t. 554.

β. coronopifolia: foliis lineari-lanceolatis parvis pectinato-pinnatifidis laciniisque linearibus obtusis patentibus integerrimis incano-hispidis, pilis tri-quadrifurcatis, scapo hispido, periclinii foliolis dorso incano-pilosis.

In pascuis pomariis, pratis, agris. Varietatem β. in alpibus Germaniae australis legit Cl. Hornschuh. ♃. Jul. — Aug.

2168. *A. crispa:* scapo nudo unifloro calyceque hirto, foliis runcinato-pinnatifidis hirtis, laciniis recurvis dentatis, pilis trifurcatis. Willd. III. 3. 1549. Pers. syn. II. 368. *A. crispa*, Willd. *Leontodon crispum*, Vill. Delph. III. 84. t. 25.

In Francon. Baruth. prope Muggendorff. M. Duc. Rhen. inf. (Apargiae hispidae varietas videtur, foliis magis incisis et crispis.)

2169. *A. Taraxaci:* scapis unifloris nudis superne incrassatis hirtis, foliis runcinato-dentatis glabris, pericliniis villosis. Pers. syn. II. 368. Willd. III. 3. 1550. Hoffm. II. 114. Wahlenb. carp. n. 774. Baumg. En. III. 19. *A. Taraxaci*, Willd. *Hedypnois Taraxaci*, Smith. britt. 825. Vill. Delph. III. 80. t. 26. engl. Bot. t. 1109. *Picris Taraxaci*, Allion ped. n. 769. t. 31. f. 1. *Leontodon montanum*, Decand. fl. fr. n. 2970. *Hieracium Taraxaci*, Linn. sp. n. 1125. Retz. obs. 4. 30. t. 2.

In alpium humidis. (Austr. Salisb.) ♃. Jul. — Aug. (Folia radicalia infima subdentata, glabriuscula, reliqua sinuato-dentata utrinque hispidula.)

2170. *A. incana:* scapo unifloro periclinioque pubescente, foliis oblongis subdentatis cano-scabris, pilis apice radiantibus. Willd. III. 3. 1549. Pers. syn. II. 368. Hoffm. II. 114. Gmel. Bad. III. 282. Baumg. En. III. 17. *A. incana*, Scop. carn. n. 982. *Leontodon incanum*, Decand. fl. fr. n. 2973. *Hieracium incanum*, Linn. Syst. N. 522. Poll. palat. n. 738. Host. syn. 428. Roth. II. 2. [illegible]. Jacq. Austr. t. 287. *H. alpinum*, Vill. Delph. III. 94.

In montanis collibus. (Austr. Bavar. Palat. Ratisb. Suev. Francon. Baruth. etc.) ♃. Maj. — Jul. (Folia lanceolata pilis stellatis incanis tomentosa.)

2171. *A. autumnalis:* scapis ramosis declinatis squamosis, foliis lanceolatis pinnatifidis glabris, pedunculis sub periclinio tumescentibus. Willd. III. 3. 1550. Pers. II. 368. Gmel. bad. III. 281. Kunth. berol. 208. Baumg. En. III. 19. Bönningh. monast. 234. *A. autumnalis*, Scop. carn. *Leontodon autumnalis*, Linn. sp. 2. 1123. Poll. palat. n. 736. Leers herb. n. 604. Roth. II. 2. 242. Decand. fl. fr. n. 2968. Fl. dan. t. 501. *Hedypnois autumnalis*, Smith. britt. 826. Engl. Botan. t. 830. *Picris autumnalis*, Allion.

α. *sylvestris:* omnibus partibus laxior, foliis majoribus dentatis. Schlechtendl. berol. I. 406.

β. *campestris:* omnibus partibus firmior, foliis minoribus pinnatifidis. Schlechtendl. l. c.

γ. *hispida:* foliis lineari-pinnatifidis, laciniis incisis, inferiorum costa hispidissima.

In pratis pascuis, graminosis γ. in sabulosis, prope Erlangam. ♃. Jul. — Septbr. (Flosculi aurei, extus rubicundi.)

506. THRINCIA. *Thrinzie.*

Periclinium imbricatum, 8-phyllnm, angulatum. Clinanthium nudiusculum, favosum. Achaenia *disci* pappo sessili et inaequali plumoso, *radii* pappo brevi paleaceo abortivo donata.

(*Compositae,* ordn. *Cichoraceae,* Juss. Decand.)

2172. *T. hirta:* scapo unifloro, periclinio glabro, basi foliolis aucto, foliis lanceolatis sinuato-dentatis hirtis. Decand. flor. fr. n. 2965. Willd. III. 3. 1554. Pers. syn. II. 368. Spreng. hal. 228. Kunth. berol. 209. Baumg. En. III. 15. *T. hirta,* Roth. Cat. bot. 1. 98. *Apargia hirta,* Hoffm. 274. Schk. t. 220. *Leontodon hirtum,* Linn. sp. 1123. Scop. carn. n. 978. Leers. herb. n. 606. Willd. prodr. fl. berol. n. 775. *Colobium hirtum,* Roth. in Röm. Arch. 1. 37. *Hyoseris taraxacoides,* Lam. En. III. 159. *H. hirta,* Gärtn. de fr. 2. 373. *Hedypnois hirta,* Smith. britt. 824. Engl. Bot. t. 555.

In pascuis, pratis, vineis. ♃. Jun. — Septbr. (Pubescentia simplex. Periclinium ante anthesin pendulum. Flosculi subtus virescentes.)

2173. *T. hispida:* scapo unifloro piloso, periclinio canescente piloso, foliis lanceolatis obtusis dentatis, pilis furcatis. Decand. fl. fr. n. 2966. Willd. III. 3. 1555. Pers. syn. II. 368. Mössl. 1107. *T. hispida,* Roth. Cat. bot. 1. 99. *Colobium hispidum,* Roth. in Röm. Arc. 1. 38. *Hyoseris taraxacoides,* Vill. Delph. III. 166. *Leontodon saxatile,* Lam. l. c. 531.

In siccioribus locis arenosis German. australioris. ☉. Jul.

507. PICRIS. *Bitterkraut.*

Periclinium ovatum, aequale, polyphyllum, calyculatum. Clinanthium nudum, excavato-punctatum. Achaenia transverse striata. Pappus sessilis, plumosus, radiis omnibus filiformibus conformibus.

(*Compositae*, ordn. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2174. *P. hieracioides:* caule scabro ramoso divaricato, foliis amplexicaulibus asperrimis oblongo-lanceolatis acuminatis dentatis, calathiis subcymosis, pedunculis glabris. Willd. III. 3. 1556. Scop. carn. n. 953. Poll. palat. n. 754. Smith. britt. 814. Roth. II. 2. 240. Decand. fl. fr. n. 2974. Spreng. hal. 227. Gmel. bad. III. 275. Schweigg. et Körte. Erlang. 66. Baumg. En. III. 13. Wallr. sched. 441. Boenningh. l. c. engl. Bot. t. 196. Schk. t. 216. *P. hieracioides*, Linn. *Hedypnois hieracioides*, Huds. angl. 342.

In pratis, pomariis, versuris, in ruderatis. ♃. Jul. — Aug. (Folia lanceolata amplexicaulia plus minus dentata, parum undulata vel plana, aut ovato-oblonga undulata. Periclinii foliola flosculis flavis duplo breviora.)

2175. *P. umbellata:* caule subramoso basi hirto apice subcymoso, foliis amplexicaulibus obovato-oblongis obtusis repando-denticulatis hirtis, pilis furcato-glochideis, pedunculis calathiisque hispidis. *P. umbellata*, N. ab Esenb. *Leontodon umbellatus*, Schrank, Bav. n. 1183. *Apargia rigens*, a Mart. ined.

In montosis (am Graseck, in adsensu des Wettersteins in alpibus Bav.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis basi simplex. Folia obovato-oblonga, obtusa, basi rotundata amplexicaulia, remote denticulata, setis brevibus plerisque furcatis dentibus patentibus utrinque hirta,

infima in petiolum attenuata. Calathia subcymosa in ramis elongatis crassiusculis, apice una alterave squama patenti lanceolata praeditis, lateralibus longioribus bifloris, mediis brevioribus unifloris; accedit interdum ramus magis inferior. Periclinii foliola laxe imbricata, obtusiuscula, glabra, nigro viridia. Flosculi aurei. Achenia compressa, oblonga, incurva, striata, transversim rugosa, ferruginea. Pappus brevissime stipitatus, laxe plumosus, deciduus, pallidus. Differt a praecedente: foliis obtusis obsolete denticulatis.)

2176. *P. ruderalis:* caule erecto hispido, foliis lanceolatis ciliato-dentatis, pedunculis calycibusque hispidis. Willd. III. 3. 1558. Pers. syn. II. 370. Mössl. 1108. *P. ruderalis,* Schmidt.

In rupibus (Bohem.) ♃. Jun. (Radix praemorsa. Folia radicalia angusto-lanceolata. Calathia magnitudine *Crepidis tectorum.*)

508. HELMINTHIA. *Helminthie.*

Periclinium duplex, interius 8 - phyllum aequale, exterius 5 - phyllum, laxum. Achaenia transversim striata. Pappus plumosus, stipitatus.

(*Compositae,* ordn. *Cichoraceae,* Juss. Decand.)

2177. *H. echioides:* periclinii exterioris foliolis latis ovato-cordatis subspinosis. Decand. fl. fr. n. 2976. Willd. III. 3. 1607. Pers. syn. II. 370. Lam. illustr. t. 648. *H. echioides,* Gärtn. 2. t. 159. f. 2. *Picris echioides,* Linn. sp. 1114. Smith. britt. 814. Hoffm. II. 107. engl. Bot. t. 972. Schk. 3. t. 216.

In agris, ad margines sylvarum (Barbii) ☉. Jun. — Jul. (Flosculi aurei. Folia indivisa, amplexicaulia.)

509. HIERACIUM. *Habichtskraut.*

Periclinium ovatum, imbricatum, foliolis pluribus oblongo - linearibus planis inaequalibus. Clinanthium nudum, punctatum. Achaenia obtuse tetragona, brevia. Pappus simplex, sessilis, pilosus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

α.) Caule scapiformi nudiusculo simplici vel in pedunculos (simplices compositosve) diviso.

2178. *H. aureum:* caule scapiformi unifloro subnudo, periclinio hispido, foliis lanceolato-spathulatis sinuato-dentatis glabriusculis. Willden. III. 3. 1559. Scop. carn. n. 965. Pers. syn. II. 370. Decand. fl. fr. n. 2902. Gmel. bad. III. 304. Sturm. I. 37. *H. aureum*, Vill. Delph. III. 96. t. 33. *Leontodon aureum*, Linn. sp. pl. 2. 1112. Jacq. Vind. 268. Austr. t. 297. *Andryala aurea*, Scop. ann. 2. 59.

In pratis alpinis, pascuis ubique. ♃. Jun. (Scapus nudus, striatus, infra medium foliolo lineari auctus, superne cum periclinio hispido. Foliola periclinii lanceolata, pallide viridia, basi imbricata, nervoque medio pilis nigricantibus rigidis obsito. Flosculi aurantiaci, subtus crocei.)

2179. *H. rupestre:* caule scapiformi unifloro unifolio, periclinio hirto, foliis lanceolatis runcinato-dentatis subtus laxe villosis, dentibus recurvis. Willd. III. 3. 1559. Allion. Auct. 12. t. 1. f. 2. Decand. fl. fr. n. 2919. Pers. syn. II. 370. Mössl. 1109. *H. rupestre*, All.

β. scapo in ramos paucos elongatos unifloros diviso.

In montosis alpinis. (Salisb.) ♃. Jun. (Folia radicalia bi-vel tripollicaria, pilis minutissimis obsita, leviter dentata, dentibus lanceolatis angustis recurvis. Scapus adscendens, uniflorus vel ramo uno alterove instructus, basin versus folio runcinato instructus. Periclinii foliola lanceolata, hirta. Calathium magnum e flosculis flavis.)

2180. H. *alpestre:* caule scapiformi unifloro unifolio superne cum periclinio cylindrico, tomentoso, foliis lanceolatis inaequaliter dentatis subglabris. Willd. III. 3. 1561. Pers. syn. II. 370. Host. syn. 429. Lam. Enc. II. 357. Hoffm. II. 114. Baumg. En. III.

20. Wahlenb. Carp. n. 785. Sturm. I. 28. H. *alpestre*, Jacq. Austr. t. 191. β. scapo ramoso.

In pratis subalpinis. (Austr. Bavar. Salisb.) ♃. Jul. (Folia lanceolata, runcinato-dentata glabra vel subtus margineque pilis varis obsita. Scapus superne cano-tomentosus, basin versus folio uno vel altero instructus. Periclinii foliola aequilata, obtusa, tomentosa setosaque. Calathium magnum e flosculis luteis. Achaenia longissime acuminata, pappo candido.)

2181. *H. alpinum:* caule scapiformi unifloro subnudo villoso, periclinio villosissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis villosis. Willd. III. 3. 1561. Scop. Carn. n. 967. Jacq. Vind. 141. Allion pedem. n. 771. t. 14. f. 2. Vill. Delph. III. 103. Roth. II. 2. 261. Decand. fl. fr. n. 2905. Wahlb. Carp. n. 784. Gmel. bad. III. 306. Baumg. En. III. 21. Sturm. I. 37. *H. alpinum*, Linn.

In alpinis, subalpinis. German. austral. (Austr. Salisb. Carniol. Siles. Sudet. Hercyn.) ♃. Jun. — Aug. (Folia oblonga, obtusa vel acuta, basi attenuata. Scapus subaphyllus, quandoque uno alteroque folio instructus, albo-lanatus. Periclinii foliola lanceolata, acuminata, nigricantia, pilis densis longis candidis obvallata. Calathia sat magna. Flosculi pallide lutei.)

2182. *H. pumilum:* caule scapiformi unifloro unifolio, periclinio piloso, foliis lanceolato-spathulatis obtusis integerrimis. Willd. III. 3. 1562. Pers. syn. II. 371. Sturm. I. 37. *H. pumilum*, Hoppe.

In alpibus (Salisb. Carinth. Siles. Sudet.) ♃. Jul. — Aug. (Praecedenti simillimum, a quo tantum foliis spathulatis obtusis, periclinio et scapo hirto nec lanato, denique statura minori recedit.)

2183. *H. glanduliferum:* caule scapiformi nudo unifloro villoso pilisque glanduliferis obsito, periclinio villoso, foliis lanceolatis integerrimis margine subundulatis subvillosis. Hoppe apud Sturm. I. 39.

In collibus herbidis (Carniol. Styr. Pasterze.) ♃. Jul. (Folia angusta, margine subundulata, glabra, basi praecipue villosa. Scapus nudus, inferne purpurascens glaber, superne villosus pilisque nigris rigidis glanduliferis obtectus. Periclinii foliola adpressa, nigricantia.)

2184. *H. Hoppii:* caule scapiformi unifolio unifloro hirsuto, periclinio hirto, foliis lineari-lanceolatis acutis integris ciliatis. *H. angustifolium*, Hoppe, Taschenb. 1799. p. 130. Willd. III. 3. 1565. Pers. syn. II. 371. Decand. flor. fr. n. 2914. Mössl. 1111. Sturm. I. 37.

β. furcatum: scapo superne in ramulos 2—3, unifloros diviso.

In alpibus. (Salisb. Carinth.) ♃. Jul. (Folia pilis sparsis tecta. Scapus tri-vel quadripollicaris, hispidus, infra medium quandoque folio unico lineari-lanceolato acuto instructus, superne glandulis pedicellatis obtectus. Periclinii foliola angusta, linearia, undique pilis albidis basi nigricantibus obsita. Calathia e flosculis pallide luteis.)

2185. *H. piloselläeforme:* caule scapiformi simplici erecto nudo piloso-hirsuto unifloro, stolonibus brevibus foliosis, periclinio villoso, foliis ovato-oblongis integris villosis subtus albo-tomentosis. Hoppe apud Sturm. I. 37. *H. Hoppeanum*, Schult. Fl. Austr. *H. Pilosella*, Var. γ. Decand flor. fr.

In pratis alpinis (Austr. Carinth.) ♃. Aug. (Differt a sequente affini specie: stolonibus brevioribus, foliis magis cuneiformibus subtus dense albo-tomentosis, scapo altiori et calathio majore. — H. *pilosellae forme* H. et H. Cent. an diversum?)

2186. *H. Pilosella:* caule scapiforme unifloro nudo, stolonibus repentibus, foliis integerrimis ovatis subtus laxe tomentosis. Willd. III. 3. 1563. Poll. palat. n. 740. Decand. fl. fr. n. 2913. Roth. II. 2. 262.

Spreng. hal. 221. Gmel. bad. III. 307. Kunth. berol. 209. Baumg. En. III. 21. Sturm. I. 27. Fl. Dan. t. 1110. *H. Pilosella*, Linn.

In apricis siccis arenosis camporum collium nemorum sylvarumque. ♃. Maj. — Aug. (Majores minoresve cespites efformat, longe lateque stolonibus sese extendens. Folia supra ac margine pilis raris longioribus obsessa, subtus cauleque et stolonibus albido-tomentosis. Scapus ad summum semipedalis, plerumque minor, versus apicem cum periclinio pilis glandaliferis nigricantibus flavisque obsitus. Flosculi extimi subtus purpurascentes.)

β.) Caule scapiformi subfolioso multifloro.

2187. *H. dubium:* flagelliferum, foliis lanceolatis ciliatis, costa glabra, scapo subplurifloro, pedunculis simplicibus longiusculis. Nees ab Esenb. in bot. Zeit. 1822. I. 187. Willd. III. 3. 1563. Roth. II. 2. 262. Poll. palat. n. 741. Smith. britt. 829. Hoffm. II. 115. Gmel. bad. III. 308. Baumg. En. III. 23. Sturm. I. 27. *H. dubium*, Linn. *H. Auricula, β.* Decand.

In pratis humidis pascuisque paludosis. ♃. Maj. — Jun. (Folia obverse lanceolata obtusa, integra, utrinque glaucescenti viridia, glabriuscula, aut pilis raris albidis munita. Stolones repentes, foliosi. Scapus erectus, teres, glaber, striatus, superne tomentosus. Periclinii foliola imbricata, lanceolata, acuta, dorso glandulis pedicellatis pellucidis instructa. Calathia 2—5, parva, e flosculis sulphureis basi pilosis.)

2188. *H. bifurcum:* flagelliferum, foliis spathulato-lanceolatis pilosis, caule scapiformi cum stolonibus hispido 2-4 floro, pedunculis elongatis. M. a. Bieberst. Taur. Caur. III. 532. *H. bifurcum*, Bieberst. *H. collinum*, Besser gall. II. n. 937. Baumg. En. III. 22. Günther. Cent.

In graminosis, ad vias, fossas (Siles.) ♃. Maj. — Jul. (Folia infima obovata, obtusa, omnia supra pal-

lide viridia margineque pilis longis ciliata, subtus pubescentia. Stolones repentes, pilosi, foliolis alternis acuti. Pedunculi longi apice tomentosi et hispidi, saepe iterum bifurci, calathio parum majores quam in antecedente et sequente. Periclinii foliola pilis albidis obvallata. Flosculi ex aureo-sulphurei.)

2189. *H. Auricula:* flagelliferum, foliis spathulato-lanceolatis ciliatis, costa glabra, caule scapiformi paucifloro, pedunculis subsimplicibus abbreviatis. Nees ab Esenb. l. c. Poll. palat. n. 742. Decand. fl. fr. n. 2914. Gmel. bad. III. 310. Baumg. En. III. 23. *H. Auricula,* Smith. britt. 829. *H. Auricula, α.* Decand. M. Bieberst. suppl.

In collibus siccis graminosis, pascuis, ad vias, vinearum margines, rarum. ♃. Jun. — Jul. (Folia glabra, ciliata. Calathia 2—6, cymoso-umbellata, brevi-pedicellata, conferta, e flosculis, aureis. Ab *H. dubio,* numero et magnitudine calathiorum distinguendum, tum etiam pedicellis brevibus flosculisque in singulo calathio pluribus aureis, nec sulphureis.)

2190. H. *Bauhini:* flagelliferum, foliis lanceolatis margine costaque ciliatis, caule scapiformi multifloro, calathiis corymbosis glabriusculis. Nees ab Esenb. l. c. Schult. obs. p. 164. Besser. gal. l. c. H. *Bauhini,* Schult. H. *Auricula γ.* Dec.

In graminosis, ad sepes (Siles. Austr.) ♃. Jun. — Jul. (Sequenti confine notisque indicatis caute distinguendum.)

2191. *H. collinum:* flagelliferum, foliis lanceolatis setosis, costa hirta, caule scapiformi basi hirto multifloro, calathiis cymosis hirtis. Neess ab Esenb. l. c. Wallr. sched. 413. Gochn. diss. 17. t. 1. Decand. flor. fr. suppl. 440. Spr. pug. 1. *H. collinum,* Gochn. *H. Auricula, β.* M. a Bieberst. suppl. *H. Auricula,* Willd. III. 3. 1564. nec Linn. Schult. obs. 194. Roth. II. 263. H. *cymosum,* Roth. II. 264. (excl. Linn. syn.)

In pratis, pascuis, muris, collibus nemoribusque editioribus passim. ♃. Jul. (Folia oblongo-lanceolata, caulina angustiora subamplexicaulia. Caulis et stolones pilis rufescentibus patentibus obsiti. Calathia parva. Pedunculi corymbosi, conferti. Periclinii foliola hispida.)

2192. H. *fallax:* foliis lanceolatis setosis costa hirta, caule scapiformi glabriusculo multifloro, calathiis corymbosis hirtis. Nees ab Esenb. l. c. Wallr. sched. 414. Decand. fl. fr. suppl. 442. Reichb. pl. crit. Cent. I. t. 39. f. 82. H. *fallax,* Willd. En. II. 822.

In montosis collibus, vineis passim. ♃. Jun.—Jul. (Maxime affine praecedenti, cum quo multa communia habet; diferre tamen videtur: flagellorum defectu, pilis quibus caulis innovationes, stolones, pedicelli pericliniaque pubent, albis, pedicellis bi-trifidis liberis longioribus.)

2193. H. *piloselloides:* foliis spathulato-lanceolatis supra setosis, costa glabra caule scapiformi multifloro, calathiis in paniculam brevem laxiusculam dispositis glanduloso-subhispidis. Nees ab Esenbeck l. c. 188. Wallr. sched. l. c. H. *piloselloides,* Decand. fl. fr. suppl. 441. Allion. pedem. n. 775. Sturm. I. 39. Reichb. pl. crit. Cent. I. t. 38. f. 80 et 81. (excl. syn. Villars.)

In collibus apricis, vineis (Salisb. Francon. Saxon. Siles. Ratisb. etc.) ♃. Jun.—Jul. (Folia utrinque glauco viridia, glabra, supra margineque pilis longis raris adspersa, infima saepe obtusiuscula, brevissima, reliqua oblongo-linearia. Scapus erectus, simplex glaber vel ad basin pilis raris tuberculo impositis, adspersus, infra medium foliis 1-3 lanceolatis instructus. Pedunculi pedicellique divaricati, tomento, glandulisque raniter interspersis, tecti. Calathia parva, ut in sequente.)

2194. H. *praealtum:* foliis anguste lanceolatis glaucis subsetosis, margine costaque ciliatis, caule sca-

piformi subsetoso multifloro, calathiis subcorymbosis ramisque elongatis glanduloso-subhispidis. Nees ab Esenbeck l. c. Wallr. l. c. H. *praealtum*, Decand. fl. fr. suppl. 441. H. *piloselloides*, Dec. fl. fr. n. 2916. Vill. Delph. III. 100. H. *cymosum var. piloselloides*, Pers. syn. II. 371. H. *florentinum*, Willd. III. 3. 1565. Spr. hal. t. X. f. 1. Reichb. pl. crit. Cent. I. t. 55. f. 106.

In montosis graminosis sylvaticis hinc inde. ♃. Jun. (A praecedente caute distinguendum. Folia anguste lanceolata, vel oblongo-linearia, glauco viridia plus minusve setoso-hispida vel glabra. Pedunculi elongati, laxe cymoso-corymbosi, patentes, pedicelli inaequales, divaricati, et prater tomentum pilosque rariter dispersos glandulis stipitatis flavis saepius instructi.)

2195. H. *obscurum:* obscure glaucum, foliis obovato-lanceolatis glabris, margine carina cauleque paucifolio toto pilosis, corymbi demum inordinati pericliniis atro-virentibus, foliolis pedunculisque nigro-glandulosis pilosisque. Rchb. pl. crit. Cent. I. t. 55. f. 107.

In muris vetustis (Dresdae.) ♃. . . . . („Caveamus nobis, ne a praecedente (H. *praealto*) loci natalis ope hanc derivare speciem cupiamus; adest enim murus in Flora nostra, qui utramque alit, nec e seminibus educatae mutabantur" Rchb. l. c.)

2196. H. *cymosum:* foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis subdenticulatis cauleque scapiformi multifloro molliter hirsutis, calathiis subcymosis confertis hispidis. Nees ab Esenb. l. c. 189. Wallr. sched. 415. Decand. fl. fr. IV. 24. suppl. 440. Roth. II. 264. Vill. Delph. III. 101. Voyag. 62. t. 4. f. 2. Gochn. Diss. 18. Schlechtd. I. 410. Sturm. I. 39. Reichb. l. c. t. 17. f. 34. et t. 56. f. 116. β. H. *cymosum:* Linn.

α. *Columnae:* foliis brevioribus, calathiis minoribus plurimis longius pedicellatis cymaque pericliniisque apice glandulosis. Rchb. l. c.

β. longifolium: foliis longioribus, calathiis majoribus tomentosis (saepe magis compactis). Rchb. l. c.

In sylvaticis, pascuis, collibus graminosis rarius α. in Bohemia. ♃. Jun.—Jul. (Folia utrinque hirsuta pallide virentia, infima oblongo-obovata, obtusa, reliqua oblongo-lanceolata, subdenticulata. Scapus hirsutus, supra basin folio uno vel altero lanceolato acuminato instructus. Pedunculi breves, umbellato-corymbosi, praeter tomentum densum, quo periclinia pedicellique incanescunt, pilis glanduliferis nigris adspersi. Calathia majuscula e flosculis aureis.)

2197. H. *aurantiacum:* caule scapiformi basi folioso hispido, calathiis corymbosis, pedunculis glomeratis, foliis oblongis repando-subdentatis acutiusculis piloso-hispidis. Willd. III. 3. 1569. Pers. syn. II. 371. Decand. flor. fr. n. 2904. Vill. Delph. III. 101. Allion. pedem. n. 778. t. 14. f. 1. Lam. Enc. II. 362. Hoffm. II. 116. Gmel. bad. III. 314. Baumg. En. III. 24. Sturm. I. 39. Jacq. austr. t. 410. H. *aurantiacum*, Linn.

In alpinis montosis. (Austr. Styr. Salisb. Bavar. Siles.) ♃. Jun.—Jul. (Scapus erectus, simplex, basi foliosus pilisque longis nigris hispidis obsitus. Folia oblonga, inferiora obtusiuscula, superiora acutiuscula, subdentata piloso-hispida. Pedicelli glomerati, hispidi. Periclinii foliola pilis longis atris vestita. Flosculi aurantiaco-crocei.)

2198. H. *paradoxum:* scapis serioribus decumbentibus, foliis lanceolatis supra setosis margine costaque ciliatis, subtus subtomentosis, scapis multifloris subtomentosis setisque inspersis, calathiis laxe corymbosis tomentosis glanduloso-hispidis. Nees ab Esenb. l. c. H. *paradoxum*, Schult. obs. 164. H. *fallax β. stoloniferum*, Koch, Decand. fl. fr. suppl. 442. Wallr. sched. 415. H. *stoloniferum*, Hornem. H. Havn. suppl. 89.?

In montosis collibus. ♃. Jul. (Simile sequenti, a

quo differt: setis basi haud adeo incrassatis, scapis minus ramosis, pericliniis glanduloso - hispidis, nec albido - hirsutis.)

2199. H. *cinereum:* caule basi folioso furcato, ramis subdivisis paucifloris, foliis lanceolatis acutis denticulatis subtus canescenti - hirtis, pedunculis cum pericliniis canescentibus pilis nigris rigidis intermixtis hispidis, stolonibus adscendentibus floriferis. Tausch. bot. Zeit. 1819. II. 463.

In rupestribus (Bohem. circa Prag.) ♃. Jun. — Jul. (Tota planta hirsuta, et H. *echioidi*, similis. Caulis erectus furcatus, ramis divisis paucifloris. Folia lanceolata, basi producta angustata, subtus canescenti - hirta, utrinque uti caulis, pilis albis rigidis patentibus vestita. Flosculi subtus rubelli.)

2200. H. *echioides:* scapis serioribus ramosis foliosis decumbentibus foliisque lanceolatis subtus subtomentosis callosis hirsutisque, calathiis corymbosis tomentosis hirsutis. N. ab Esenb. l. c. H. *echioides*, Lumn. Fl. Poson. n. 782. Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. I. 87. t. 85. Willd. 3. 1587. Pers. syn. II. 374. Schlechtdt. I. 409. H. *Rothianum*, Wallr. sched. 417. (excl. syn. H. *bifurco et collino* Bess. *et brachiato*, Bertol.) H. *cymosum*, Spreng. hal. T. X. f. 2. (icon. neque descript. quae H. *cymosi*, esse videtur.)

α. *nemorosum:* validius, vegetius, caule polyphyllo foliisque hispidissimis, calathiis majoribus.

β. *calcareum:* minus, gracilius, caule oligophyllo folisque hispidis, calathiis minoribus. Schlechtdl. l. c.

In collibus nemorosis argillaceis fertilibus ripae elevatioris Viadri, inque calcareis lapidosis (Neomarch. Boruss. austr. Berol. in pineto Halensi ad Kröllwitz etc.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis foliaque pilis longis albis tuberculis insidentibus sursum curvatis, hispida; caulis praeterea pube minuta ex pilis stellatim dispo-

sitis undique obsessus. Corymbus laxus, irregularis. Pedicelli et periclinia omnino eglandulosa. Majore hirsutie et asperitate a praecedentibus affinibus differt.)

2201. H. *intermedium:* caule scapiformi unifolio subcorymboso cum periclinііs tomentoso hirtoque, foliis petiolatis oblongo-lanceolatis dentatis, dentibus acuminatis, petiolis hirsutis, caulino subunico sublineari. de Vest. Bot. Zeit. 1820. I. 5.

In Styria prope Gräz. ♃. . . . . Scapus subtrifidus, erectus, subaphyllus. Foliorum dentes elongati. Periclinia pilis atris hirta, et tomento deciduo tecta. Pedunculi squamulosi. Folium caulinum subunicum, sessile, lineari-lanceolatum. Calathia majuscula, e flosculis luteis. „Cum *H. murorum* olim commixtum, H. staticefolio accedere“ Vest. l. c., quod sane miramur.)

2202. *H. praemorsum:* caule scapiformi racemoso, calathiis superioribus primoribus, foliis ovato-oblongis subdentatis pubescentibus, radice praemorsa. Willd. III. 3. 1567. Poll. palat. n. 744. Decand. flor. fr. n. 2903. Roth. II. 2. 265. Hoffm. II. 116. Spreng. hal. 222. Gmel. bad. III. 312. Baumg. En. III. 24. Wallr. sched. 419. Flor. dan. t. 945. Sturm. I. 39. *H. praemorsum*, Linn.

β. foliis scapoque pubescentibus.

In collibus, pascuis, montosis, rarius. ♃. Maj.—Jun. (Folia ovata plus minusve elongata, integriuscula aut sinuato-denticulata, laete viridia, molliter pubescentia, rarius glabra. Pedunculi inferiores subtrifidi, superiores simpliciusculi basi foliolo lanceolato suffulti. Calathia parva e flosculis luteis.)

2203. *H. staticefolium:* caule scapiformi subnudo glabro simplici 5 ramoso sub-3-floro, pedunculis longis squamosis unifloris, foliis lineari-lanceolatis subdenticulatis glabris, radice repente. Willd. III. 3. 1567. Pers. syn. II. 371. Lam. Enc. II. 360. Hoffm. II. 117. Decand. fl. fr. n. 2917. Vill. Delph.

III. 116. t. 27. Gmel. bad. III. 313. Sturm. I. 28. *H. staticefolium*, All. ped. n. 782.

In alpinis, rupestribus locisque arenosis. (Austr. Salisb. Carinth. Suev. M. D. Bad. sup.) ♃. Jun. — Jul. (Folia lineari-lanceolata, basi angustata, rariter dentata, apice obtusiuscula, glabra, pallide viridia. Scapus simplex vel ramosus, glaber, sub rami insertione folio lineari-acuto angusto integro munitus. Pedunculi foliolis minutis (squamis) obsiti. Periclinii foliola linearia, acuta, subtomentosa. Flosculi lutei, siccati virescunt.)

2204. *H. incarnatum:* caule scapiformi nudo basi scabro, calathiis racemoso-corymbosis, foliis oblongis obtusis denticulatis hirtis. Willd. III. 3. 1568. Pers. syn. II. 371. Host. syn. 430. Hoffm. II. 115. Jacq. icon. r. 578. Sturm. l. c. *H. incarnatum*, Wulf. in Jacq. Coll. II. 127. *H. montanum*, Scop. carn. 968.

In subalpinis (Carinth. Carniol.) ♃. Maj. — Jun. (Simile *H. praemorso*, sed folia crassiora magis hispido-scabra, inflorescentia ramosior, potius corymbosa quam racemosa, calathia minora e flosculis eleganter incarnatis.)

γ.) Caule plus minus folioso simplici vel ramoso.

2205. H. *porrifolium:* caule erecto ramoso folioso glabro, foliis linearibus subintegerrimis glabris, carina saepe villosis. Willd. III. 3. 1575. Pers. syn. II. 373. Dec. fl. fr. n. 2918. Jacq. Vind. 275. Scop. carn. n. 969. Hoffm. II. 117. Gmel. bad. III. 316. Jacq. Austr. t. 286. Sturm. I. 39. H. *porrifolium*, Linn.

In alpibus (Austr. Carinth.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis erectus, teres, glaber, substriatus, ramosus. Folia linearia, plana, acuminata, integerrima. Pedunculi longi, simplices, glabri, squamulis brevibus instructi. Periclinii foliola lanceolata, glabra. Flosculi saturate lutei. Var. caule unifloro.)

2206. H. *scorzoneraefolium:* caule oblique piloso et incano paucifloro, foliis lanceolatis glaucis, caulinis subdenticulatis, radicalibus remote mucronato-dentatis pilosis, periclinio setuloso-farinoso. H. *scorzoneraefolium*, Vill. Delph. III. 111. Gmel. bad. III. 315. H. *glaucum*, Allion. pedem. n. 781. t. 81. f. 1. Willd. III. 3. 1576. Pers. syn. II. 372. Decand. fl. fr. n. 2919. Mössl. 1114.

In alpibus (Austr. Salisb. M. D. Bad. sup. inque pitioni Basileensi, in rupibus. Gmel.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis subfoliosus et ramosus, multiflorus, rarius subnudus uniflorus. Folia radicalia longe lanceolata, acuta, integra et obiter dentata, glauca, glabra praeter longiusculos pilos, quibus in juniori planta ad exortum in dorso et marginibus instructa sunt; caulina radicalibus similia, triplo semper minora. Periclinii foliola setulosa basi maxime farinacea. Flosculi flavi. — Planta, in ditione Basileensi prope *Dornach*, ad rupes crescens, ad H. *flexuosum*, Willd. 1. caule 1-2-floro flexuoso et pericliniis villosissimis insigne, pertinet.)

2207. H. *bupleuroides:* caule erecto angulato glabro multifloro, foliis lineari-lanceolatis, caulinis radicalibus similibus glaucis integerrimis rariter pilosis. Gmel. bad. III. 317. c. icon. H. *scorzoneraefolium β.* Lam. et Dec. fl. fr. 4. 26.

In rupibus (M. D. Bad. sup. in ditione Basileensi.) ♃. Jun.—Jul. (Praecedenti speciei affine, differt vero: caule magis folioso 4-5-floro, foliis radicalibus caulinisque infimis in longiorem petiolum membranaceum abeuntibus, duplo fere longioribus, caulinis reliquis semper copiosioribus (8-10) triplo longioribus, omnibus caeterum acuminatis, mucrone terminatis latiusculis utrinque glaucis rariter pilosulis integerrimis, quandoque rariter et vix manifeste denticulatis, pedunculis tenuioribus unifloris apice incrassatis pilosis, pericliniis longe flexuoso-pilosis, calathiis subminoribus. Cum H. *flexuoso*, affini comparanda species.)

2208. H. *saxatile:* caule erecto ramoso subfo-

lioso, foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis basi pilosis, periclinii foliolis subtomentosis. H. *saxatile*, Jacq. Coll. I. 159. ic. rar. 1. t. 163. Ejusd. obs. bot. 2. 30. t. 50. Willd. III. 3. 1576. Pers. syn. II. 372. Gmel. bad. III. 318. Baumg. En. III. 27.

In rupestribus asperis (Austr. Bav. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis plerumque ramosus, ramis elongatis patentibus. Folia pauca, glauca. Pedunculi cum periclinio basi farinoso-tomentosi.)

2209. H. *flexuosum:* caule erecto inferne glabro, foliis lanceolatis acutis subvillosis, radicalibus denticulatis, caulinis sessilibus subamplexicaulibus, pericliniis villosis. Willd. III. 3. 1581. Pers. syn. II. 373. Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. III. 231. t. 209. Sternb. et Hoppe in Denkschrift. der königl. bot. Gesellsch. zu Regensb. 1818. 139. *H. flexuosum*, Waldst. et Kit. *H. bupleuroides*, Bellardi secund. Willd.

In alpibus (auf der Alpe Lansfeld am Radstatter Tauern.) ♃. . . . . (Caulis simplex, foliosus, subglaber. Folia glauca, radicalia glabra lanceolata utrinque attenuata leviter denticulata petiolata, caulina glabra vel pilis longis sparsis obsita, inferiora lanceolata acuta subintegerrima, superiora et summa ovata acuta fere amplexicaulia, integerrima. Periclinium valde villosum. Calathia e flosculis luteis.)

2210. *H. cerinthoides:* caule simplici erecto tereti glanduloso-hispido, foliis pilosis subdenticulatis, radicalibus obovatis, caulinis oblongis semiamplexicaulibus, pericliniis hirsutis. Willd. III. 3. 1580. Pers. syn. II. 373. Vill. Delph. III. 110. Scop. carn. n. 971. Decand. fl. fr. n. 2920. Gouan ill. 58. t. 22. f. 4. *H. cerinthoides*, Linn.

In alpibus (Carniol.) ♃. Jul. (Folia utrinque piloso-scabra, margine ciliata, radicalia obovata obtusa petiolata denticulata, caulina oblonga semiamplexicaulia acuta fere integerrima.)

2211. *H. dentatum:* caule folioso unifloro, periclinio piloso, foliis radicalibus lanceolatis petiolatis denticulatis mucronatis pilosis, caulinis sessilibus. *H. dentatum*, Hoppe apud Sturm. I. 39.

In alpinis lapidosis (Carinth. Heiligenblut.) ♃. Jul. (Folia radicalia petiolata, late lanceolata, undique pilis albis villosa, margine dentata, in mucronem desinentia, petiolis dilatatis pilosis, caulina sparsa, sessilia, vix denticulata. Caulis simplex, uniflorus, pilosus, superne villosus. Periclinii foliola patentiuscula, lanceolata, acuminata, villosa.)

2212. *H. glabratum:* caule folioso subunifloro piloso, pericliniis villosis, foliis lanceolatis acutiusculis integris glaberrimis. *H. glabratum*, Hoppe apud Sturm. I. 37.

In alpibus (Salisb. Carinth.) ♃. Jul. (Folia radicalia sessilia, lanceolata, acutiuscula, inferiora dente uno alterove instructa, reliqua integerrima, laete viridia, glaberrima. Caulis teres, glaber, superne tomentosus villosusque, diphyllus, biflorus. Periclinii foliola, lanceolato-linearia, villosa. Flosculi pallide lutei.)

2213. *H. montanum:* caule erecto-simplici folioso unifloro, periclinio villoso, foliis ovato-lanceolatis denticulatis glabris. Willd. III. 3. 1575. Pers. syn. II. 372. Hoffm. II. 116. Decand. fl. fr. n. 2924. All. pedem. n. 770. Baumg. En. III. 27. Jacq. austr. t. 190. *H. montanum*, Jacq. *Hypochaeris pontana*, Linn. sp. pl. 1140. *Andryala pontana*, Vill. Delph. III. 67.

In alpinis herbidis (Austr. Styr. Salisb.) ♃. Jul. (Folia caulina sessilia, ovato-lanceolata, acuminata, radicalia in petiolum desinentia denticulata, glabra. Calathia magna, periclinio nigrescente flavo-piloso.)

2214. *H. incisum:* caule subfolioso subbifloro pericliniis villosis, foliis petiolatis lanceolatis sinuatis incisis dentatisque. Hoppe apud Sturm. I. 39.

In alpibus (Pasterze). In sudetis montibus) ♃. Jul. (Radix praemorsa. Folia radicalia varia, infima sessilia, ovata, integra superiora petiolata, lanceolata, magis minusve incisa, incisuris dente unico obtusiusculo instructis, interdum maculata, subtus pilosa, petiolis dilatatis pilosis. Caulis erectus, palmaris, glaber, superne incrassatus, tomentosus, folio uno alterove sessili dentato instructus, 1 - saepius 2 - florus. Periclinii foliola acuta, nigro - tomentosa pilisque albis instructa.)

2215. *H. Halleri:* caule subfolioso 2 - multifloro, pericliniis villosis, foliis dentatis pilosis, radicalibus oblongis, caulinis lanceolatis sessilibus. Willd. III. 3. 1587. Pers. syn. II. 374. Hoffm. II. 114. Decand. fl. fr. n. 2906. Baumg. En. III. 26. Sturm. I. 39. *H. Halleri,* Vill. Delph. III. 104. (excl. syn.)

In pratis alpinis (Siles.) ♃. Jul. (Folia radicalia in petiolum longum latumque villosum decurrentia, oblongo - ovata, basi inaequaliter remoteque dentata, caulina sessilia, oblongo - lanceolata basi angusta, dentata integrave, subtus praecipue margineque pilosa. Pedunculi cum periclinio pilis nigris hirsutis vestita. Flosculi lutei.)

2216. *H. chondrilloides:* caule erecto laevi paucifloro, foliis glabris, radicalibus oblongo - lanceolatis indivisis, caulinis lanceolatis acuminatis profunde runcinatis, pericliniis nigro - hispidis. Willd. III. 3. 1573. Pers. syn. II. 372. Jacq. Vind. 273. t. 7. Hoffm. II. 117. Decand. fl. fr. n. 2937. Wahlenb. Carp. n. 791. Gmel. bad. III. 333. Baumg. En. III. 25. Jacq. austr. t. 429. Sturm. I. 39. *H. chondrilloides,* Linn. *H. Sternbergii,* Hoppe in Hornem. Hort. Hafn. suppl. p. 90. ?

In alpinis saxosis (Austr. Bavar.) ♃. Jun.—Aug. (Caulis humilis. Folia radicalia lanceolata glabra, integra, vel dente uno alterove instructa, petiolata, caulina alterna, runcinata, dentibus longis angustis recurvis. Pedunculi uniflori, subglabri. Periclinii foliola

basi tomentosa, linearia, pilis nigris obducta. Flosculi flavi.)

2217. H. *humile:* caule erecto ramoso pauci-floro, pedunculis pericliniisque pilosis, foliis inferioribus petiolatis pinnatifide runcinatis hirsutis, superioribus lanceolatis integris. Willd. III. 3. 1573. Pers. syn. II. 372. Hoffm. II. 118. Gmel. bad. III. 319. Baumg. En. III. 25. Jacq. austr. t. 189. H. *humile*, Host. syn. 432. H. *pumilum*, Jacq. H. *Jacquini*, Vill. Delph. III. 123. Decand. fl. fr. n. 2936.

In alpinis, subalpinis rupestribus. (Austr. Salisb. Bavar.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis assurgens, subflexuosus, ramosus, hirsutus. Folia radicalia caulinaque inferiora petiolata, ovata, ovato-lanceolata, obtusa vel acuta, runcinato-pinnatifida, aut profunde inaequaliter dentata, hirsuta, subviscida, suprema minora, sublanceolata, integriuscula. Pedunculi hirsuti, uniflori. Periclinii foliola linearia, hirsuta. Calathia magna e flosculis luteis.)

2218. H. *murorum:* caule erecto subfolioso piloso paucifloro, foliis ovatis subtus villosis mollibus, superne magis minusve pubescentibus, concoloribus, basi profunde dentatis, inferioribus petiolatis subcordatis, calathiis corymbosis hirtis. Willden. 3. 1577. Pers. syn. II. 372. Scop. carn. n. 970. Poll. palat. n. 745. Roth. II. 2. 266. Decand. fl. fr. n. 2925. Gmel. bad. III. 320. Baumg. En. III. 28. Schlechtdl. I. 411. Sturm. I. 39. H. *murorum*, Linn.

α. *vulgare:* folio caulino unico.

β. *sylvaticum:* caule humiliori subnudo hirsuto simpliciusculo 2-5-floro, foliis radicalibus petiolatis ovatis obtusis integris aut obsolete, praesertim ad basin, dentatis hirsutis. Gmel. l. c.

γ. *nemorosum:* caule altiore folioso subramoso. H. *sylvaticum*, Fl. dan. t. 1513. H. *murorum β. nemorosum*, Pers. syn. II. 372. γ. Gmel. bad. l. c.

α. *β*. ubique in muris, rupibus vinearum et sylvarum marginalibus; *γ*. in nemorosis graminosis sylvaticis. ♃. Maj. — Jul. (Planta polymorpha. Folia radicalia longe petiolata, ovato-vel cordato-acuminata, vel obtusiuscula, cumprimis versus basin plus minusve profunde dentata, glabriuscula vel utrinque villosa, villis molliusculis brevibus viridia, quandoque maculis fusco-rubellis notata. Caulis sulcato-striatus, hirsutus, uno-alterove folio subpetiolato versus medium instructus. Calathia in apice brevem corymbum constituunt. Periclinii foliola hirsuta. Flosculi lutei.)

2219. H. *pallescens:* caule erecto subfolioso pilosulo paucifloro divaricato, foliis subcoriaceis ovatis subtus setoso-hirtis glaucis margine petiolisque villosis, supra glabris vel sparsim setosis, basi profundius dentatis rotundatis vel acutis, calathiis corymbosis hirtis. H. *pallescens*, Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. 241. t. 217. Willd. En. Hort. Berol. II. 823. H. *pictum*, Schleich. apud Pers. syn. II. 574. H. *diversifolium*, Hoppe exsicc.

Variat. *α*. caule subaphyllo vel uno alterove folio instructo;
β. caule unifloro vel 3-8-floro;
γ. foliis tum omnibus basi obtusis et subcordatis ovatis, tum plerisque basi acutis ovato-oblongis et oblongis;
δ. foliis purpureo-fusco-maculatis vel immaculatis;
ε. foliis superne totis glabris vel plus minus setosis;
ζ. petiolis foliorum radicalium longis vel brevissimis.

In alpinis subalpinis, solo calcareo. (Pasterze, Alp. Salisb. M. D. Rhen. ad Altenahr.) ♃. Jun.—Jul. (Ab H. *murorum*, cui propius accedit, differt: caule humiliore spithamaeo, rarius pedali et altiori, a me-

dio ramoso flexuoso flaccido, ramis longioribus patentibus in minoribus semper unifloris, foliis firmioribus subsucculentis, vel totis vel subtus saltem glaucis, saepe purpureo maculatis, subtus setis rigidis e tuberculis orientibus hirsutis, quae setae in margine inque petiolis magis confertae, densas cilias constituunt, supra vel glabris vel setis, iis, inferioris paginae similibus, magis vel minus inspersis, (quarum loco H. *murorum*, folia plerumque pubescentia tenui brevi sparsa molliuscula in superiori pagina vestiuntur, rariusve autem glabrescunt;) calathiis majoribus, flosculis aureis; periclinii foliolis margine albo-lanuginosis, quae in *H. murorum* margine membranacea sunt et subhyalina. Folia radicalia primordialia reliquis minora breviusque petiolata, fere scutata, seu apice rotundata et basi utrinque angulata, caetero ambitu obsolete dentata, reliqua, quae basi vel obtusa vel subcordata vel etiam acuta gaudent, dentibus acutis patentibus ad basin profundius penetrantibus, praedita sunt apiceque acutiora; ejusmodi etiam sunt folia caulina, ubi adsunt, 2—3, reliquis minora, petiolata. Cultura perstat.)

2220. *H. Lachenalii:* caule erecto piloso folioso superne ramoso, foliis radicalibus petiolatis ovato-oblongis aequaliter sinuato-dentatis, caulinis alternis petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis dentatis ciliatis, supremis sessilibus. *H. Lachenalii*, Gmel. bad. III. 322. Mössl. 1116. *H. sylvaticum*, Wallr. sched. 422. Schlechtd. berol. 411. de Vest. Botan. Zeit. 1820. I. 4. Vill. Delph. III. 125. Decand. fl. fr. n. 2326. Wahlenb. Lapp. 197. Hoffm. II. 113. (e locis natalibus, neque e Diagnosi, quae est *H. sylvatici*, Willd. seu *H. murorum*, Allion. pedem. t. 28. f. 1., plane diversi.) *H. murorum β. sylvaticum*, Willd. III. 3. 1578. Fl. dan. t. 1113.

In dumetis sylvaticis, nemoribus, locisque graminosis siccis appertis hinc inde. ♃. Jun.—Jul. (Affinis *H. murorum*, quo cum habitu et modo crescendi convenit, differt autem: foliis semper utrinque atte-

nuatis aequaliter dentatis, foliis caulinis pluribus, inflorescentiae ramis magis erectis, pedicellis et pericliniis vix glandulosis, flosculis parum intensioribus. Caeterum variat omnium partium magnitudine, foliis latioribus vel angustioribus, magis minusve dentatis vel sinuato-dentatis. *H. sylvaticum*, Willd. in Germ. nondum inventum est.)

2221. *H. angustifolium:* caule erecto piloso folioso superne ramoso, foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis lanceolatis, superioribus amplexicaulibus sessilibus ovali-lanceolatis sinuato-inaequaliter dentatis hirsutis. *H. angustifolium*, Gmel. bad. III. 323. *Pulmonaria gallica tenuifolia*, Tabernaemont. 505. c. ic. (bona. Gmel.) Dill. Cat. pl. Giefs. 95. nov. pl. spec. p. 48. *H. sylvaticum β. angustifolium*, Wallr. sched. 423.

In M. D. Bad. sup. passim in sylvestribus, in collibus editioribus, inque pineto Halensi (Wallr.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis rectus, foliosus, piloso-hirsutus, superne ramosus. Folia radicalia petiolata, lanceolata, utrinque acuminata, margine utrinque inaequaliter dentata, hirsuta, caulina alterna, inferiora petiolata, radicalibus similia, suprema sessilia, ovali-lanceolata, denticulata, minora, angustiora. Periclinia hirsuta. Calathia, in ramis axillaribus erectis hirsutis, solitaria, e flosculis luteis. — Videtur varietas *angustifolia* speciei praecedentis.)

2222. *H. praenanthoides:* caule erecto simplici hirsuto, foliis oblongis cordatis amplexicaulibus subdenticulatis pubescentibus, calathiis racemoso corymbosis. Willd. III. 3. 1590. Pers. syn. II. 374. Lam. Enc. II. 367. Decand. flor. fr. n. 2921. Hoffm. II. 120. Wahlenb. Carp. n. 799. Ejusd. Voy. Bat. 58. t. 3. f. 2. Baumg. En. III. 31. *H. praenanthoides*, Vill. Delph. III. 108. *H. spicatum*, Allion. pedem. n. 795. t. 27. f. 1. 3.

In pratis alpinis subalpinis. (Austr. Siles. Salisb.) ♃. Jun.—Aug. (Caulis simplex, ramosus, angulosus,

hirsutus, multiflorus. Folia sessilia, amplexicaulia, cuneato-oblonga, subintegerrima, subtus pubescentia, margine costaque ciliata. Calathia corymbosa, e flosculis luteis. Periclinii foliola e viridi nigrescentia, pilis glandulosis vestita. Achaenia crocea, pappa canescente.)

2223. *H. succisaefolium:* caule erecto folioso scabriusculo, foliis radicalibus longe petiolatis oblongis obtusis subintegerrimis scabris, caulinis lanceolatis semiamplexicaulibus, calathiis corymbosis. *H. succisaefolium,* All. pedem. n. 786. Pers. syn. II. 371. Decand. fl. fr. n. 2923. Gmel. bad. III. 326. H. *integrifolium,* Willd. III. 3. 1568. Hoffm. II. 119. Sturm. I. 29.

In pratis subalpinis humidis. (Salisb. Bav. Francon. prope Kitzingen.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis fistulosus, erectus, foliosus, subhirsutus, superne ramosus. Folia radicalia caulinaque infima petiolata, oblonga, basi attenuata, integra vel obsolete denticulata, scabra, suprema sessilia. Pedicelli hispidi glandulisque nigris intermixtis obsiti, superne incrassati. Periclinii foliola lineari-acuta, stria longitudinali nigro-glandulosa in medio instructa.)

2224. H. *molle:* foliis denticulatis cauleque tenuiter pubescentibus, inferioribus oblongis obtusis in petiolum decurrentibus, caulinis ovato-lanceolatis basi cordata amplexicaulibus subintegerrimis, pedunculis pericliniisque pilis patentibus subglandulosis denigratis, calathiis corymbosis. H. *molle,* Jacq. Austr. t. 119. Willd. III. 3. 1577. Smith. britt. 832. Pers. syn. II. 382. Baumg. En. III. 27. Wallr. sched. 420.

In pratis nemorosis, montosis subalpinis. (Austr. Thuring. Hercyn. Siles. Saxoniae.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis fistulosus inferne ut folia molliter pubescit. Folia radicalia obsolete sinuato-dentata, caulina amplexicaulia, auriculis rotundatis obtusis brevibus. Pedunculi denigrati, pube patente concolore hispidi. Flosculi saturate aurei.)

2225. H. *sudeticum:* caule folioso flexuos hirsuto, foliis eroso-dentatis, radicalibus ovato-lanceolatis petiolatis, caulinis sessilibus, pericliniis nigro-hirsutis. Sternberg in Denkschrift. der botan. Gesellschaft. zu Regensb. 1818. II. p. 62. t. 5.

In sudetis circa fontes fluvii Albis, et in graminosis ad verticem montis Veigestein dict. ♃. . . . . . (Tota planta pilis albis nigrisque simplicibus glandulosis hirsuta. Folia eroso-dentata, dentibus glandulosis basin versus productioribus, pilis albis hirsuta et cilita. Periclinii foliola lanceolata, adpressa. Calathia ut in H. *pyrenaico.*)

2226. H. *paludosum:* caule simplici folioso glabro, foliis glabris, inferioribus oblongis runcinato-dentatis basi attenuatis, caulinis sagittato-amplexicaulibus, calathiis paniculatis, pericliniis nigro-hispidis. Willd. III. 3. 1579. Poll. palat. n. 746. Leers herb. n. 618. Roth. II. 2. 269. Decand. flor. fr. n. 2934. Hoffm. II. 118. Spreng. hal. 223. Gmel. bad. III. 324. Kunth. berol. 210. Wallr. sched. 419. Schlechtend. berol. 410. Fl. dan. t. 928. Schk. t. 221. H. *paludosum*, Linn.

In pratis paludosis, pascuis et sylvaticis humidis. ♃. Jun. — Jul. (Caulis fistulosi, angulati, et foliorum pedunculorumque glabritie, satis distincta species.)

2227. H. *pyrenaicum:* caule simplici sulcato glabriusculo, foliis radicalibus (ovato-) oblongis, basi profunde dentatis, caulinis (oblongo-) lanceolatis hastato-sagittatis amplexicaulibus dentatis, pericliniis laxis pilosis. H. *pyrenaicum*, Willd. III. 3. 1582. H. *blattarioides*, Pers. syn. II. 373. Decand. fl. fr. n. 2933. Baumg. En. III. 29.

β. *pilosum:* pericliniis laxis, caule piloso, foliis dentato-sinuatis. Willden. l. c. Sturm. I. 39. *Picris pyrenaica*, Linn.

γ. *austriacum:* foliis oblongis denticulatis, periclinio laxissimo hispido. H. *blattarioides γ.*

Pers. syn. l. c. H. *blattarioides*, Gmel. B. III. 225. H. *austriacum*, Hoffm. II. 119. *Crepis austriaca*, Jacq. Vind. 270.

In alpinis (Austr. Salisb. Bavar. Sudet. ♃. Jun. —Aug. (Caulis fistulosus, erectus, glabriusculus, vel pilosus. Folia radicalia oblongo-ovata, dentata vel subdentata basin versus integra, caulina alterna, oblongo-lanceolata, basi sagittata, margine dentato-mucronata, summa lineari-lanceolata, subdentata, mucronata. Pedunculi hispidi. Periclinii foliola laxa, pilis longis ex albo-nigrescentibus ciliata. Calathia magna e flosculis luteis.)

2228. H. *amplexicaule:* caule erecto corymboso-ramoso piloso-hirsuto, foliis ovato-cordatis amplexicaulibus basin versus dentatis, pedunculis pericliniisque hirsutis. Willd. III. 3. 1582. Decand. fl. fr. n. 2929. Pers. syn. II. 373. Gouan. ill. p. 58. Gmel. bad. III. 327. Allion. pedem. t. 15. f. 1. t. 30. f. 2. H. *amplexicaule*, Linn.

β. foliis omnibus brevioribus rotundioribus subdentatis, caule paucifloro. Gmel. l. c. H. *pulmonarioides*, Vill. Delph. II. 133.

In montosis (M. D. Bad. sup. in agro Basileensi.) ♃. Jun.—Jul. (Tota planta adspersa pilis raris viscoso-glandulosis. Caulis crassiusculus, striatus, piloso hispidus. Folia radicalia in petiolum decurrentia, ovali-lato-lanceolata, basin versus angustiora, acuta, margine inaequaliter argute sinuato-denticulata, venosa, villis flavescentibus utrinque, praesertim in costa et petiola, barbata, caulina amplexicaulia, cordato-ovata, acuta, argute denticulata, suprema integriuscula, omnia pilosulo-hirsuta, ex viridi-flavescentia. Periclinii foliola erecta, lineari-lanceolata, pilis glanduliferis cum pedunculis hirsuta.)

2229. H. *petraeum:* caule tereti erecto ramoso glanduloso-piloso, foliis radicalibus oblongis sinuato dentatis pilosis in petiolum basi villosum attenua-

tis, caulinis sessilibus, periclinii foliolia lanceolato-acuminatis nigro-pilosis et glandulosis.

H. *petraeum*, Hoppe in Cent. Pl. excicc.

In rupibus alpinis (Austr. prope Heiligenblut.) ♃. . . . . (Similitudo quaedam plantae minoris, H. *amplexicaulis*, sed folia caulina angustiora basi rotundata parumque amplectentia. Pili etiam glandulosi, ut in illo, longi. Calathia magna e flosculis flavis.)

2230. H. *villosum:* caule erecto subramoso foliisque villosis, radicalibus oblongo-lanceolatis obsolete dentatis, caulinis ovatis cordatis semiamplexicaulibus integriusculis, pericliniis albido-villosis. Willd. III. 3. 1585. Pers. syn. II. 373. Jacq. Vind. 271. Decand. fl. fr. n. 2908. Vill. Delph. III. 105. Allion. pedem. n. 790. Hoffm. II. 120. Gmel. bad. III. 329. Jacq. Austr. t. 87. Sturm. I. 37. *H. villosum*, Jacq. — *β.* caule humili, unifloro.

In alpibus (Austr. Salisb. Carniol. ♃. Jun.—Jul. (Caulis erectus, simpliciusculus, uniflorus vel ramo uno-alterove instructus, teres, pilosus. Folia radicalia oblonga, basi attenuata, acuta, integra vel obsolete denticulata, longis pilis mollibus, praesertim in costa et margine, obsessa, caulina alterna subovata, suprema subcordato-ovata, amplexicaulia. Periclinii foliola longe albide-piloso-villosa. Calathia magna, e flosculis luteis.)

2231. *H. intybaceum:* caule erecto ramoso hispido, foliis sessilibus lanceolatis dentatis utrinque attenuatis, pedunculis incrassatis, pericliniis laxis hispidis. Willd. III. 3. 1585. Pers. syn. II. 373. Allion. ped. n. 793. Host. syn. 433. Hoffm. II. 119. Baumg. En. III. 29. Sturm. I. 39. *H. intybaceum*, Jacq. Austr. app. t. 43. *H. albidum*, Vill. Delph. 133.

In pratis alpinis, subalpinis (Austr. Salisb. Styr. Carinth.) ♃. Jul.—Aug. (Caulis ramosus, pilis glandulosis hispidus. Folia radicalia petiolata, oblonga, utrinque attenuata, obtusa, (mucronata,) sinuato den-

tata, hispida, costa albida striata, caulina amplexicaulia. Pedunculi longi hispidi. Periclinii foliola lanceolata, exteriora multo majora squamosa, pilis glandulosis obsita. Calathia magna e flosculis pallide flavis.)

2232. *H. grandiflorum:* caule simplici erecto sulcato piloso-viscoso, foliis lanceolatis recurvato-dentatis, caulinis subdentatis amplexicaulibus sagittato-hastatis, omnibus piloso-glandulosis hispidis; Willd. III. 3. 1584. Pers. syn. II. 373. Decand. fl. fr. n. 2932. Allion. pedem. n. 794. Wahlenb. Carp. n. 800. Hoffm. II. 117. Baumgartn. En. III. 32. *H. grandiflorum,* Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. 1. 102. t. 99. *H. conyzaefolium,* Gouan. ill. 59. Roth. II. 2. 269.

In alpinis, subalpinis (Siles. in Sudet. Salisb.) ♃. Jun.—Jul. (Tota planta hirsuto-viscosa. Folia radicalia oblongo-lanceolata, recurvato-dentata caulina amplexicaulia, oblongo-ovato-lanceolata, basi auriculata, argute denticulata, superiora cordato-ovata, acuminata, subintegra, summa lineari-lanceolata, omnia utrinque piloso-glanduloso-viscida. Calathia corymbosa. Pedunculi axillares, uniflori, apicem versus incrassati, sulcato-striati, cumque periclinio pilis atris hispidis glutinosisque tecti.)

2233. *H. laevigatum:* caule erecto ramoso, foliis oblongo-lanceolatis glabris petiolatis, medio profunde dentatis, calathiis paniculatis, pericliniis basi pedunculisque pubescentibus. Willd. III. 3. 159. Ejusd. hort. berol. t. 16. *H. rigidum,* Hartmann Fl. Scand. *H. tridentatum,* Fries Nov. Fl. Suec.

In agro Erlangensi legit Cl. *Fr. Nees ab Esenb.* Lusatia. Hassia. ♃. . . . . (Caulis erectus, ramosus, teres, glaber, quandoque scabriusculus. Folia omnia petiolata, oblongo-lanceolata, superiora magis attenuata et lanceolata, medio dentibus 3—4 longis instructa, utrinque glabra rarius scabriuscula. Pedunculi apice cum pericliniis albo-pubescentes.)

2234. *H. sabaudum:* caule folioso subhirsuto, foliis caulinis ovalibus lanceolatisve utrinque dentatis sessilibus glabriusculis, calathiis paniculato-corymbosis, periclinii foliolis laxe adpressis glabriusculis subglandulosis. Willd. III. 3. 1589. Wallr. sched. cr. p. 424. Poll. palat. n. 747. Vill. Delph. III. 127. Allion. pedem. n. 796. t. 27. f. 2. Roth. II. 270. Decand. fl. fr. n. 2927. Gmel. Bad. III. 330. Baumg. En. III. 31. Schlechtd. berol. I. 412. Fl. dan. t. 872. Engl. Botan. t. 349. *H. sabaudum*, Linn.

α. *vulgatum:* caule 2—4 pedali superne corymboso, foliis plus minusve elongatis lanceolatis dentatis. *H. sabaudum α. oblongifolium*, Wallr. l. c.

† caule humiliore subsimplici 1—2—floro.

β. *medium:* caule 2—2½ pedali superne corymboso, foliis ovatis abbreviatis sinuato-dentatis. *H. sabaudum β. ovatifolium*, Wallr. l. c. excl. syn. Moris.

γ. *latifolium:* caule 1½—2 pedali superne corymboso, foliis oblongo-ovalibus subintegerrimis.

In sylvis nemoribus, fruticetis ♃. Jul.—Octbr. (Planta valde varians, caule nunc humili subsimplici, nunc altissimo apicem versus magis minusve corymboso, foliis longioribus, brevioribus, angustioribus, latioribus, profunde dentatis aut integerrimis, dentibus nunc basi nunc in medio majoribus, aut omnibus subaequalibus. Pedicelli apice squamis paucis instructi. Periclinii foliola nigricantia, pilis parcis hinc inde glanduliferis adspersa.)

2235. *H. umbellatum:* caule folioso subglabro, foliis caulinis oblongo-lanceolatis linearibusve utrinque dentatis subglabris, calathiis paniculato-umbellatis, periclinii foliolis basi appressis apice squarrosis subglabris eglandulosis. Willd. III. 3. 1591. Wallr. sched. p. 425. Poll. palat. n. 748. Leers herb. n. 620. Roth. II. 2. 271. Decand. fl. fr. n. 2928. Spreng. hal.

223. Gmel. bad. III. 332. Kunth. berol. 211. Baumg. En. III. 38. Schlechtendl. berol. I. 412. Bönningh. monast. 237. Fl. dan. t. 680. *H. umbellatum*, Linn.

α. *macrocaulon:* foliis oblongo-lanceolatis sinuato-dentatis, caule orgyali. Wallr. ann. bot. 100. Sched. l. c.

β. *orthocaulon:* foliis lineari lanceolatis remote dentatis. Wallr. l. c. Clus. hirt. II. 140.

γ. *leptocaulon:* foliis linearibus integerrimis incisoque dentatis, caule debili decumbente. Wallr. sched. l. c.

Ad margines sylvarum, in nemorosis, graminosis, et in fruticetis collium. ♃. Jul. — Octbr. (A praecedente differt: foliis angustioribus et longioribus, majore glabritie praesertim foliorum, calathiis in apice caulis in umbellam vel cymam spuriam confertis, pedunculis magis squamosis, periclinii foliolis squarrosis glabris semper eglandulosis, denique achaeniorum forma magis abbreviata sub pappo non angustata. Ceterum planta more praecedentis valde variat, caule humiliore altioreve (1 — 4 pedali et ultra) subsimplici vel ramoso, erecto vel decumbente, foliis angustioribus vel latioribus, nunc subovatis nunc ovato-oblongis, nunc lineari-lanceolatis nunc linearibus, integerrimis nunc magis minusve dentatis etc.)

510. CREPIS. *Krepis.*

Periclinium ovatum, laxum, calyculatum, fructigerum saepe costatum, foliolis aequalibus dorso convexis. Clinanthium nudum, scrobiculatum. Achaenia utrinque aequalia. Pappus simplex, sessilis, pilosus, mollis, persistens, niveus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2236. *C. polymorpha:* pericliniis ovatis demum subventricosis costatis pappum aequantibus, foliolisque periclinii basalibus (calyculo) adpressis muricato-pu-

bescentibus, foliis lanceolatis pinnatifidis basi sagittatis glabris, achaeniis oblongis striatis utrinque aequalibus glabris pappo brevioribus. Wallr. sched. 426. Bönningh. Monast. 238. *Crepis virens*, Schlechtend. berol. I. 413.

α. stricta: foliis inferioribus runcinatis, caulinis sessilibus subperpendicularibus pectinato-pinnatifidis integrisve, caule stricto pedunculisque glabriusculis. *Cr. pinnatifida:* Willd. III. 3. 1604. Pers. syn. II. 376. Spreng. hal. 225. Kunth b. 211. Heller Wirceb. suppl. 72. *Cr. virens*, Hoffm. 281. All. pedem. n. 805. *Cr. stricta*, Scop carn. n. 956. Decand. cat. H. monsp. 99.

β. virens: foliis inferioribus runcinatis flaccidis, caulinis sinuato-dentatis integerrimisve basi sagittata amplexicaulibus, auriculis patentibus porrectis, caule a basi inde ramoso patulo. Wallr. l. c. *Cr. virens*, Linn. sp. 1134. Decand. fl. fr. n. 2943. Roth. II. 2. 254. Hel. Wirceb. suppl. 73. Gmel. bad. III. 340. Baumg. En. III. 37. *Cr. virens β. erecta*, Schlechtd. berol. I. 413. *Cr. tectorum*, Lam. Enc. II. 180. Poll. pal. n. 751. *Cr. agrestis*, Waldst. et Kit.

In agris ad vias passim. ☉. Jun. — Aug.

2237. *C. diffusa:* foliis inferioribus caulinisque amplexicaulibus lanceolato-linearibus parce dentatis, caule decumbente ramosissimo diffuso, pedunculis filiformibus. *Cr. diffusa*, Dec. cat. H. monsp. 98. fl. gall. V. 448. *Cr. virens*, Willd. III. 3. 1604. Pers. syn. II. 376. Mössl. 1122. *C. virens α. humifusa*, Schlechtend. l. c. *C. polymorpha γ. diffusa*, Wallr. l. c. *C. Dioscoridis*, Roth. II. 2. 255. Willd. prodr. fl. b. n. 784. *Lapsana capillaris*, Linn. sp. pl. 1. 812.

In arenosis, arvis siccioribus post messem hinc inde. ☉. Jul. — Aug. (Calathia inter congeneres minima).

2238. *C. tectorum:* pericliniis ovatis pappum aequantibus ramulisque incano-tomentosis, foliis radicalibus runcinatis, caulinis inferioribus lanceolato-linearibus sagittatis, superioribus linearibus integerrimis, margine reflexis, achaeniis linearibus apice attenuatis asperis pappum subaequantibus. Wallr. sched. 430. Willd. III. 3. 1601. Scop. carn. n. 964. Roth. II. 2. 253. Smith. britt. 837. Gmel. bad. III. 339. Dec. fl. fr. n. 2942. Spreng. hal. 224. Baumg. En. III. 36. engl. Bot. t. 1111.

β. *segetalis:* foliis caulinis inferioribus parce dentatis, panicula pauciflora laxa, caule simplicissimo. Wallr. l. c. *Cr. tectorum β. segetalis*, Roth. II. 2. 254. *C. Dioscoridis*, Poll. palat. n. 750. *Cr. stricta,* Schultz. fl. starg. suppl. 41. fl. dan. t. 501.

γ. *gracilis:* foliis caulinis omnibus subintegerrimis linearibus, caule gracili 3-4-floro. Wallr. l. c. *Cr. Lachenalii,* Dec. gall. V. 449.

In pascuis, muris tectis inter segetes, in hortis, viis, ruderatis. ☉. Jun.—Sept. (Flosculi sulphurei.)

2239. *C. cinerea:* foliis lanceolatis, inferioribus integris dentatis glabris, caulinis lanceolatis amplexicaulibus, caule sulcato-ramoso, calathiis corymbosis. *C. cinerea,* . . . . Pers. syn. II. 376. *C. tectorum,* Vill. Delph. III. 144.

In agris sterilibus. (Francon. prope Sikershausen.) ♂. . . . . (Caulis strictus, basi pilosus, ibique rubicundus, corymbosus. Folia caulina elongata, lineari-lanceolata.)

2240. *C. biennis:* pericliniis ovato-oblongis costatis muricatis pappo brevioribus, foliolis basalibus glabris patulis cinctis, caule foliisque runcinato-pinnatifidis utrinque hispidis, seminibus oblongo-linearibus apice attractis (?) exasperatis pappum aequantibus. Wallr. sched. 431. Willd. III. 3. 1603. Smith. britt. 838. Decand. fl. fr. n. 2941. Roth. II. 2. 254. Poll.

palat. n. 752. Gmel. bad. III. 341. Spreng. hal. 225. Fl. Erlang. 72. Baumg. En. III. 38. engl. Bot. t. 149. *C. biennis*, Linn. *Hedypnois biennis*, Huds. 342.

In pratis, pascuis, ruderatis, pomariis. ♂. Maj. — Aug. (Inter congeneres maxima; caulis tripedalis, setosus. Folia pinnatifida, laciniis ovatis vel linearibus, omnibus conformibus vel extrema latiore. Flores majusculi.)

2241. *C. Dioscoridis:* pericliniis tomentosis; fructigeris subrotundo-ovatis angulosis, foliis radicalibus lyrato-runcinatis, caulinis hastatis lanceolatis, inferioribus dentatis, caule erecto, pedunculis incrassatis. Decand. fl. fr. n. 2944. Willd. III. 3. 1605. Pers. syn. II. 377. Gmel. bad. III. 337. Hoffm. II. 122. Baumg. En. III. 37. Schk. t. 222. Decand. ic. pl. gall. t. 18. *C. Dioscoridis*, Schk.

In agris, pratis, ad sepes in dumetis rarissima. ⊙. Jun. — Aug. (Caulis erectus subdiffusus. Periclinia farinosa.)

511. BARKHAUSIA. *Barkhausie.*

Periclinium ovale, calyculatum, foliolis aequalibus dorso gibbosis, maturum sulcato-costatum. Clinanthium nudum. Achaenia in stipitem pappophorum capillarem attenuata. Pappus pilosus mollis in apice incrassato stipitis fasciculatus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2242. *B. foetida:* foliis runcinato-pinnatifidis scabris sessilibus, summis lanceolatis basi profunde incisis, pericliniis ovatis pubescentibus angulatis. Dec. fl. fr. n. 2948. *Crepis foetida*, Linn. sp. 2. 1133. Willd. III. 3. 1598. Leers. hal. n. 609. Poll. palat. n. 749. Roth. II. 2. 252. Smith. britt. 837. Gmel. bad. III. 334. Spreng. hal. 224. Baumg. En. III. 34. engl. Bot. t. 406. *Picris foetida*, Lam. fl. fr. 2. 108.

In pascuis siccis, collibus, ad vias, vinearum margines etc. ☉. Jul. — Aug. (Caulis diffusus. Periclinii foliola canescentia. Flosculi extus rubelli. Radix amygdalas amaras redolet.)

2243. *B. taraxacifolia:* foliis scabris, radicalibus lyrato-runcinatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus basi dentatis, pericliniis subtomentosis, foliolis basalibus margine membranaceis. Decand. fl. fr. n. 2949. *Crepis taraxacifolia*, Thuill. par. 2. 409. *C. taurinensis*, Willd. III. 3. 1595. *C. tectorum*, Vill. Delph. III. 144. (excl. syn.) *C. praecox*, Pers. syn. II. 375. *C. vesicaria*, Balbis Taur. 93. (excl. syn.) *C. Lachenalii*, Gmel. bad. III. 335.

In agris, vineis locisque graminosis siccis ad vias (M. D. Bad. sup. circa *Weil*, *Riechen* Gmel.) ☉. Jul. — Aug. (A praecedente differt: caulibus altioribus crassioribus minus hirsutis, foliorum pinna extrema semper latiori, calathiis semper erectis, odore nullo, etc.)

2244. *B. setosa:* setis in caule, pedunculis, pericliniis, nervis et oris foliorum sparsis, foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, caulinis dentatis, summis linearibus (basi hastatis), periclinii foliolis basalibus patulis. Decand. flor. fr. 2951. *Crepis setosa*, Haller (fil.) in Röm. Arch. 1. 2. p. 1. Suter Helv. n. 2. 155. Gmel. bad. III. 336. Mössl. 1120. *C. hispida*, Waldst. et Kit. pl. rar. Hung. (?)

Ad vinearum margines. (M. D. Bad. sup.) ♂. Jul. — Augst.

2245. *B. chondrilloides:* foliis pinnatis, pinnis filiformibus palmatipartitis setoso-ciliatis, caule setoso-hispido ramoso, periclinii languinoso-cani foliolis dorso hispidis, exterioribus erectis. N. ab E. *Wibelia chondrilloides*, Hoppe et H. Cent.

In Carnioliae calidioris pratis montosis saxosis. ♂. ? . . . . (Folia praeter setulas marginales glabra, om-

nia pinnata, pinnis ad basin in lacinias 3 - 8 squarroso-patentes, lineares, acutas, sectis. Caulina pauca amplexicaulia. Caulis 1 ½ pedalis erectus, setis rigidis hispidus, superne ramosus; rami inferiores subdivisi, superiores uniflori, omnes validi. Calathia iis B. alpinae fere majores, e flosculis aureis. Periclinii foliola lanceolata basi praecipue lanugine seu fere tomento albido vestita, exteriora dimido breviora, angustiora, erecta et subappressa. Pappus filiformis albus, in nostris speciminibus immaturis scilicet, sessilis, ut potius Crepidis quam Barkhausiae speciem existimes — *A Crepide tenuifolia*, quam *coronopifoliae* similem dicit Cl. Willd. quam longissime differre nostram, jam ex ipsa hac similitudine patet; tum vero et folia radicalia dentata tantum in *Cr. tenuifolia*, in *chondrilloide* pinnata.)

512. ZOLLIKOFERIA. *Zollikoferie.*

Periclinium turbinatum, laxe imbricatum, ecalyculatum, foliolis interioribus majoribus aequalibus, tempore maturitatis planis hiantibus. Clinanthium nudum. Achaenia in stipitem pappophorum attenuata. Pappus pilosus, strictus, disco terminali excavato stipitis in ambitu insertus. (N. ab E.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2246. *Z. hieracioides.* N. ab E. *Crepis apargioides*, Willd. III. 3. 1594. Mössl. 1119. *C. Apargia*, Pers. syn. II. 375. *Hieracium stipitatum*, Murr. syst. veg. ed. 14. 718. Host. syn. 433. Jacq. Austr. 3. 293.

In pratis subalpinis (Austr. Salisb. Bav.) ♃. Jun. —Augst. (Caulis sulcatus, folio unico vel tribus lineari-lanceolatis instructus, 1 - 3 florus. Calathia speciosa lutea. — Genus, a Cl. Zollikofer ab Altenklingen, Senatus judicatorii Pagi St. Gallensis membro, jam ante annos *Peltidii* nomine propositum, sibique id quidem satis constans, neque, ut aliis placuit, cum *Barkhausia*, confundendum, ob nimiam Peltidii appellatio-

nis cum *Peltidea* similitudinem, inventoris potius memoriae et nomini dicamus. N. ab E.)

513. HYOSERIS. *Schweinesalat.*

Periclinium calyculatum. Clinanthium nudum. Achaenia in centro calathii pappo piloso inaequali in radio pappo squamato subabortivo instructa.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2247. H. *radiata:* scapis unifloris nudis, foliis glabris lyrato-runcinatis dentatis, lacinia terminali trifida. Dec. fl. fr. n. 2956. Willd. III. 3. 1612. Pers. syn. II. 369. H. *radiata*, Linn.

In agro Tubingensi? — ♃. Jul. — Augst.

514. HYPOCHAERIS. *Freudenkraut.*

Periclinium subcylindrycum, imbricatum. Clinanthium paleaceum. Achaenia difformia. Pappus plumosus, radii sessilis copiosior, disci stipitatus parcior.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2248. H. *glabra:* glabra, foliis radicalibus dentato-sinuatis, caule ramoso nudo. Decand. fl. fr. n. 2954. Willd. III. 3. 1621. Poll. palat. n. 755. Roth. II. 2. 237. Smith. britt. 841. Gmel. bad. III. 345. Hoffm. II. 123. Spreng. hal. 228. Heller Wirceb. II. 245. Kunth berol. 212. Fl. Erlang. 73. Baumg. En. III. 47. Bönningh. Monast. 239. engl. Bot. t. 575. fl. dan. t. 424. Schk. t. 225. H. *glabra*, Linn.

In ericetis, campis arenosis, pomaris pratisque sterilioribus. ⊙. Jun. — Augst. (Flosculi flavi.)

515. ACHYROPHORUS. *Ferkelkraut.*

Periclinium oblongum, imbricatum. Clinanthium paleaceum. Achaenia uniformia. Pappus stipitatus, plumosus, uniformis.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.

2249. *A. maculatus:* hirtus, caule simplici subaphyllo, foliis radicalibus oblongis vel obovato-oblongis integris dentatis, pedunculis squamosis. *A. maculatus*, Scop. carn. n. 986. Schlechtd. berol. I. 415. Bönningh. Monast. 239. *Hypochaeris maculata*, Linn. sp. pl. 1140. Willd. III. 3. 1620. Poll. palat. n. 754. Roth. II. 2. 236. Decand. fl. fr. n. 2961. Smith. britt. 840. Gmel. bad. III. 343. Fl. Erlang. 73. Baumg. En. 47. engl. Bot. t. 225. fl. Dan. 149.

In pascuis montosis, pratis altioribus siccioribus rarior. ♃. Jun. — Jul. (Differt a sequente: caule simplici pericliniisque hirtis, calathiis multo majoribus, foliis plerumque castaneo-maculatis, et achaeniis transverse rugulosis.)

2250. *A. radicatus:* glaber caule ramoso subaphyllo, foliis oblongis runcinatis obtusis scabris, pedunculis squamosis. *A. radicatus*, Scop. carn. n. 987. Schlechtend. l. c. Bönningh. l. c. *Hypochaeris radicata*, Linn. sp. pl. 1140. Willd. III. 3. 1622. Poll. palat. n. 756. Smith. britt. 842. Roth. II. 2. 237. Decand. fl. fr. n. 2963. Gmel. bad. III. 346. Fl. Erlang. 73. Spreng. hal. 228. Heller Wirceb. l. c. Baumg. En. III. 48. fl. dan. t. 150. engl. Bot. t. 831. Curt. Lond. t. 152.

In pratis, pascuis siccis, ad vias agrorum margines, in nemoribus frequens. ♃. Jun. — Jul.

2251. *A. uniflorus:* caule simplici folioso unifloro, foliis oblongo-lanceolatis dentatis. *Hypochaeris uniflora*, Allion pedem. 850. t. 30. f. 1. Vill. Delph. III. 61. Hoffm. II. 123. Baumg. En. III. 46. H. *helvetica*, Willd III. 3. 1620. Pers. syn. II. 378. Jacq. ic. rar. t. 165.

In alpibus. (Styr. Salisb. Sudet. Siles. Austr.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis sub calathio incrassatus. Foliola periclinii serrato-ciliata.

516. LÁPSANA. *Rainkohl.*

Periclinium ovatum, foliolis planis aequalibus apice subconniventibus (canaliculatis), basalibus pusillis lanceolato-acutis calyculatum. Clinanthium nudum, papillulis depressis. Achaenia compressa, uno latere plana, altero convexiuscula, apice truncata, pappo destituta.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2252. *L. foetida:* acaulis, scapo unifloro, foliis runcinato pinnatifidis, lacinia terminali rhombea. Decand. fl. fr. n. 2875. Willd. III. 3. 1622. Scop. carn. n. 989. Baumg. En. III. 45. *Hyoseris foetida*, Pers. syn. II. 369. Roth. II. 2. 278. Hoffm. II. 122. Waldst. et Kit. pl. r. Hung. 1. 48. t. 49. Sturm. I. 37.

In alpinis, subalpinis (Austr. Carniol. Carinth. Salisb. in montosis sylvaticis. Bav.) ♃. Jun. — Jul.

2253. *L. communis:* caulescens, caule erecto striato ramoso, foliis ovatis petiolatis angulato-dentatis. Decand. fl. fr. n. 2876. Willd. III. 3. 1624. Scop. carn. n. 988. Leys. hal. n. 711. Poll. palat. n. 757. Smith. britt. 842. Roth. II. 2. 278. Spreng hal. 221. Gmel. bad. III. 349. Heller Wirceb. II. 246. Fl. Erlang. 72. Schlechtend. berol. I. 416. engl. Bot. t. 844. fl. dan. t. 500.

In ruderatis, cultis, sylvis, in dumetis, ad sepes. ☉. Maj. — Sept. (Calathia parva e flosculis flavis.)

517. ARNOSERIS. *Milchen.*

Periclinium ovatum, calyculatum, e foliolis dorso gibbosis, demum torulosum, globoso-connivens. Clinanthium nudum, excavato-punctatum. Achaenia angulata, sulcata. Pappus: margo coriaceus, erectus, integerrimus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2254. *A. pusilla:* scapo subtrifloro, pedunculis fistulosis clavato-incrassatis, foliis ovato-oblongis

denticulatis (vel integris). *A. pusilla*, Gärtn. de fruct. 2. 355. t. 157. f. 3. Gmel. bad. III. 317. Hel. Wirceb. II. 246. Fl. Erlang. 72. Baumg. En. III 45. Schlechtend. berol. I. 416. *Lapsana pusilla*, Willd. III. 3. 1623. Spreng. hal. 221. Kunth. berol. 213. Schk. t. 224. *L. minima*, Decand. fl. fr. n. 2874. *Hyoseris minima*, Linn. sp. pl. 2. 1138. Poll. palat. n. 753. Smith. britt. 839. Roth. II. 2. 278. Willd. prodr. fl. berol. n. 785. Hoffm. II. 122. fl. dan. t. 201. engl. Bot. t. 95.

In agris arenosis, inter segetes, in campis sterilibus siccis. ☉. Jun. — Jul.

518. CICHORIUM. *Cichorie.*

Periclinium duplex, externum 5-phyllum brevius, internum 8-phyllum, foliolis basi coalitis. Clinanthium nudiusculum. Achaenia compressa, angulis acutis. Pappus sessilis, squamosus, achaenio brevior, e squamulis rigidis pectiniformibus.

(*Compositae*, ord. *Cichoraceae*, Juss. Decand.)

2255. *C. Intybus:* floribus sessilibus axillaribus geminis, foliis runcinatis, nervis subhirsutis. Decand. fl. fr. n. 2996. Willd. III. 3. 1628. Jacq. vind. 137. Scop. carn. n. 991. Poll. palat. n. 758. Roth. II. 2. 235. Smith. britt. 843. Gmel. bad. III. 351. Kunth. berol. 213. Fl. Erlang. 74. Baumg. En. III. 48. Bönningh. monast. 214. engl. Bot. t. 539. Hayne Abbild. II. t. 24. Sturm. I. 6. *C. Intybus*, Linn.

Ad vias, margines agrorum, in graminosis siccis; ruderatis. etc. ♃. Jul. — Augst. (occur. foliis oblongis integris, flosculis coeruleis, dilute purpureis et albis. Rami divaricati. — Folia radicalia in florente planta desunt.)

2256. *C. Endivia:* pedunculis axillaribus geminis, altero elongato unifloro, altero brevissimo sub-4-floro, foliis oblongis denticulatis glabris. Decand. fl. fr.

n. 2997. Willd. III. 3. 1629. Pers. syn. II. 379. Gmel. bad. III. 352. Bönningh. mon. 240. *C. Endivia*, Linn.

β. crispum: floribus solitariis pedunculatis, foliis fimbriatis crispis. Mill. dict. n. 4. Pers. syn. 379. *Endivia crispa*, Bauh. pin. 125.

Ex India orientali ad vectum, colitur in hortis frequens. ☉. Jul. — Aug.

II. Carduaceae. *Calathium subglobosum e flosculis tubuloso infundibuliformibus.*

519. CÁRDUUS. *Distel.*

Periclinium ovatum, ventricosum, foliolis spinosis. Clinanthium setis vel pilis (villosis) obsitum. Achaenia obovata, tetragona angulis obliteratis. Pappus pilosus, simplex, basi annulo insertus, deciduus.

Compositae, ord. *Cynarocephala*, Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2257. *C. nutans:* foliis semidecurrentibus spinosis, calathiis cernuis, periclinii foliolis lanceolatis, externis patentibus, interioribus sursum erectis. Willd. III. 3. 1648. Pers. syn. II. 384. Poll. palat. n. 763. Decand. fl. fr. n. 3017. Smith. britt. 848. Roth. II. 2. 289. Gmel. bad. III. 359. Heller Wirceb. II. 251. Fl. Erlang. 76. Willd. prodr. fl. b. n. 793. Baumg. En. III. 55. engl. Bot. t. 1112. fl. dan. t. 675. *C. nutans*, Linn.

In ruderatis, ad vias, in agris, sylvis arenosis; pascuis graminosis etc. ♂. Jun. — Augst. (Caulis simplex vel ramosus. Calathia magna; flosculi intense purpurei vel carnei, rarius albi, odore dulci submoschato.)

2258. *C. acanthoides:* foliis decurrentibus sinuato - spinosis, pericliniis globosis subpedunculatis,

foliolis linearibus recurvis. Dec. fl. fr. n. 3016. Willd. III. 3. 1650. Pers. syn. II. 385. Smith. britt. 848. Poll. palat. n. 765. Roth. II. 2. 290. Spreng. hal. 229. Hoffm. II. 125. Baumg. En. III. 55. Bönning. monast. 241. engl. Bot. t. 973. Jacq. austr. t. 249. *C. acanthoides*, Linn. 2. 1150. *C. polyacanthos*, Schreb. spicil. fl. Lips. 15. Fl. Wetter. III. 159. Fl. Erlang. 76. Gmel. bad. III. 360. *C. crispus*, Huds. Angl. 2. 350.

In agris, ad vias, sepes, in ruderatis passim. ⊙. Jul. — Aug. A sequente pericliniis solitariis villosis, cauleque humiliore magis ramoso, foliisque rigidioribus distinctus.)

2259. *C. crispus:* foliis decurrentibus oblongis sinuatis margine spinosis subtus lanuginosis, calathiis pedunculatis aggregatis terminalibus, periclinii foliolis lineari-subulatis mucronatis patulis. Decand. fl. fr. n. 3019. Willd. III. 3. 1652. Pers. syn. II. 385. Poll. palat. n. 765. Gmel. bad. III. 360. Roth. II. 2. 290. Spreng. hal. 229. Hell. Wirceb. II. 252. Kunth. berol. 215. Baumg. En. III. 57. Schlechtendl. berol. I. 419. Bönningh. l. c. Fl. dan. t. 621.

In agris, cultis, ad vias, sepes, inque ruderatis, locis humidis graminosis. ⊙. Jun.—Aug. (Flores purpurei, rarius albi.)

2260. *C. tenuiflorus:* foliis decurrentibus sinuatis subtus tomentosis, pericliniis subcylindricis aggregatis, pedunculis appendiculato-spinosis, foliolis lanceolatis erectiusculis. Decand. fl. fr. n. 3014. Sm. britt. 849. Willd. III. 3. 1652. Pers. syn. II. 385. Bönnigh. monast. 241. Engl. Bot. t. 412. *C. tenuiflorus*, Curt. Lond. fasc. 6. t. 55. *C. acanthoides*, Huds. angl. 351. Lightf. Scot. I. 451.

Ad vias, circa domicilia. (Westphal. atque procul dubio in pluribus locis) ♂. ⊙. Jun.—Septbr. (Herba tomentoso-albida. Folia sinuata, planiuscula, supra saturate viridia, subtus lanata. Calathia parva, con-

gesta, terna aut quaterna, pallide purpurea, periclinio subcylindrico, foliolis planis erectis laeviusculis acute spinosis.)

2261. C. *arctioides:* foliis decurrentibus profunde pinnatifidis, laciniis sursum dentatis apice spinosis, margine setaceo-ciliatis, periclinii foliolis lanceolato-subulatis apice coloratis incurvatis. Willd. III. 3. 1656. Pers. syn. II. 385. Mössl. 1132. *Carduus centauroides*, Hoppe Hoffm. II. 124. *Arctium carduelis*, Linn. mant. 108. *Cirsium arctioides*, Scop. carn. n. 997. t. 53.

In alpibus (Carniol. Carinth.) ♃. Jul.—Augst. (Statura *Cirsii arvensis*. Folia juniora subtus alba, adulta glabra. Flores terminales, pedunculati, purpurascentes.)

2262. C. *defloratus:* foliis semidecurrentibus pinnatifido-serratis subspinoso-ciliatis nudis, radicalibus indivisis, pedunculis unifloris lanuginosis. Decand. fl. fr. n. 3020. Willd. III. 3. 1657. Jacq. Vind. 177. Pers. syn. II. 385. Roth. II. 2. 291. Hoffm. II. 126. Spreng. hal. 230. Gmelin. bad. III. 363. Jacq. Austr. t. 89. C. *defloratus*, Linn. sp. pl. 1152. C. *glaucus*, Baumg. En. III. 58. C. *cirsioides*, Vill. Delph. III. 12. *Hirsium defloratum*, Scop. Carn. n. 1003. *Hirs. leucostylum*, Mönch.

In montosis sylvaticis, nemoribus, pratis alpinis. (Austr. Carniol. Bavar. Saxon etc.) ♃. Jun.—Aug. (Folia interdum valde spinosa et parum serrata. Calathia e violaceo-purpurea, rarius alba, longissime pedunculata, subnutantia.)

2263. C. *pannonicus:* foliis semidecurrentibus lanceolatis integerrimis ciliatis, pedunculo longissimo unifloro lanuginoso. Willd. III. 3. 1658. Pers. syn. II. 385. Host. synops. 442. Mössl. 1133. Baumg. En. III. 58. C. *pannonicus*, Linn. suppl. 348. *Cirsium serratuloides*, Jacq. austr. V. 3. t. 5.

In montosis asperis (Austr.) ♃. Jun.—Jul. (Fo-

lia vix decurrentia, repando-dentata. Periclinii ovati foliola inermia, linea alba notata. Flosculi pallide purpurei.)

2264. *C. Personata:* foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis subtus subvillosis, radicalibus basi pinnatifidis, calathiis subsessilibus congestis, periclinii foliolis recurvatis. Decand. flor. fr. n. 3025. Willd. III. 3. 1651. Pers. syn. II. 385. Gmel. bad. III. 364. Heller. Wirceb. suppl. 74. Baumg. En. III. 57. *C. Personata*, Jacq. Austr. t. 348. *C. arctioides*, Vill. Delph. III. 22. *Arctium Personata*, Linn. sp. pl. 2. 1114. Jacq. Vind. 275. Hoffm. II. 124.

In montanis subalpinis (Austr. Bavar. Salisb. Siles. Styr. Suev. Francon. Würceb. etc.) ♂. Jul. — Aug. (Pedunculi tomentosi et spinulosi. Flosculi purpurei.)

520. SILYBUM. *Mariendistel.*

Periclinium ventricosum, imbricatum, foliolis appendiculatis, appendicibus refracto-patulis spinoso-rostratis. Clinanthium paleaceum. Pappus pilosus, ciliatus, basi in annulum conferruminatus.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2265. *S. marianum:* foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis. *S. marianum*, Gärtn. 2. 378. t. 162. f. 2. Schlechtdtl. berol. I. 322. *Carduus marianus*, Linn. sp. pl. 2. 1153. Willd. III. 3. 1659. Roth. II. 2. 292. Smith. britt. 851. Spreng. hal. 230. Gmel. bad. III. 365. Kunth. berol. 215. Baumg. En. III. 59. Engl. Bot. t. 976. *Cirsium maculatum*, Scop. carn. n. 1009.

In aggeribus, vineis, ruderatis, ad sepes, rarius. ☉. Jul. — Aug. (Nervi foliorum albi. Spinae periclinii canaliculatae.)

521. CIRSIUM. *Kratzdistel.*

Periclinium ovatum, ventricosum, imbricatum, foliolis apice subulato-spinosis. Clinanthium paleis (setosis) obsitum. Achaenia obovata, subangulata. Pappus plumosus, basi in annulum caducum conferruminatus.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

α.) Foliis decurrentibus.

2266. C. *palustre:* foliis decurrentibus lanceolatis dentatis margine spinosis subtus lanatis, calathiis racemoso-glomeratis, periclinii foliolis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis. Decand. fl. fr. n. 3072. *Cirsium palustre*, Scop. carn. n. 1004. *Carduus palustris*, Linn. sp. pl. 1151. Pers. syn. II. 386. Poll. pal. n. 766. Sm. br. 850. Schlechtendt. berol. I. 420. Engl. Bot. t. 974. *Cnicus palustris*, Willden. III. 3. 1662. Roth. II. 2. 283. Gmel. bad. III. 369. Bieberst. Taur. Cauc. II. n. 1655.

β. foliis subtus nudis. Decand. fl. fr. IV. 111.

In pascuis humidis paludosis, sylvaticis. ♂. Jun. — Jul. (Planta stricta, plerumque simplex, 4 — 6 pedalis.)

2267. C. *lanceolatum:* foliis decurrentibus hispidis pinnatifidis, laciniis bilobis divaricatis spinosis, pericliniis ovatis arachnoideo-pubescentibus, foliolis lanceolatis spinosis patentibus. Dec. flor. fr. n. 3073. *Cirsium lanceolatum*, Scop. carn. n. 1007. *Carduus lanceolatus*, Linn. sp. pl. 2. 1149. Pers. syn. II. 387. Poll. pal. n. 762. Sm. britt. 847. Schlechtendl. berol. I. 420. Bönningh. monast. 242. Engl. Bot. t. 107. Fl. Dan. t. 1173. *Cnicus lanceolatus*, Willd. III. 3. 1666. Roth. II. 2. 282. Hoffm. II. 127. Gmel. bad. III. 370. Spreng. hal. 230. Kunth. berol. 215. Fl. Erl. 77. Baumg. En. III. 60.

In ruderatis circum pagos ad vias, in pascuis, ag-

geribus, sylvarum graminosis. ♂. Jul. — Aug. (Calathia magna. Flosculi purpurei.)

2268. C. *canum:* foliis decurrentibus lanceolatis eroso-dentatis ciliato-aculeatis utrinque arachnoideo-subvillosis, pedunculis nudis tomentosis solitariis, periclinii foliolis ovato-lanceolatis adpressis mucronatis. *Cnicus canus,* Willd. Roth. II. 2. 285. Hoffm. II. 128. Baumg. En. III. 60. *Carduus canus,* Linn. Mant. 105. Pers. syn. II. 386. Jacq. Austr. t. 42. 43. *Carduus tuberosus,* Jacq. Vind. 146 et 280. (secund. Roth.)

In pratis humidis (Austr. Francon. Siles — Saxon. (?)) ♃. Jul. — Aug. (Periclinii foliola mucrone patente purpureo armata. Flosculi purpurei. Folia caulina inferiora amplexicaulia subintegerrima setoso-ciliata, superiora minora, decurrentia. Pedunculi elongati.)

2269. C. *parviflorum:* foliis basi adnatis subdecurrentibus lanceolatis nudis pinnatifidis ciliato-spinulosis inermibus, periclinii basi tomento albo vestiti, foliolis lanceolatis arcte imbricatis apice spinulifero demum recurvo. *Cnicus parviflorus,* Heller, Wirceb suppl. 76. *Carduus parviflorus,* Willd. sp. pl. III. p. 1658.

In sylvaticis turfosis (Würceb. prope *Grossenlangheim,* in sylva *Struth* prope Marktbreit) ♃. Jul. Septbr. (Calathia brevissime pedunculata, figura florum Serratulae tinctoriae, terminalia 3. 6. 10 conglomerata et solitaria axillaria, e flosculis albidis.)

β.) Foliis amplexicaulibus vel sessilibus.

2270. C. *spinosissimum:* foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis spinosis pubescentibus, caule simplici, calathiis terminalibus congestis, periclinii foliolis lanceolatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 3078. *C. spinosissimum,* Scop. carn. n. 1006. *Cnicus spinosissimus,* Willd. III. 3. 1684. Hoffm. II. 129. *Carduus spinosissimus,* Pers. syn. II. 390.

In alpibus (Austr. Bavar. Suev.) ♃. Jul. — Aug. (Folia et periclinia spinis copiosissimis flavescentibus instructa. Flosculi ochroleuci.)

2271. C. *oleraceum:* foliis amplexicaulibus cordatis pinnatifidis ciliato-serratis, calathiis terminalibus subracemosis bracteatis, bracteis ovatis ciliatis, periclinii foliolis lanceolatis spinosis. Decand. fl. fr. *Cirsium oleraceum,* Wigg. primit. fl. Hols. 59. Scop. carn. n. 998. *Cnicus oleraceus,* Linn. sp. pl. 1156. Willd. III. 3. 1678. Poll. palat. n. 771. Roth. II. 2. 280. Gmel. Bad. III. 381. Kunth. berol. 216. Cham. adn. 12. Baumg. En. III. 64. Fl. dan. t. 860. Schk. t. 229. *Carduus oleraceus,* Pers. syn. II. 389. Schlechtendl. Berol. I. 422. Bönningh. monast. 245.

In pratis humidis, ad fossas. ♃. Jul. — Augst. (Tota subglabra, omnium congenerum mitissima herba. Calathia singula bractea foliacea magna flavovirescente suffulta. Flosculi ochroleuci, rarius purpurei.)

2272. C. *tartaricum:* foliis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis dentatis ciliato-spinosis, pedunculis 1 floris, pericliniis bracteatis, foliolis lanceolatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 3080. *Cnicus tartaricus,* Willd. III. 3. 1677. Hoffm. II. 129. Heller. Wirceb. suppl. 75. Jacq. Austr. t. 90. *Carduus tartaricus,* Pers. syn. II. 388.

In sylvaticis udis (Austr. Francon. Erfort. Suevofurt. etc.) ♃. Jul. (Folia radicalia in petiolum decurrentia subintegerrima, caulina inferiora inciso-dentata. Calathia pauca, breviter pedunculata, e flosculis albidis.)

2273. C. *Erisithales:* foliis amplexicaulibus decursive pinnatifidis ciliatis, pinnis lanceolatis trinerviis, summis confluentibus, pedunculis cernuis, periclinii foliolis glutinosis reflexis. Decand. fl. fr. n. 3082. (sub C. *ochroleuco*) C. *Erisithales,* Scop. carn. n. 990. *Cnicus Erisithales,* Willd. III. 3. 1679.

Roth. II. 2. 281. Hoffm. II. 127. Baumg. En. III 64. Jacq. Austr. t. 310. *Carduus Erisithales*, Jacq. Vind. 279. Pers. syn. II. 389.

In alpinis (Austr. Carniol. — ?Francon.) ♃. Jul. Augst. (Calathia nutantia, flosculis ochroleucis, purpurascentibus vel albis. Pedunculi aphylli.)

2274. C. *praemorsum:* foliis auriculato-amplexicaulibus pinnatifidis, laciniis subintegerrimis ciliato-spinosis, radicalibus indivisis ovato-lanceolatis, pedunculis erectis hinc inde inflexis, calathiis (3-6) ebracteatis, pericliniis glabris, foliolis apice spinis patulis armatis, (radice fasciculata praemorsa.) *Cnicus praemorsus*, Michl. Bot. Zeit. 1820. I. 317.

In pratis humidis (Salisb.) ♃. Jun. — Aug. (Flosculi pallide ochroleuci, staminibus purpureis.)

2275. C. *carniolicum:* foliis cordatis amplexicaulibus ovato-oblongis dentatis ciliatis, radicalibus oblongis obtusis sinuatis ciliatis, calathiis terminalibus subcongestis, pericliniis bracteis 3 lanceolati-ciliatis suffultis, foliolis lineari-lanceolatis patulis. *Cirsium carniolicum*, Scop. carn. n. 1005. t. 54. *Cnicus carniolicus*, Willd. III. 2. 1677. *Carduus carniolicus*, Pers. syn. II. 388.

In alpibus (Carniol. Carinth.) ♃. . . . . (Caulis et petioli hirti. Flosculi ochroleuci.)

2276. C. *tuberosum:* foliis semiamplexicaulibus pinnatifidis ciliato-spinosis, laciniis oblongo-lanceolatis bi-trilobisve basi sursum dentatis, caule sub-1-floro, periclinii foliolis lanceolatis mucronatis glabris patulis, radicibus in bulbos oblongos incrassatis. Wallr. sched. 445. *Cirsium tuberosum*, Allion. pedem. n. 551. C. *bulbosum*, Decand. fl. fr. n. 3087. *Cnicus tuberosus*, Willd. 3. 1680. Roth. II. 2. 284. Gmel. bad. III. 377. Heller, Wirceb. suppl. 77. Spreng. hal. 231. Baumg. En. 65. *Cnicus spurius*, Hoffm. II. 128. *Carduus tuberosus*, Pers. syn. II. 389. Poll. palat. n. 708. *Card. bulbosus*, Lam. Enc. I. 705.

β. foliis profundius incisis angustioribus. *Cirs. dissectum*, Lam. fl. fr. II. 27.

In pratis humidis (Austr. Suev. Bav. Palat. Wetterav. Francon. Saxon. M. D. Bad. sup.) ♃. Jul. — Aug. (Pedunculi elongati, lanati. Flosculi purpurei, rosei aut ochroleuci.)

2277. C. *heterophyllum:* foliis sessilibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque subtus niveis, periclinio inermi, caule subunifloro. Linn. flor. suec. 281. (sub *Carduo heterophyllo.*) *Cirsium heterophyllum*, All. pedem. n. 554. t. 34. *Cnicus heterophyllus*, Willd. III. 3. 1673. Hoffm. II. 129. Gmel. bad. III. 374. Baumg. En. III. 62. *Carduus heterophyllus*, Linn. sp. pl. 2. 1154. Pers. syn. II. 388. Smith. britt. 853. Wahlenb. Carp. n. 826. Engl. Bot. t. 675. Fl. Dan. t. 109. C. *helenioides*, Huds. Angl. 352. Lights. Scot. I. 457.

In alpinis subalpinis (Styr. Carn. Bavar. Salisb. in pratis montosis humidis M. D. Bad. Sup. Francon. Siles.) ♃. Jul. — Augst. (Planta valde polymorpha. Folia inferiora in planta prope Heiligenblut lecta oblongo-lanceolata, dentata, in petiolum decurrentia, alia pinnatifida sessilia. Calathia magna, purpurea, longe pedunculata, stylis elongatis exsertis.)

2278. C. *serratuloides:* foliis sessilibus lanceolatis ciliatis subtus strigosis, radicalibus sinuatis, caule ramoso, periclinii foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis, apice recurvatis. *Cirsium serratuloides*, Scop. carn. n. 1002. *Cnicus serratuloides*, Willd. III. 3. 1674. Roth. II. 287. Baumg. En. III. 63. *Carduus serratuloides*, Pers. syn. II. 388. Jacq. Vind. 281. Austr. t. 127.

In pratis montosis, alpinis. (Austr. Carniol.?) ♃. Jun. — Jul. (Caulis ramosus; folia utrinque viridia, flosculi purpurei.

2279. C. *pygmaeum:* foliis lineari-lanceolatis hirsutis margine revolutis, caule 1-floro villoso, pe-

riclinii foliolis ovato lanceolatis adpressis. *Cirsium pygmaeum*, Scop. carn. n. 996. *Cnicus pygmaeus*, Linn. sp. pl. 1156. Host. syn. 444. Hoffm. II. 130. *Serratula pygmaea*, Willd. III. 3. 1640. Pers. syn. II. 390. Jacq. austr. t. 440.

In alpibus (Styr. Austr. Carniol.) ♃. Jul.—Aug. (Caulis 1—3 pollicaris. Folia angusta, viridia.)

2280. C. *anglicum:* foliis sessilibus lanceolatis subdentatis ciliatis subtus lanuginosis, inferioribus subincisis, caule nudiusculo 1-floro, periclinii villosi foliolis lanceolatis mucronatis adpressis. Decand. fl. fr. n. 3088. *Cirsium anglicum*, Raj. synop. 193. *Cnicus pratensis*, Willd. III. 3. 1672. C. *anglicus*, Gmel. bad. III. 372. *Carduus pratensis*, Smith. britt. 854. Huds. Angl. 2. 353. Pers. syn. II. 388. Engl. Bot. t. 177. excl. Jacq. syn. C. *anglicus*, Lam. Enc. I. 505. C. *heterophyllus*, Lightf. scot. 1. 456. C. *dissectus*, Huds. ed. 1. 307.

In pratis montosis humidis apricis Comitatus *Nellenburgensis*, inter *Stokach* et *Zizzenhausen*, in M. D. Bad. super passim) ♃. Jun.—Jul. (Folia subtus lanuginosa nec tomentosa. Flosculi purpurei, caeterum C. heterophyllo maxime affine.)

2281. C. *setosum:* foliis oblongis glabris serrulatis setaceo-ciliatis, obtusis mucronatis, caule fastigiato-corymboso, pedunculis incanis, periclinii subpubescentis foliolis ovatis acutis submucronatis. *Serratula setosa*, Willd. III. 3. 1645. Pers. syn. II. 391. *Cnicus setosus*, Günth. En. 135.

In agris (Siles, Woefelsdorf in der Grafschaft.) ♂. . . . . (Habitus C. arvensis!)

2282. C. *rivulare:* foliis dentatis ciliatis nudis, inferioribus pinnatifidis (laciniis oblongis), superioribus integris sessilibus, calathiis glomeratis, periclinii glutinosi foliolis ovato-lanceolatis adpressis. C. *rivulare*, Allion. ped. n. 334. t. 35. C. *tricepha-*

lodes, Decand. fl. fr. n. 3084. *Cnicus rivularis*, Willd. III. 3. 1676. Gmel. bad. III. 376. Mössl. 1137. *Carduus rivularis*, Murr. Linn. system. veg. ed. 14. 727. Wahlenb. Carp. n. 827. Jacq. austr. t. 91. *β. C. salisburgense*: foliis radicalibus integris, caule paucifloro. *Cnicus salisburgensis*, Willd. III. 3. 1675. Sternb. et H. Denkschr. der botan. Gesch. in Regensb. 1818. p. 140.

In pratis humidis (Austr. Suev. circa Thermas prope *Müllheim* M. Duc. Bad. sup. etc.) ♃. Maj. — Jun. (Flosculi purpurei.)

2283. C. *rigens*: foliis sessilibus pinnatifidis, laciniis inciso-serratis margine spinosis, caule ramoso, pericliniis oblongis bracteatis, foliolis ovatis adpressis. *Cirsium rigens*, Wallr. sched. 446. (exclus. syn. Cirs. tartar. All. Decand.) *Cnicus rigens*, Willd. III. 3. 1675. C. *Lachenalii*, Gmel. bad. III. 380. *Carduus rigens*, Pers. syn. II. 388. Ait. Kew. 3. 144. La Chenal in Act. Helv. IV. t. XVI. p. 294.

In pascuis macilentis (Suev. M. D. Bad. sup. prope Weil. in pascuis editioribus. Saxon. prope Rosleben.) ♃. Jul. — Sept. (Periclinii foliola ovato-lanceolata. Flosculi albidi.)

2284. C. *eriophorum*: foliis sessilibus decursivo pinnatis hispidis, laciniis geminatis divaricatis spinosis, pericliniis globosis arachnoideo-villosis, foliolis oblongis apice linearibus elongatis mucronatis reflexis. Decand. fl. fr. n. 3091. *Cirsium eriophorum*, Scop. carn. n. 1008. *Cnicus eriophorus*, Willd. III. 3. 1669. Roth. II. 2. 286. Spreng. hal. 230. Gmel. bad. III. 371. Heller, Wirceb. II. 259. Baumg. En. III. 61. *Carduus eriophorus*, Linn. sp. pl. 1153. Jacq. Vind. 146. Leys. hal. n. 816. Poll. palat. n. 767. Pers. syn. II. 387. Smith. britt. 852. Wahlenb. Carp. n. 823. Jacq. Austr. t. 171. Engl. Bot. t. 386. C. *eriocephalus*, Buxb. Halens. 56.

In montosis, collibus apricis, ad vias (Austr. Carniol. Bavar. Suev. Francon. Palat. Saxon. M. D. Bad. super. etc.) ♂. Jul. — Septbr. (Planta speciosa alta. Folia spinis lutescentibus horrida, supra setulis hirta, subtus dense lanata. Folia juniora moschum redolent.

2285. C. *arvense:* foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis undulatis spinosis subtus subincanis, caule paniculato, pericliniis primum globosis demum cylindricis. Decand. flor. fr. n. 3090. *Cirsium arvense,* Scop. carn. n. 1001. *Serratula arvensis,* Linn. sp. pl. 1149. Willd. III. 3. 1646. Leers herb. n. 632. Poll. palat. n. 761. Roth. II. 2. 294. Gmel. bad. III. 357. Kunth. berol. 214. Flor. dan. t. 644. *Carduus arvensis,* Pers. syn. II. 388. Smith. britt. 850. Schlechtdl. berol. t. 421. Engl. Bot. t. 975. Curt. Lond. fasc. 6. t. 57. *Cnicus arvensis,* Hoffm. II. 130. Spreng. hal. 231. Baumg. En. III. 65.

In agris arvis, inter segetes, ad vias. ♃. Jun. — Aug. (Flosculi pallide purpurei, quandoque albidi.)

2286. C. *acaule:* foliis pinnatifidis dentatis ciliato-spinosis, pedunculis radicalibus 1-floris brevissimis, interdum subnullis, periclinii foliolis lanceolatis arcte imbricatis. Decand. flor. fr. n. 3089. *Cirsium acaule,* Scop. carn. n. 1010. Wiggers primit. fl. Hols. 59. *Carduus acaulis,* Linn. sp. pl. 1156. Poll. palat. n. 770. Leers herb. n. 630. Smith. britt. 855. Pers. syn. II. 389. Jacq. Collect. 1. 239. Engl. Bot. t. 161. Fl. dan. t. 1114. *Cnicus acaulis,* Willd. III. 3. 1681. Roth. II. 2. 288. Gmel. bad. III. 379. Spreng. hal. 231. Kunth. berol. 216. Baumg. En. III. 66. Schlechtendl. berol. I. 421.

β. *caulescens:* caule palmari subpedali folioso 1-floro. *Cnicus dubius,* Willd. prodr. fl. berol. n. 801. t. 6. f. 11. Roth. II. 2. 288. Gmel. bad. III. 379.

In pascuis, viis, collibus, locis graminosis subhumentibus, β. rarius. ♃. Jul.—Augst. (Flosculi intense purpurei rarius albi.)

522. SERRATULA. *Scharte.*

Periclinum ovato-cylindricum, imbricatum, foliolis acuminatis inermibus. Clinanthium paleis setaceis obsitum. Achaenia obovata. Pappus simplex, setosus, denticulatus subaequalis, sessilis, persistens.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephala*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2287. *S. tinctoria:* foliis argute serratis integris pinnatifidisque, periclinii foliolis adpressis ovatis acutis, interioribus linearibus duplo longioribus coloratis, calathiis corymbosis. Wallr. sched. 451. Willd, III. 3. 1638. Poll. palat. n. 760. Roth. II. 2. 293. Smith. britt. 845. Decand. fl. fr. n. 326. Gmel. bad. III. 365. Kunth. berol. 214. Spreng. hal. 222. Fl. Erlang. 75. Baumg. En. III. 51. Engl. Bot. t. 38. Sturm. I. 3. *S. tinctoria*, Linn. *Carduus tinctorius*, Scop. carn. n. 1012.

α. *integrifolia:* foliis omnibus integris. Wallr. l. c.

β. *heterophylla:* foliis radicalibus subintegris, reliquis incisis laciniatisve. Wallr. l. c.

γ. *dissecta:* foliis omnibus conformibus, in lacinias oblongas argute serratas decursive decurrentes dissectis. Wallr. l. c. (excl. syn. All.)

In montanis nemorosis, dumetis, pascuis; (β. in pomariis sylvaticis nemorum oris vineisque ad Lodersleben, Saxon. Thuring. Hercyn.) ♃. Jun. — Septbr. (Flosculi carnei, purpurei, rarius albi.)

2288. *S. simplex:* foliis sessilibus decursive interrupte pinnatifidis, supra pellucido glandulosis marginae revolutis subtus tomentosis nervosis, superioribus subsimplicibus, periclini foliolis exterioribus lanceolato-linearibus squarrosis tomentosis, interioribus membranaceis coloratis glabris. Wallr. sched. crit. 452. (S. mollis) *Serratula simplex*, Decand. Rec. des Mem. p. 28. Baumg. En. III. 52.

α. *integrifolia:* foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, caule subunifloro. C. *mollis*, var. Jacq. Vind. 277.

β. *pinnata:* foliis pinnatifidis, pinnis integerrimis margine subundulatis subtus tomentosis, caule subnudo subunifloro. *Cirsium molle*, Scop. carn. n. 1000. *Cnicus mollis*, Roth. II. 2. 287. *Carduus mollis*, Jacq. Vind. 276. Austr. t. 18. Willd. III. 3. 1661.

γ. *heterophylla:* foliis inferioribus profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis integris, superioribus rameisque simplicissimis, omnibus margine reflexis subtus tomentosis, caule subramoso 1—3 floro. *Carduus mollis*, Poll. palat. n. 769. (exclus. Linn. Bauh. et Clus. syn.) Spreng. hal. t. XI. *Serratula cyanoides*, Gärtn. II. 379. *S. Pollichii*, Dec. *Carduus cyanoides*, Gmel. Bad. III. 366. *Acarna cyanoides*, Wetter. III. 157.

α. In arenosis collibus (Austr. Carniol. Francon. Saxon. β. In pratis subalpinis alpinisque Austr. Carniol.; γ. in subalpinis collibusque herbidis (Austr. Carniol. Saxon. Wetter. Francon. Palat. Suev. Würceb. Werth. Darmst. Manhem. Heidelb. Dürkh. etc.)) ♃. Jul. — Septbr. (Flosculi purpurei, moschum redolentes. Foliola periclinii lanceolata, tomentosa, inermia.)

523. SAUSSÚREA. *Alpendistel.*

Periclinium ovatum, imbricatum, foliolis acuminatis inermibus. Clinanthium paleaceo-setosum. Pappus duplex, sessilis, exterior persistens e pilis brevibus denticulatis, interior plumis longis basi in annulum a fructu separabilem coalitis.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2289. *S. alpina:* foliis subdenticulatis subtus villoso-tomentosis, radicalibus ovato-lanceolatis, reliquis oblongo-lanceolatis, calathiis terminalibus subumbellato-fastigiatis, periclinii subpilosi foliolis apice margineque nigris. *S. alpina:* Decand. Rec. des Mem. p. 42. *Serratula alpina*, Willd. III. 3. 1641. Pers. syn. II. 390. Lightf. scot. 1. 448. t. 19. Smith. britt. 846. Wahlenb. carp. n. 813. Baumg. En. III. 53. Engl. Bot. t. 599. *Cirsium alpinum*, Decand. fl. fr. n. 3095.

In alpibus (Austr. Salisb.) Flosculi purpurei. Var. foliis angustioribus.)

2290. *S. discolor:* foliis inaequaliter dentatis subtus cum petiolis niveo-tomentosis, radicalibus cordato-ovatis obtusis, caulinis inferioribus cordato-ovato-acutis, superioribus sessilibus amplexicaulibus semidecurrentibus oblongo-lanceolatis, calathiis axillaribus longe-terminalibus brevissime pedunculatis, periclinii foliolis villosis margine cum apice purpureo-maculatis. *S. discolor*, Decand. fl. fr. p. 43. *Serratula discolor*, Willd. III. 3. 1641. Pers. syn. II. 390. Baumg. En. III. 54. *Cirsium alpinum*, *β*. Decand. fl. fr. 3095.

In alpibus (Austr.) ♃. . . . (Flosculi e violaceo-purpurei. Calathia basi pedunculorum bractea lineari-lanceolata aucta. Periclinii foliola extus villo sulphureo vestita.)

524. ONOPORDON. *Krebsdistel.*

Periclinium ventricosum, imbricatum, foliolis mucronato-pungentibus. Clinanthium favosum. Achaenia compressa, tetragona, transverse sulcata. Pappus pilosus, basi in annulum connexus, deciduus.

(*Compositae*, ord. *Cynurocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2291. *O. Acanthium:* periclinii foliolis patentissimis, foliis decurrentibus tomentosis sinuatis

dentatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 3005. Willd. III. 3. 1686. Roth. II. 2. 296. Poll. palat. n. 772. Smith. britt. 856. Spreng. hal. 229. Gmel. bad. III. 383. Willd. prodr. fl. berol. n. 792. Baumg. En. III. 49. Engl. Bot. t. 977. Flor. dan. t. 909. Schk. t. 230. Hayne, Abbild. VI. t. 44. *O. Acanthium*, Linn. *Acanos Spina*, Scop. carn. n. 1013.

In ruderatis ad vias, sepes. ♂. Jul. — Septbr. (Caulis in solo fertili orgyalis et ultra. Flosculi purpurei.)

2292. *O. illyricum:* periclinii foliolis inferioribus reflexis, superioribus patentissimis, foliis decurrentibus tomentosis sinuatis dentatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 3006. Willd. III. 3. 1687. Roth. II. 2. 297. Pers. syn. II. 383. Jacq. hort. t. 148. Lam. illustr. t. 664. *O. illyricum*, Linn.

In siccis sterilibus German. australioris. ♂. Jul.—Aug. (Caulis altior, magis lanuginosus, calathia majora, achaenia tetragona profundius sulcata, ac in praecedente.)

525. LÁPPA. *Klette.*

Periclinium sphaericum, imbricatum, foliolis in spinam cartilagineam hamatam desinentibus. Clinanthium paleaceum, planum, paleis setaceis. Achaenia columnaria, angulis duobus oppositis obliteratis, extrorsum gibba. Pappus simplex, pilosus rigidulus, achaenio brevior.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2293. *L. officinalis:* pericliniis subglobosis paniculato-racemosis pedicellisque nudis, foliolis periclinii infimis in discum carnosum coalitis, exterioribus squarrosis aequalibus interiora lineari-lanceolata in mucronulum desinentia concolora superantibus. Wallr. sched. 449. *Lappa officinalis*, Allion. pedem. n. 528. *L. major*, Decand. flor. fr.

n. 3011. *L. glabra β.* Lam. Dict. I. 377. illustr. t. 665. *Arctium Lappa*, Linn. sp. pl. 2. 1143. Willd. III. 3. 1632. Schw. et K. Fl. Erl. p. 74. Poll. palat. n. 759. Roth. II. 2. 297. Smith. britt. 844. (omnes ex parte) Hayne, Abbild. II. t. 35. *Arctium majus*, Schk. 3. t. 227. Gmel. Bad. III. 354. Hell. Wirceb. II. 261. Schlechtendl. berol. I. 417.

β. foliosa: pericliniis basi foliosis. Wallr. l. c.

In ruderatis, ad vias, sepes et aggeres. ♂. Jul. —Aug.

2294. *L. tomentosa:* pericliniis ovatis in umbellam dispositis pedunculisque arachnoideo-lanatis, periclinii foliolis infimis basi distinctis, exterioribus rectis, interiora oblongo-lanceolata supra apicem dilatatum scariosum coloratum retusum abrupte apiculatum, superantibus. Wallr. l. c. *L. tomentosa*, Allion. pedem. n. 527. Decand. fl. fr. n. 3009. *Arctium tomentosum*, Schk. l. c. Pers. syn. II. 383. Gmel. bad. III. 353. Heller, Wirceb. l. c. *A. Bardana*, Willd. III. 3. 1632. Spreng. hal. 231. Schw. et Körte. Fl. Erl. p. 75. Schlechtendl. berol. I. 418. Hayne, Abbild. II. t. 36. *A. Lappa β.* Linn. sp. pl. 1243. Fl. Dan. t. 642.

In ruderatis, ad vias, circum pagos. ♂. Jul. — Augst. (Flosculi purpurei, rarius albi.)

2295. *L. minor:* pericliniis subrotundo-depressis axillaribus subracemosis, periclinii foliolis infimis minoribus, exterioribus rectis interiora linearia in mucronem attenuata aequantibus. Wallr. l. c. *L. minor*, Decand. fl. fr. n. 3010. *Arctium minus*, Schk. t. 227. Hoffm. II. 124. Gmel. Bad. III. 355. Schlechtdl. berol. I. 417. *Arctium montanum*, Schweigg. et K. Fl. Erl. p. 74. *Arctium Lappa β. minus*, Pers. syn. II. 383. *A. Lappa*, Willd. III. 3. 1631. (ex parte)

In ruderatis, ad vias, sepes passim. ♂. Jul. — Augst.

526. CARLÍNA. *Eberwurz.*

Periclinium imbricatum, ventricosum, foliolis exterioribus laxis laciniatis spinosis, interioribus scariosis nitidis coloratis coronam radiantem mentientibus. Clinanthium nudum, paleaceum, paleis membranaceis, basi subcoadunatis, apice setaceo-multifidis. Pappus (exterior setosus, interior) plumosus, sessilis basi in annulum connatus.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2296. C. *acaulis:* caule simplici brevissimo 1-floro, foliis pinnatifidis nudis, laciniis inciso-dentatis spinosis. Willd. III. 3. 1693. Scop. carn. n. 1014. Roth. II. 2. 279. Hoffm. II. 131. Spreng. hal. 232. Gmel. Bad. III. 385. Baumg. En. III. 67. Heller, Wirceb. II. 264. Fl. Erl. 79. Schk. t. 232. Blackw. t. 532. C. *acaulis*, Linn. C. *subacaulis*, Decand. fl. fr. n. 3096.

β. *caulescens:* caule 1-floro elongato (palmari et altiori), foliis longis pinnatis utrinque viridibus, pinnis inciso-dentatis. C. *caulescens*, Lam. Enc. I. 616. Pers. Annal. bot. 11. 12. ? C. *adgregata*, Waldst. et Kit. t. 152.

In collinis, montosis apricis (Austr. Siles. Bavar. Salisb. Carniol. Saxon. Hercyn. Franc. Suev. Lusat. sup. M. D. Bad. sup. etc.) ♃. Jun.—Septbr. (Calathia magna, radio niveo nitido.)

2297. C. *acanthifolia:* subacaulis, foliis pinnatifidis subtus tomentosis laciniis dentato-angulatis spinosis. Decand. fl. fr. n. 3097. Willd. III. 3. 1694. Pers. syn. II. 381. Mössl. 1144. C. *acanthifolia*, Allion. pedem. n. 671 t. 51.
In alpibus (Carinth.) ♃. Jul.

2298. C. *vulgaris:* caule multifloro corymboso; foliisque lanceolatis dentatis spinosis subtus arachnoideo-villosis. Decand. fl. fr. n. 3098. Willd. III. 3.

1696. Poll. palat. n. 773. Roth. II. 2. 280. Smith. britt. 857. Spreng. hal. 232. Gmel. bad. III. 387. Fl. Erlang. 79. Kunth. berol. 217. Baumg. En. III. 68. Bönningh. 244. Engl. Bot. t. 1144. Fl. dan. t. 1174. Schk. 232. C. *vulgaris*, Linn.

In montosis, collibus aridis, ad vias, in ericetis. ♂. Jul. — Aug. (Calathia bracteata. Periclinii foliola interiora radiantia, alba. Flosculi pallide lutei.)

2299. C. *corymbosa:* caule glabriusculo corymboso multifloro, foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis glabris. Decand. fl. fr. n. 3100. Willd. III. 1695. Pers. syn. II. 381. Scop. carn. n. 1015. Desf. Atl. 2. 250. Mössl. 1144. C. *corymbosa*, Willd.

In alpinis (Carniol.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis praecedente magis lanatus. Calathia pauciora, radio flavescente. Folia subtus et ad basin tantum purpurascentia.)

527. ONOBROMA. *Wolldistel.*

Periclinium ventricosum, imbricatum, foliolis apice spinosis. Clinanthium paleaceum, paleis longitudinalibus laciniatis sericeis. Pappus sessilis e squamulis setiformibus subciliatis splendentibus.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Cynareen*, Spreng.)

2300. *O. lanata:* caule lanuginoso, foliis inferioribus pinnatifidis dentatis, summis amplexicaulibus pinnatifido-dentatis spinosis. *Carthamus lanatus*, Linn. Willd. III. 3. 1707. Pers. syn. II. 380. Schk. t. 233. Baumg. En. III. 68. *Centaurea lanata*, Decand. fl. fr. n. 3069.

In ruderatis, ad versuras agrorum (Carniol. Carinth.) ☉. Jul. — Augst. (Calathia corymbosa, e flosculis flavis.)

III. Eupatorieae. *Calathium magis minusve cylindricum, e flosculis tubulosis, rarius uno alterove radiante, in planum desinentibus.*

a. Eupatoriae verae.

528. ADENOSTYLES. *Pestwurz.*

Periclinium cylindricum, simplex, foliolis linearibus. Clinanthium parvum, nudum. Achaenia cylindrica. Pappus simplex, pilosus. (Cassini Bullet des sc. philomat. An. 1816. p. 198.)

(*Compositae,* ord. *Corymbiferae,* Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen,* Spreng. sect. *Adenostyleae,* Cassini.)

2301. *A. alpina:* caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis utrinque glabris, corymbis fastigiatis, flosculis 3—4 in periclinio. *Cacalia alpina,* Willd. III. 3. 1735. Pers. syn. II. 397. Hoffm. II. 135. Decand. fl. fr. n. 3103. Gmel. Bad. III. 391. Baumg. En. III. 83. Wahlenb. carp. n. 835. α. Jacq. Austr. t. 234. *C. alpina β.* Linn. sp. pl. 2. 1171. *C. glabra,* Vill. Delph. III. 170. *C. alliariaefolia,* Lam. Dict. I. 532. *Tussilago Cacalia,* Scop. carn. n. 1055.

In alpinis, subalpinis. (Austr. Salisb. Bavar. Suev. M. D. Bad. sup.) ♃. Jul. — Aug. (Flosculi pallide purpurei, quandoque albidi.)

2302. *A. Petasites:* caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis subtus incanis, petiolis basi auriculatis, corymbis fastigiatis, flosculi 3—4 in periclinio. *Cacalia Petasites,* Decand. fl. fr. n. 3104. Pers. syn. II. 397. *C. albifrons,* Linn. suppl. 353. Willd. III. 3. 1736. Gmel. Bad. III. 392. *C. alpina β. stipulata,* Wahlenb. carp. n. c,

C. *hirsuta*, Vill. Delph. III. 172. C. *tomentosa*, Jacq. Austr. t. 255.

In alpinis herbidis (Austr. Siles. Salisb. M. D. Bad. sup.) ♃. Jul.—Aug. (Differt ab affini praecedente: foliis subtus incano-tomentosis acutioribus amplioribus, petiolis basi saepissime auriculatis, periclinio longiore, flosculis in singulo 3—4 diluto purpureis aut albidis.)

529. EUPATORIUM. *Wasserhanf.*

Periclinium oblongum, imbricatum, foliolis inaequalibus. Clinanthium nudum, scrobiculatum. Stylus longissimus, exsertus bifidus. Achaenia oblonga. Pappus pilosus sessilis, scaber.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2303. *E. cannabinum*: foliis oppositis petiolatis 3-partitis, laciniis lanceolatis serratis, intermedia longiore. Decand. fl. fr. n. 3107. Willd. III. 3. 1756. Scop. carn. n. 1054. Roth. II. 2. 299. Smith. britt. 860. Poll. palat. n. 777. Spreng. hal. 232. Gmel. bad. III. 394. Fl. Erlang. 80. Baumg. En. III. 84. engl. Bot. t. 428. fl. dan. t. 745. *E. cannabinum*, Linn.

In pratis humidis, locis aquosis udis, ad fossas. ♃. Jul.—Aug. (Corymbus terminalis compositus. Flosculi dilute carnei, purpurei et albidi.)

530. CHRYSOCÓMA. *Goldhaar.*

Periclinium ovatum vel hemi phaericum, imbricatum, foliolis linearibus acuminatis, extus convexis. Clinanthium subfavosum. Styli vix exserti. Achaenia ovato-oblonga, compressa. Pappus sessilis, pilosus, ciliatus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Decand. *Compositae*, ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2304. C. *Linosyris:* herbacea, foliis linearibus glabris, pericliniis laxis. Decand. fl. fr. n. 3130. Willd. III. 3. 1791. Poll. palat. n. 778. Roth. II. 2. 298. Spreng. hal. 232. Gmel. bad. III. 396. Crome Beitr. 2. Hoppe bot. Taschenb. 1810. Heller Wirceb. II. 271. Baumg. En. III. 84. Shk. t. 238. All. pedem. n. 634. t. 11. f. 2. C. *Linosyris*, Linn.

In collibus, montosis sterilibus asperis apricis. (Austr. Siles. Bav. Palat. Wetter. Saxon. Thuring. Francon. ad Marktbreit secus viam versus Fanum antiquum. Baruth. Wirceb. Freyb. Ratisb. M. D. Bad. sup. etc.) ♃. Jul. — Octbr. (Flosculi aurei.)

531. BÍDENS. *Zweizahn.*

Periclinium calyculatum, foliolis interioribus aequalibus brevioribus, exterioribus inaequalibus patentibus. Clinanthium planum, paleaceum, paleis deciduis planiusculis. Achaenia obtusa, angulata, aristis 2–6 (pappo) erectis acutis retrorsum scabris coronata. (Calathium interdum radiatum.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2305. *B. tripartita:* foliis trifidis, laciniis ovato-lanceolatis serratis, terminali majore latioreque subtriloba, summis passim indivisis grosse dentatis, achaeniis setis subternis erectis rigidis retrorsum aculeolatis coronatis. Willd. III. 3. 1715. Pers. syn. II. 393. Scop. carn. n. 1090. Poll. palat. n. 774. Roth. II. 2. 300. Smith. britt. 856. Retz. obs. 1. 28. Spreng. hal. 232. Gmel. bad. III. 388. Baumg. En. III. 81. Schlechtd I. 423. engl. Bot. t. 1113. Curt. Lond. t. 57. *B. tripartita*, Linn.

Locis inundatis, ad fossas, stagna, paludes. ☉. Jul. — Septbr. (Periclinii foliola exteriora patentia oblonga, subintegerrima, ciliata, interiora subaequalia, plana, ovata, acuta, ex fusco-purpurascentia. Flos-

culi flavi. Achaenia compressa, margine setisque terminalibus retrorsum aculeolatis.)

2306. *B. cernua:* foliis lanceolatis subcordatis dentatis, calathiis cernuis, achaeniis aristis erectis subquaternis coronatis. Willd. III. 3. 1716. Pers. syn. II. 393. Poll. pal. n. 776. Smith. britt. 858. Roth. II. 2. 302. Spreng. hal. 232. Gmel. bad. III. 389. Baumg. En. III. 82. Schlechtend. berol. I. 424. Fl. dan. t. 841. Curt. Lond. fasc. 3. t. 55. *B. cernua*, Linn.

β. minima: humilior, foliis lanceolatis sessilibus, calathiis suberectis. *Bidens minima*, Linn. sp. pl. 1165. Willd. prodr. fl. ber. n. 807. Roth. bot. Abhandl. etc. p. 11. ejusd. germ. II. 2. 301. Poll. palat. n. 775. fl. dan. t. 312. *B. cernua β. minima*, Willd. III. 3. 1717. Gmel. bad. III. 389. *B. tripartita β.* Huds. Angl. 355. *B. pumila*, Roth. II. 2. 301.

γ. radiata: foliis lanceolatis serratis oppositis amplexicaulibus calathio radiato. *Coreopsis bidens*, Linn. sp. pl. 2. 1281. Leers herb. n. 676. Schreb. spicil. fl. Lips. 19. fl. dan. tab. 841. *Bidens cernua γ.* Willd. III. 3. 1717. Gm. bad. III. 389. *β. radiata*, Roth. II. 2. 303. *γ. Coreopsis*, Schlechtend. berol. I. 424.

α. et γ. in fossis aquaticis, inundatis, paludibus ad stagna; α. frequens, γ. rarior. β. in paludibus turfosis (Bav. Francon. Palat. Holsat. Megapol. Oldenb. Siles. etc.) ☉. Jul. — Septbr. (Folia latiora vel angustiora, basi attenuata vel magis minusve connata, nunc dentata nunc integerrima. Periclinii foliola interiora ovata, acuta, lutea, lineis multis nigricantibus longitudinalibus percursa. Flosculi aurei. Achaeniorum anguli irregulariter aculeolis reversis obsiti; aristae plerumque 4 interdum 6, apice aculeolisque nigricantibus.)

Polygamia superflua.

Flosculi disci hermaphroditi; radii feminei; omnes fertiles.

IV. Eupatorieae.

b. Artemisiae.

532. ARTEMISIA. *Beyfuſs.*

Periclinium subovatum vel subglobosum, imbricatum, foliolis inaequalibus conniventibus. Flosculi tubulosi interdum nudi. Clinanthium nudum. Achaenia ovata. Pappus nullus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

α.) Calathiis subglobosis.

2307. *A. pontica:* foliis subtus tomentosis pellucido-punctatis, caulinis bipinnatis, foliolis linearibus acutis nervosis nervisque subdecussatim diffractis, calathiis subrotundis pedunculatis nutantibus, radice repente. Wallr. sched. 467. Willd. III. 3. 1841. Poll. palat. n. 781. Jacq. Vind. 149. Roth. II. 2. 305. Decand. flor. fr. n. 3232. Spreng. hal. 233. Gmel. Bad. III. 401. Baumg. En. III. 87. Bönningh. Monast. 245. Jacq. Austr. t. 99. Hayne, Abb. II. t. 10. *A. pontica*, Linn.

β. discolor: foliis supra sordide virentibus pubescentibus, subtus incanoto mentosis, pinnis longioribus venoso-reticulatis. Wallr. l. c.

γ. calyculata: periclinii foliolis exterioribus foliaceis elongatis flosculos superantibus. Wallr. l. c.

α. In siccis apricis, ad vias graminosas. (Austr. Bavar. Suev. Palat. Saxon. Hal. Nordhaus. etc.) *β.* in dumetis (Saxon. Hal.) *γ.* cum *α.* passim provenit. ♃. Augst.—Septbr.

2308. *A. Mertensiana:* foliis demum glabriusculis eglandulosis, inferioribus bipinnatifidis, pinnis ovato-oblongis obtusis subdivaricatis in lacinias oblongas integras trifidasve acuminatas divisis, caulinis subsimplicibus linearibus, floribus globosis racemosis brevissime pedunculatis nutantibus, caule simplicissimo. Wallr. sched. 466. Tab. V.

In pascuis calcareo-salitis prope *Borksleben*, pagum ab oppido *Artern* Thuring. haud dissitum, cum Abs. rupestr. rarissime. ♃. Septbr. (Racemus terminalis, simplicissimus, e calathiis 9—12 compositus, 1—2 uncialis. Pedunculi cernui, foliolo lineari suffulti eoque breviores. Periclinii foliola ovata, obtusa, glabra, viridia, margine membranaceo diaphano lacero cincta.)

2309. *A. campestris:* caulibus caespitosis virgatis e basi declinata surrectis, foliis pinnatis, radicalibus petiolatis conformibus adpresso-pilosis demum glabris alutaceo-punctatis, caulinis sessilibus, pinnis ultimis circa caulem approximatis, calathiis subovatis demum apice contractis. Wall. l. c. 456. Willd. III. 3. 1827. Scop. carn. n. 1073. Poll. palat. n. 780. Roth. II. 2. 304. Smith. britt. 863. Hoffm. II. 135. Gmel. bad. III. 400. Baumg. En. III. 86. Schlechtend. berol. I. 426. Bönningh. monast. 245. Hayne, Abbild. II. t. 9. *A. campestris*, Linn.

α. *laxa:* caulibus ramosis, ramis floriferis patentibus ramulosis gracilibus, calathiis effusis pedunculatis laxis. Wallr. l. c. Fl. dan. t. 1175.

β. *bracteolata:* caulibus ramosis, ramis patentibus productis in ramulos floriferos breves divisis, calathiis subsessilibus basi bracteolatis. Wallr. l. c.

γ. *subspicata:* caulibus subramosis, ramis floriferis brevibus obtusis, calathiis sessilibus axillaribus subspicatis approximatis bractea brevioribus. Wallr. l. c. Schk. t. 290.

δ. *brevifolia:* caulibus simplicissimis virgatis, ramulis floriferis brevibus laxis, calathiis pedunculatis subsecundis remotis, pedunculis nudis bracteam superantibus, pinnis foliorum apice leviter dilatatis brevibus circa caulem congestis. Wallr. l. c.

ε. *longifolia:* caulibus ramosis, ramis floriferis laxis, calathiis subpedunculatis subsecundis remotis masculis majusculis bractea brevioribus, pinnis foliorum linearibus elongatis.

In campis, ad vias, margines agrorum. ♃. Jul. — Septbr. (Variat etiam caule et foliis cano pubescentibus in locis siccis Septemmontanis et ad Rhenum inf.)

β.) *Calathiis ovatis vel cylindricis.*

2310. *A. vulgaris:* foliis subtus cano-tomentosis, caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis subdentatis acutis, floralibus indivisis lanceolato-linearibus, calathiis erectis subsessilibus tomentosis radio 5-floro.) Wallr. l. c. 457. Willd. III. 3. 1845. Scop. carn. n. 1033. Poll. palat. n. 782. Pers. syn. II. 413. Roth. II. 2. 307. Smith. britt. 865. Decand. fl. fr. n. 3238. Hoffm. II. 136. Spreng. hal. 234. Gmel. bad. III. 403. Fl. Erlang. 82. Baumg. En. III. 88. Schlechtendl. l. c. Bönnigh. l. c. Engl. Bot. t. 1176. Hayne, Abbild. II. t. 12. *A. vulgaris*, Linn.

β. *foliosa:* calathiis oblongis parvis, in racemos axillares depauperatos, folio multoties breviores digestis. Wallr. l. c.

γ. *sativa:* calathiis ovato-subglobosis sessilibus in racemos paucifloros obtusos congestis. Wallr. l. c.

In ruderatis ad vias, sepes, muros, ripas fluviorum passim. ♃. Jul. — Septbr.

2311. *A. maritima:* niveo-tomentosa, foliis multifidis, laciniis planis linearibus, rameis simplicibus linearibus obtusis, caule adscendente ramoso, ramulis

cernuis, calathiis oblongis tomentosis sessilibus. *A. maritima*, Linn. sp. pl. 1186. Huds. Angl. 2. 358. Willd. III. 3. 1833. Smith. britt. 864. Retz. prodr. n. 998. Pers. syn. II. 411. Decand. fl. fr. n. 3240. Weigl. pommer. n. 524. Fl. dan. t. 1655. engl. Bot. t. 1001.

In maritimis, Saxon. Pommer. Gryph. Nordhus. Jev. Duc. Oldenb. Brem.) ♃. Augst. (Tota planta tomento densissimo, niveo vel incano obducta.)

2312. *A. salina:* foliis incanis, radicalibus pinnatis, pinnis tripartitis lineari-filiformibus, caulinis pinnatis, pinnis lineari-filiformibus, rameis simplicibus linearibus, caule erecto paniculato, ramulis erectiusculis, calathiis oblongis pedunculatis nutantibus. Willd. III. 3. 1834. Pers. syn. 411. Spreng. hal. 233. t. 12. Baumg. En. III. 87. *A. salina*, Willd. *A. maritima*, Roth. II. 2. 305. Leyss. hal. n. 827.

In locis salsis ad salinas. (Saxon. Thuring.) ♃. Septbr. — Octbr. (A praecedente diversa defectu tomenti nivei densi, foliorum forma, calathiis pedunculatis, ramulis erectis et absentia odoris illius specifici, quo Artemisia maritima gaudet. Paniculae rami ante anthesin nutant, et calathia subsessilia apparent, durante anthesi vero eriguntur, et calathia pedunculata evadunt.)

2313. *A. gallica:* foliis incanis, radicalibus bipinnatis lineari-filiformibus, caulinis pinnatis, pinnis lineari-filiformibus, caule erecto ramoso tomentoso, ramis erectis, calathiis oblongis subsessilibus erectis. Willd. III. 3. 1835. Pers. syn. II. 411. Decand. fl. fr. n. 3241. *A. gallica*, Willd. *A. maritima β.* Lam. Enc. I. 266.

Iisdem in locis cum praecedente. ♃. Septbr. — Octbr. (Caulis albo-tomentosus, ramosus, paniculatus, ramis erectis. Folia incana, radicalia petiolata, caulina subsessilia, ramea simplicia. Calathia brevissime pedunculata, vel sessilia erecta. Periclinia oblon-

ga, foliolis obtusis incanis margine membranaceis interioribus scariosis.)

Inter hanc et 2 praecedentes species, omnino variationes intermediae exstant, hinc Cl. Wallrothius in Sched. crit. I. 458., forsan non immerito, tres istas species in unam, quam *Artem. Scriphium*, appellat, conjunxit; sed ex nimia hac variationum uno sub nomine multiplicatione, inextricabilis sane confusio oritur, et damnum fere irreparabile. Quis enim est, qui tantorum graduum subdivisiones curet vel teneat memoria?

2314. *A. austriaca:* foliis incano-sericeis, radicalibus et caulinis inferioribus pinnatis, pinnis 3-partitis, laciniis linearibus superioribus tripartitis simplicibusve, calathiis racemosis brevissime pedicellatis subrotundis nutantibus, caule erecto. Willd. III. 3. 1835. Pers. syn. II. 412. Host. syn. 405. Roth. II. 2. 306. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1694. Baumg. En. III. 87. Jacq. Austr. t. 100. *A. austriaca*, Jacq.

In apricis siccis (Austr.) ♃. Septbr. — Octobr. (Paniculae rami simplices, longi, nutantes. Periclinia tomentosa.)

2315. *A. spicata:* foliis albido-sericeis, radicalibus palmato-multifidis, caulinis alternis pinnatifidis, floralibus simplicibus integerrimis linearibus obtusis, calathiis axillaribus bracteatis nutantibus, infimis pedunculatis. *A. spicata*, Willd. III. 3. 1824. Pers. syn. II. 410. Hoffm. II. 136. Decand. fl. fr. n. 3231. Wahlenb. Carp. n. 839. Jacq. austr. app. t. 34. *A. rupestris*, Vill. Delph. III. 246. *Absinthium spicatum*, Baumg. En. III. 90.

In alpibus summis (Carniol. Salisb.) ♃. Jul. — Augst.

533. ABSINTHIUM. *Wermuth.*

Periclinium subglobosum, imbricatum, foliolis obtusis. Clinanthium villosum. Achaenia oblonga. Pappus nullus. (Artemisiae species L.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2316. *A. vulgare:* foliis sericeo-incanis, radicalibus triplicato-pinnatifidis, caulinis 2-vel pinnatifidis, laciniis lanceolatis dentatis obtusis, floralibus simplicibus lineari-angustis, calathiis racemosis globosis secundis pedunculatis nutantibus, pericliniis tomentosis. *Ab. vulgare*, Gärtn. de fruct. t. 164. f. 7. Lam. illustr. t. 695. Kunth. berol. 219. Baumg. En. III. 89. *Artemisia Absinthium*, Linn. Willd. III. 3. 1844. Scop. carn. n. 1033. Roth. II. 2. 306. Smith. britt. 864. Spreng. hal. 233. Gmel. bad. III. Fl. Erlang. 81. Schlechtd. I. 427. Engl. Bot. t. 1230. Hayne, Abbild. II. t. 11. Off. Pfl. Lief. X.

In ruderatis arcibus equitum medii aevi vetustis, nunc hinc inde. ♃. Aug. — Octbr. (Caulis erectus, 3—4 pedalis. Flosculi flavescentes. Tota herba amarissima.)

2317. *A. glaciale:* foliis candido-sericeis, radicalibus palmato-multifidis, laciniis lineari-lanceolatis, caulinis pinnatifidis, lacinia terminali oblongo-lanceolata reliquis longiore, calathiis terminalibus glomeratis subsessilibus, periclinii foliolis margine atris. *Abs. glaciale*, Baumg. En. III. 89. *Ab. congestum*, Lam. *Artemisia glacialis*, Linn. sp. pl. 1187. Willd. III. 3. 1821. Pers. syn. II. 409. Decand. fl. fr. n. 3229. Hoffm. II. 135. Allion pedem. n. 617. t. 8. f. 3. Jacq. austr. 5. app. t. 35.

In alpinis (Austr. Carniol. Carinth. Salisb.) ♃. Jul.—Aug. (Caulis simplicissimus, spithamaeus niveotomentosus. Calathia 3—4, terminalia, globosa.)

2318. *A. Mutellina:* foliis albido-sericeis, inferioribus longe petiolatis palmato-multifidis, caulinis alternis pinnatifidis, laciniis linearibus acutis, summis simplicibus indivisis, calathiis subovatis axillaribus, inferioribus remotis pedunculatis, superioribus approximatis sessilibus, pericliniis villosis. *Artemisia Mutellina*, Vill. Delph. III. 224. Willd. III. 3.

1821. Pers. syn. III. 409. *A. rupestris*, Allion. pedem. n. 615. t. 9. f. 1. Decand. fl. fr. n. 3230. *A. glacialis*, Wulf. in Jacq. Coll. 2. 118. t. 7. f. 1—3.

In summis alpibus (Carniol. Salisb.) ♃. Augst. (Calathiis oblongis axillaribus in racemos foliosos congestis, nec terminalibus, ab antecedente recedit.)

2319. *A. rupestre:* foliis glaberrimis, inferioribus bipinnatis bi-tripartitisve, floralibus pectinatis, calathiis pedunculatis globosis cernuis, periclinii foliolis interioribus membranaceis ciliatis, exterioribus foliaceis calyculato-patentibus, flosculis glabris. Wallr. l. c. Tab. IV. *Artemisia rupestris*, Linn. it. gotl. 285. t. 285. Fl. suec. 696. sp. pl. II. 1187. (excl. syn. plur. et var. *β.* et *γ.*) Retz. prodr. n. 999. Willd. III. 3. 1838. (excl. icon. Fl. D.) *A. grandiflora*, Hoffm. II. 136.

In pascuis sterilibus prope *Borksleben* in solo mixto calcareo-salito, (Saxon. Thuring.) ♃. Septbr. (Secundum Linneum caules sunt adscendentes, hirsuti; — an itaque planta suecica diversa?)

534. TANACÉTUM. *Rheinfarrn.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis adpressis. Flosculi omnes tubulosi. Clinanthium nudum. Pappus margo brevis membranaceus. Flosculi marginales obsolete trifidi.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2320. *T. vulgare:* foliis bipinnatifidis incisis serratis. Decand. fl. fr. n. 3225. Willd. III. 3. 1814. Scop. carn. n. 1031. Poll. palat. n 779. Roth. II. 2. 308. Smith. britt. 862. Gmel. bad. III. Baumg. En. III. 91. Hayne, Abbild. II. t. 4. Engl. Bot. t. 1229. Sturm. I. 10. *T. vulgare*, Linn.

In agrorum versuris, ad pagos et ad ripas, frequens. ♃. Jul. — Septbr. (Corymbi multiflori, aurei.)

535. GNAPHALIUM. *Ruhrkraut.*

Calathia capitato - aut spicato - aggregata. Periclinium oblongum imbricatum foliolis inaequalibus obtusis rotundatis scariosis margine coloratis. Clinanthium nudum, punctatum aut scrobiculatum. Achaenia obtusa, striata. Pappus pilosus. (Flosculi omnes tubulosi, hermaphroditi et foeminei in radio omnes fertiles.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. *Compos. Eupatorineen*, Spreng.)

2321. *G. luteo - album:* caule simplici erecto, foliis semiamplexicaulibus lineari - lanceolatis subrepandis utrinque pubescentibus, inferioribus obtusis, superioribus acutis, corymbo glomerato. Decand. fl. fr. n. 3114. Willd. III. 3. 1871. Poll. palat. n. 784. Smith. britt. 867. Roth. II. 2. 311. Gmel. Bad. III. 408. Kunth. berol. 220. Baumg. En. III. 96. Fl. Erlang. 82. Engl. Bot. t. 1002. Barr. ic. t. 367. Sturm. I. 38. *G. luteo - album*, Linn.

In arenosis sterilibus humidis. ☉. Jul. — Septbr. (Planta lanata. Periclinii foliola exteriora sublanuginosa, interiora elongata, nuda, scariosa, pallide lutescentia. Flosculi sordide albido - lutei.)

2322. *G. sylvaticum:* caule simplicissimo erecto tomentoso, foliis lanceolatis utrinque attenuatis et lanatis, calathiis terminalibus axillaribusque sessilibus spicatis. Willd. III. 3. 1884. Lightf. scot. 472. (var.) Smith. britt. 869. Hoffm. II. 138. Baumg. En. III. 96. Fl. dan. t. 254. Engl. Bot. t. 913. Sturm. I. 38. *G. sylvaticum*, Linn. *G. sylvat. β. fuscatum*, Wahlenb. carp. n. 845. *G. fuscum*, Lam. En. II. 757. *G. norvegicum*, Retz. prodr. n. 1006. Hänke in Jacq. Coll. 2. 21. *G. fuscatum*, Pers. syn. II. 421.

In alpinis (Styr. Carinth. Salisb. Bav. Sylv. nigr. Siles.) ♃. Augst. — Septbr. (Periclinii foliola ovata, obtusa, margine et apice e fusco atra.)

2323. *G. rectum:* caule erecto simplici, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis, calathiis terminalibus axillaribusque sessilibus spicatis. *G. rectum,* Smith. britt. 870. Willd. III. 3. 1885. Hoffm. II. 138. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1707. Wahlenb. Carp. n. 845. Schk. t. 243. Fl. dan. t. 1229. *G. sylvaticum,* Pers. syn. II. 421. Scop. Carn. n. 1046. t. 56. Huds. Angl. 360. Lightf. scot. 472. Retz. prodr. n. 1005.

In nemorosis sylvaticis, passim. ♃. Jul.—Septb. (Periclinii foliolis ovatis obtusis viridi-canescentibus, macula nigra-fusca notatis. Maxime affine praecedenti, a quo magnitudine et pericliniorum colore inprimis differt.)

2324. *G. supinum:* caule simplici procumbente, foliis linearibus acutis tomentosis, calathiis capitatis. Decand. fl. fr. n. 3115. Willd. III. 3. 1888. Pers. syn. II. 421. Smith. britt. 871. Hoffm. II. 138. Baumg. En. III. 97. Sturm. I. 38.

In montosis et alpinis (Salisb. Carinth.) ♃. Aug. — Septbr. (Caulis pollicaris - 3 pollicaris, procumbens, simplicissimus, tomentosus. Periclinii foliola apice fusca. Antecedenti affinis species.)

2325. *G. pusillum:* caule simplicissimo suberecto subtrifloro, foliis linearibus acutis tomentosis, sarmentis procumbentibus. *G. pusillum,* Hänke, sudet. 93. Willd. III. 3. 1889. *G. acaule,* Krock. Siles. n. 1417. t. 41.

β. fuscum: caule erecto simplici, foliis linearibus acutis tomentosis, calathiis axillaribus solitariis pedunculatis. *G. fuscum,* Scop. carn. n. 1048. t. 57. Willd. III. 3. 1889.

In montosis, subalpinis (Siles. — Sudet. *β.* in alpibus Carniol.) ♃. Aug. — Septbr. (Caulis admodum brevis, apice lanatus, triflorus. — Varietas omnino praecedentis.)

2326. *G. uliginosum:* caule ramoso diffuso lanato, foliis lineari-lanceolatis utrinque angustatis

tomentosis, calathiis terminalibus congestis. Decand. flor. fr. n. 3117. Willd. III. 3. 1891. Scop. carn. n. 1049. Poll. palat. n. 787. Smith. britt. 872. Roth. II. 2. 313. Gmel. bad. III. Kunth. berol. 221. Fl. Erlang. 83. Baumg. En. III. 98. Schlechtdl. berol. 430. Bönnigh. monast. 247. Fl. dan. t. 859. *G. uliginosum*, Linn. *β. nudum*, foliis utrinque nudis.

In uliginosis, ad lacus, paludes, fossas. ☉. Jul. —Aug. (Calathia terminalia arcte congesta, foliis suffulta. Periclinii foliola exteriora lanata, interiora elongata, scariosa, sordide e fuscoscenti lutescentia. Folia magis minusve lanugine tecta, interdum fere glabra.)

536. IMPIA. (Gifola.) *Haasenpfötgen.*

Calathia ovoideo pyramidalia, pentagona, flosculis disci 6, marginalibus pluribus tubulosis gracilibus. Periclinium flosculos aequans, foliolis 5 aequalibus adpressis ovato-oblongis membranaceis serie simplici. Clinanthium cylindricum, longum, gracile, in ambitu 5-duplici serie paleaceum. Achaenia recta, oblonga, papillosa. Pappus disci capillaris, deciduus, radii nullus. (Cassini Bullet. des sciences de la soc. philomat. an 1819. 142.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2327. *I. germanica:* caule erecto dichotomo, foliis lineari-lanceolatis tomentosis acutis, calathiis globoso-capitatis alaribus terminalibusque. *Filago germanica*, Linn. sp. 1311. Poll. palat. n. 830. Roth. II. 2. 369. Willd. prodr. fl. berol. n. 853. Pers. syn. II. 422. Fl. dan. t. 997. Sturm. I. 12. *Gnaphalium germanicum*, Huds. Angl. 362. Smith. britt. 874. Willd. III. 3. 1894. Decand. fl. fr. n. 3118. Spreng. hal. 235. Gmel. bad. III. 515. Fl. Erlang. 83. Baumg. En. III. 98. Schlechtendl. berol. 430. Engl. Bot. t. 946.

In agris, arvis, pascuis sterilibus. ☉. Jul. — Aug. (Calathia ad caulis et ramorum dichotomiam sessilia, terminaliaque dense conglomerata in capitula globosa ex albido-lutea. Periclinii foliola adpressa, concava, ovato-oblonga, apiculo subulato terminata. Clinanthium paleis imbricatis adpressis flosculis sublongioribus in ambitu 5-duplici serie obsitum.)

2328. *I. pyramidata:* caule erecto subdichotomo, foliis lancolato-spathulatis tomentoso-pubescentibus, calathiis confertis alaribus terminalibusque. *Filago pyramidata,* Linn. sp. 1311. Vill. Delph. III. 194. Pers. syn. II. 422. Roth. II. 2. 371. *Gnaphalium pyramidatum,* Willden. III. 3. 1895. Bönningh. monast. 248.

In agris et arvis sabulosis. (Holsat. Wittenb. Lusat. sup. Westph. Austr. ☉. Jul. — Aug. (A praecedente, qua cum saepe confunditur, differt: statura multo minore, foliis latioribus patentiusculis nec erectis, apice dilatatis, caule saepe a basi ramoso, subinde vero simplici subflexuoso, calathiis pyramidatis, quinquangularibus, caeterum ut in priori glomeratis.)

537. XEROTIUM. (Logfia.) *Logfie.*

Calathia ovoideo-pyramidalia pentagona, flosculis disci 5, 4-fidis, radii 10, ordine duplici, tubulosis filiformibus. Periclinium flosculis aequilongum, foliolis 5, aequalibus serie simplici, adpressis lanceolato-obtusis, margine membranaceis apice scariosis, basi indurata amplectentibus, foliolis nonnullis ad basin instructum. Clinanthium planum, in ambitu simplici serie paleaceum, paleis coriaceis margine membranaceis. Achenia disci ordinisque interioris flosculorum marginalium recta subpapillosa, radii exterioris incurva laevia. Pappus disci capillaris caducus, radii exterioris nullus. (Cassini l. c.)

(*Compositae,* ord. *Corymbiferae,* Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen,* Spreng.)

2329. *X. gallicum:* caule erecto ramoso subdichotomo, foliis lineari-subulatis margine subrevolutis acutis canescentibus, calathiis alaribus aggregatis. *Filago gallica*, Linn. sp. 1312. Poll. palat. n. 832. Pers. syn. II. 422. Roth. II. 2. 373. *Gnaphalium gallicum*, Huds. Angl. 361. Smith. brittan. 874. Willd. III. 3. 1895. Decand. flor. fr. n. 3120. Baumg. En. III. 100.

In arvis et agris argillaceis, in campis arenosis. (Suev. Palat. Lusat. sup. M. D. Bad. sup. Westph. etc.) ☉. Jul.—Aug. (Caulis 4—8 uncialis, gracilis, valde ramosus. Folia angusta, linearia, acuta fere filiformia, incana, vix tomento manifesto praedita. Calathia ex dichotomia sessilia, conglomerata, densa, conferta, conico-subulata, ex viridi canescentia. Clinanthium in ambitu simplici serie paleaceum, paleis 5, inter ordines 2 flosculorum marginalium positis, oblongo-lanceolato-obtusis planis coriaceis, margine membranaceis.)

2330. *X. montanum:* caule erecto subdichotomo, foliis lineari-lanceolatis adpressis tomentosis, calathiis conoideis confertis alaribus terminalibusque. *Filago montana*, Linn. sp. 1311. Poll. palat. n. 831. Pers. syn. II. 422. Roth. II. 2. 372. Willd. prodr. fl. b. n. 854. *Gnaphalium montanum*, Willd. III. 3. 1896. Decand. fl. fr. n. 3121. Spreng. hal. 235. Gmel. bad. III. 418. Fl. Erlang. 84. Kunth. berol. 221. Baumg. En. III. 99. Schlechtend. berol. 431. Sturm. I. 38.

α. calathiis congestis sessilibus, foliis angustioribus.

β. calathiis confertis subpedunculatis, foliis latioribus.

In agris et arvis sterilibus arenosis, inque collibus apricis siccis, sylvarum aridis. β. in humidiusculis. ☉. Jul. — Septbr. (Caulis gracilis, cum foliis lanceolatis acutis cano-tomentosus, folia ramea sublatiora, breviora, magis tomentosa. Calathia in dichotomia, axillaria, terminaliaque conglomerata, incana, tomentosula.)

2331. *X. minimum:* caule erecto ramoso, foliis lanceolatis acutis planis canescentibus, calathiis conicis subconfertis solitariisque lateralibus terminalibusque. *Filago minima*, Pers. syn. II. 422. *F. montana*, Relh. cantab. 327. *Gnaphalium minimum*, Smith. britt. 873. Willd. III. 3. 1896. Decand. flor. fr. n. 3122. Heller, Wirceb. suppl. 78. *G. montanum*, Huds. Angl. 362. *G. montanum*, *β. minimum*, Gmel. bad. III. 419.

α. erectum: caule erecto basi simplicissimo superne parum ramoso, ramis erectis.

β. ramosum: caule erecto a basi inde ramis numerosis adscendentibus instructo.

γ. caespitosum: caule mox deliquescente ramosissimo, ramisque terrae adpressis densum caespitem mentientibus.

In pascuis, arvis, ericetis siccis, solo praesertim sabuloso vulgare; *β.* in locis fertilioribus; *γ.* in viis tritis. ☉. Jun. — Aug. (A praecedente valde affini, quocumque saepe confusum, differt imprimis foliis calathiisque duplo minoribus, calathiis saepe solitariis, quod nunquam in illo, tota denique planta, praecipue pericliniorum foliolis minus lanatis.)

538. ACHARITERIUM. (Oglifa.) *Oglife.*

Calathia ovoidea, flosculis disci paucis 5-fidis, marginalibus multiseriatis tubulosis filiformibus; flosculis nonnullis femineis inter periclinii foliola et squamas accessorias. Periclinium e foliolis aequalibus, simplici serie adpressis lineari-lanceolatis extus lanatis basi coriaceis margine membranaceis, squamis nonnullis inaequalibus brevibus ad basin vestitum. Clinanthium planum, nudum. Achenia papillosa. Pappus disci et radii capillaris caducus, flosculorum accessoriorum nullus. (Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

1332. *A. arvense:* tomentosum, caule erecto paniculato, foliis angustis oblongo-lanceolatis mollissimis. *Filago arvensis*, Linn. sp. 1312. Poll. palat. n. 833. Pers. syn. II. 422. Roth. II. 2. 373. Willd. prodr. fl. berol. n. 855. *Gnaphalium arvense*, Willd. III. 3. 1897. Decand. flor. fr. n. 3119. Spreng. hal. 235. Gmel. bad. III. 417. Kunth. berol. 222. Fl. Erlang. 84. Baumg. En. III. 99. Schlechtend. berol. 431. Sturm. I. 38.

β. caule simplici, foliis omnibus uniformibus linearibus patentibus basi parum attenuatis, calathiorum glomerulis breviter pedunculatis axillaribus. Bönningh. 247.

In agris, arvis et pascuis, *β.* in Westph. prope Dissen. ⊙. Jul.—Aug. (Caulis tomentosus, ramosus. Rami alterni, erecto-patentes, lanuginosi, superiores divisi. Folia semiamplexicaulia, acutiuscula, utrinque alba, tomentosa. Calathia caulem ramosque terminantia, subsessilia, conglomerata, tomento albo tecta.)

539. LEONTOPODIUM. *Löwenpfote.*

Calathia in umbellam terminalem bracteis foliiformibus involucratam disposita; centrale sessile, flosculis disci pluribus marginalibus uniseriatis; reliqua pedunculata, flosculis disci paucis, marginalibus multiseriatis. Periclinium e foliolis imbricatis adpressis coriaceis extus lanatis, margine scariosis laceris. Clinanthium convexum, foveolatum. Achenia disci imperfecta, gracilia, radii oblonga, basi torulosa, hispidula. Pappus in radio filiformis, longus, caducus; radiis aequalibus basi conferruminatis, in disco apice incrassatis. (Cassini l. c. 144.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2333. *L. umbellatum:* caule simplicissimo, foliis lineari-lanceolatis tomentosis. *Filago Leontopodium*, Linn. sp. 1312. Jacq. Vind. 150. Roth. II. 374. *Gnaphalium Leontopodium*, Willd.

III. 3. 1892. Scop. carn. n. 1045. Lam. Enc. III. 751. Pers. syn. II. 422. Decand. fl. fr. n. 3125. Hoffm. II. 139. Baumg. En. III. 98. Jacq. Austr. t. 86. Sturm. I. 38. *Antennaria Leontopodium*, Gärtn.

In alpinis, montosis. (Austr. Bavar. Siles.) ⊙. Jul. — Aug.)

540. ANTENNARIA. R. Br. *Katzenpfötgen.*

Periclinium imbricatum, ovatum vel subglobosum, foliolis inaequalibus obtusis scariosis. Clinanthium favosum, villosum. Achaenia subrotunda, setis obsoletis vestita, pappo capillari penicilliformi coronata. (Flosculi tubulosi alii hermaphroditi, alii diclines.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2334. *A. dioica:* sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, foliis radicalibus, spathulatis, corymbo coarctato, periclinii foliolis interioribus elongatis obtusis coloratis. *A. dioica*, Gärtn. de fruct. 2. 410. t. 167. f. 3. Fl. Wetter. III. 193. Baumg. En. III. 100. *Gnaphalium dioicum*, Willd. III. 3. 1882. Leers. herb. n. 640. Scop. Carn. n. 1044. Poll. palat. 785. Decand. fl. fr. n. 3123. Roth. II. 2. 311. Fl. Erlang. 83. Hayne, Abbild. V. t. 6. Engl. Bot. t. 267.

In ericetis, collinis, siccis graminosis sylvarum et nemorum. ♃. Maj. — Aug. (Calathia nivea vel rosea, mascula magis globosa. Folia subtus nivea.)

2335. *A. alpina:* sarmentis nullis, caule simplicissimo, foliis radicalibus lanceolatis, calathiis terminalibus aggregatis sessilibus, periclinii foliolis interioribus elongatis acutis membranaceis. *A. alpina*, Gärtn. Baumg. En. III. 101. *Gnaphalium alpinum*, Willd. III. 3. 1883. Scop. carn. n. 1047. Pers. syn. II. 421. Decand. fl. fr. n. 3124. Brown. Fl. Ins. Melville Op. bot. I. p. 400. Fl. dan. t. 332. Sturm. I. 38.

In alpinis (Austr.) ♃. Jun. — Jul. (Periclinia cylindrica, basi ventricosa.)

2336. *A. carpathica:* caulibus stolonibusque erectis, foliis radicalibus lanceolatis trinervibus, calathiis cymosis, periclinii foliolis fusco-reticulatis erosis planis acuminatis. *Gnaphalium carpathicum,* Wahlenb. carp. p. 259. n. 843. t. III.

In alpibus (Pasterze) ♃. . . . .

541. ELYCHRÝSUM. *Immerschön.*

Periclinium imbricatum, foliolis inaequalibus obtusis scariosis saepius coloratis. Clinanthium nudum. Pappus plumosus vel subpilosus. (Flosculi omnes tubulosi et hermaphroditi.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2337. *E. Stoechas:* fructicosum, foliis linearibus, corymbo composito, ramis virgatis. Decand. fl. fr. n. 3112. *Gnaphalium Stoechas*, Willd. III. 3. 1863. Scop. carn. n. 1052. Pers. syn. II. 417. Roth. II. 2. 310. Hoffm. II. 137. *Stoechas minor,* Barr. ic. 410.

In apricis saxosis. (Austr. Carniol. Bav. Bohem. Baruth. (?)) ♄. Jul. — Septbr. (Differt a sequente: caule altiori, inferne fruticoso, foliis linearibus acutis margine revolutis, pericliniis minoribus magis oblongis luteis minus splendentibus.)

2338. *E. arenarium:* herbaceum foliis incanis tomentosis obtusis, radicalibus spathulato-lanceolatis, caulinis lineari-lanceolatis, corymbo composito. Decand. fl. fr. n. 3113. *Gnaphalium arenarium,* Linn. Willd. III. 3. 1867. Poll. palat. n. 783. Roth. II. 2. 309. Spreng. hal. 234. Gmel. bad. III. 407. Fl. Erlang. 82. Kunth. berol. 220. Baumg. En. III. 95. Schlechtendl. 429. Hayne, Abbild. V. t. 5. Fl. dan. t. 641. Sturm. I. 38.

In arenosis, collibus graminosisque camporum. ♃. Jul.—Octbr. (Tota planta tomento lanuginoso incana. Caules plures e radice sublignescente, simplices, pedales et ultra, saepe etiam humiles. Periclinia intense sulphurea, interdum rubentia, foliolis interioribus elongatis apice undulato-crenatis. Flosculi aurei vel subaurantii.)

2339. *E. margaritaceum:* herbaceum, erectum, tomentosum, foliis sparsis lineari-lanceolatis acuminatis subtus tomentosis, calathiis corymboso-fastigiatis. Decand. fl. fr. n. 3111. *Gnaphalium margaritaceum*, Linn. Willd. III. 3. 1881. Pers. syn. II. 420. Smith. britt. 868. Hoffm. II. 137. Gmel. bad. III. 411. Sturm. I. 38.

In pratis humidis (Salisb. Bavar. Suev. Holsat.) ♃. Jul.—Aug. (Calathia speciosiora quam in affinibus, nivea, flosculis lutescentibus.)

542. XERANTHEMUM. *Spreublume.*

Periclinium imbricatum, foliolis scariosis, interioribus longioribus coloratis. Clinanthium paleaceum, paleis lanceolatis acutis. Pappus achaeniorum fertilium 5-paleaceo-setosus, sterilium nullus. (Flosculi centrales hermaphroditi fertiles, in radio foeminei steriles.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp. Eupatorineen*, Spreng.)

2340. *X. annuum:* periclinii foliolis obtusis scariosis, interioribus lanceolatis obtusis patentibus. Decand. fl. fr. n. 3108. Willd. III. 3. 1901. Pers. syn. II. 413. Scop. carn. n. 1096. Bieberst. T. cauc. II. n. 1711. Baumg. En. III. 103. Jacq. austr. t. 388. *X. annuum*, Willd.

In montosis arenosis, arvis et collibus siccis (Austr.) ☉. Jul.—Septbr. (Calathia magna radio periclinii argenteo, et flosculis violaceo-purpureis.)

2341. *X. inapertum:* periclinii foliolis acutis margine membranaceis, interioribus lanceolatis acutis conniventibus. Decand. fl. fr. n. 3109. Willd. III. 3. 1902. Pers. syn. II. 413. Mössl. 1165. *X. inapertum*, Willd. *X. annuum, β.* Linn. Lam. Enc. II. 235.

In arvis collibusque aridis Austr.) ☉. Jul. (Calathia minora; periclinii foliola magis acuta, dorso tomentosa.)

543. CARPÉSIUM. *Kragenblume.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis exterioribus patulis reflexis. Clinanthium nudum. Achaenia obovata, striata. Pappus nullus. (Flosculi tubulosi, disci 5-lobi, radii 5-dentati.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2342. *C. cernuum:* calathiis terminalibus solitariis cernuis. Decand. fl. fr. n. 3221. Willd. III. 3. 1932. Scop. carn. n. 1030. Pers. syn. II. 423. Gmel. bad. III. 420. Bieberst. II. n. 1713. Baumg. En. III. 102. Jacq. Austr. t. 204. Lam. ill. t. 696. f. 1. *C. cernuum*, Linn.

In humidis umbrosis. (Austr. Suev. M. D. Bad. sup.) ♃. Jul. — Aug. (Flosculi sordide lutei.)

544. TUSSILAGO. *Huflattig.*

Periclinium simplex e foliolis aequalibus lanceolato-linearibus membranaceis. Clinanthium nudum, scrobiculatum aut elevato-punctatum. Achaenia oblonga, striata. Pappus sessilis, pilosus. (Flosculi nunc omnes hermaphroditi, nunc foeminei fertiles in radio, hermaphroditi in centro, tubulosi vel ligulati angustissimi.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupartioneen*, Spreng.)

α.) Calathiis solitariis terminalibus. (Farfara.)

2343. *T. Farfara:* scapo unifloro subnudo bracteato, calathiis radiatis, foliis cordatis angulatis dentatis subtus tomentosis. Decand. fl. fr. n. 3163. Willd. III. 3. 1967. Leers. herb. n. 663. Scop. carn. n. 1059. Poll. palat. n. 791. Smith. britt. 878. Roth. II. 346. Gmel. bad. III. 427. Kunth. berol. 222. Fl: Erlang. 85. Baumg. En. III. 118. engl. Bot. t. 429. fl. dan. t. 595. Hayne l. c. II. t. 16. Sturm. 1. 2.
T. Farfara, Linn.

In agris argillosis et collibus ad viarum marginalia. ♃. Mart. — April. (Scapus florifer ante folia prodit. Folia juniora utrinque lanata, adultiora subtus albo-tomentosa. Periclinii foliola linearia. Flosculi aurei.)

β.) Calathiis in thyrsum collectis. (Petasites.)

2344. *T. laevigata:* thyrso fastigiato, calathiis radiatis, foliis subrotundo-cordatis dentatis glabris. Willd. III. 3. 1969. Pers. syn. II. 455. Mössl. 1172. *T. laevigata*, Willd. *T. bohemica*, Hoppe Taschenb. 1803.

In . . . . (Bohem.) ♃. Mai. — Jul. (Flosculi flavi. Folia glaberrima.)

2345. *T. Petasites:* thyrso oblongo, calathiis non radiatis, foliis oblongo cordatis inaequaliter denticulatis subtus pubescentibus, lobis approximatis. Decand. fl. fr. n. 3165. Willd. III. 3. 1971. Pers. syn. II. 455. Hoppe, Taschenb. 1803. 35. Schlechtd. ber. I. 433. Hayne Abbild. II. t. 17. 18.

☿. thyrso ovato-oblongo, flosculis plurimis hermaphroditis. *T. Petasites*, Roth. II. 2. 348. Leers. herb. n. 675. Poll. palat. n. 792. Smith. britt. 880. Gmel. bad. III. 430. Hoffm. II. 142. fl. dan. t. 842. Sturm. I. 7. *Petasites officinalis*, Mönch. Baumg. En. III. 93.

♀. thyrso elongato-oblongo, flosculis omnibus fere foemineis. *T. hybrida,* Linn. 2. 1215. Leers. herb. n. 664. Roth. II. 317. Sm. brit. 879. Hoffm. II. 141. Gmel. bad. III. 432. engl. Bot. t. 430. *Petasites hybridus,* Dill. Elth. t. 230. f. 297. Baumg. En. III. 93.

In pratis humidis, ad fluviorum ripas, ♀. rarior. ♃. Mart. — Maj. (Folia maxima. Calathia in β. *hybrida,* multo graciliora. Flosculi purpurascentes.)

2346. *T. alba:* thyrso fatigiato, calathiis non radiatis, foliis orbiculato-cordatis duplicato-argute dentatis subtus villoso-pubescentibus. Decand. fl. fr. n. 3166. Willd. III. 3. 1969. Pers. syn. II. 455. Hoppe Taschenb. 1803. 45.

☿. thyrso fastigiato, pedunculis inferioribus subbifloris, flosculis foemineis paucis. *T. alba,* Linn. 2. 1214. Willd. l. c. Pers. syn. l. c. Roth. II. 317. Hoffm. II. 142. Gmel. bad. III. 430. (ex descript.) fl. dan. t. 524. Sturm. I. 21. *Petasites albus,* Baumg. En. III. 93.

♀. thyrso fastigiato, pedunculis elongatis multifloris flosculis foemineis plurimis. Willd. l. c. Pers. l. c. *T. ramosa,* Hoppe Hoffm. II. 142. *Petasites ramosus,* Baumg. En. III. 94.

In montosis subalpinis, ad ripas. (Siles. Hercyn. Thuring. Bav. Salisb. Wetter.) ♃. April—Jun. (Folia albido-villosa. Flosculi ex albido-flavescentes.)

2347. *T. nivea:* thyrso oblongo, foliis oblongo-cordatis inaequaliter dentatis subtus dense albo tomentosis, lobis divaricatis. Decand. fl. fr. n. 3167. Willd. III. 3. 1970. Pers. syn. II. 455. Hoppe, Taschenb. 1803. 48. Hoffm. II. 142. Gmel. bad. III. 428.

☿. flosculis omnibus hermaphroditis. *T. nivea,* Villars Act. soc. N. Scrut. Par. I. 73. *T. spuria,* Schrank. bav. 2. 380. *Petasites niveus,* Baumg. En. III. 94. Sturm. I. 21.

♀. flosculis foemineis numerosis, hermaphroditis ternis. *T. paradoxa*, Retz. obs. 2. 24. t. 3. *T. frigida*, Host. syn. 457. Suter. helv. 180. *Petasites paradoxus*, Baumg. En. III. 94.

In montosis alpinis et subalpinis (Bav. Austr. Salisb.) ♃. April. — Mai. (Folia profunde cordata, lobis patentibus. Calathia in planta hermaphr. breviter pedunculata, in planta foem. contra ut in affinibus pedunculi elongantur. Flosculi albidi vel rubelli.)

2348. *T. spuria:* thyrso oblongo, foliis oblongo-cordatis inaequaliter denticulatis utrinque niveo-tomentosis, lobis divaricatis trilobis. Willd. III. 3. 1972. Pers. syn. II. 455. Schlechtend. berol. I. 434. *T. tomentosa*, Hoppe Taschenb. 1803. 51. Ehrh. Beitr. 3. 65. Hoffm. II. 143.

☿. thyrso coarctato, flosculis foemineis ternis nudis. Willd. l. c.

♀. thyrso elongato, flosculis foemineis plurimis subpetaloideis. Willd. l. c. Sturm. I. 21.

In pratis, ripis sabulosis fluminum. (ad Albim. Havelae, Viadr.) ♃. April. (Folia juniora utrinque lanata. Thyrsus e corymbis compositus. Flosculi flavi.)

545. HOMOGYNE. *Alpenlattig.*

Periclinium simplex, e foliolis linearibus (alternis angustioribus). Calathium partim e flosculis foemineis truncatis. Clinanthium nudum. Achaenia cylindracea Pappus e squamulis paleiformibus lanceolatis acutis membranaceis formatus. (Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spreng. *Adenostyles*, Cassini.)

2349. *H. alpina:* scapo subnudo unifloro, foliis reniformibus dentatis utrinque glabris. *Tussilago alpina*, Murr. Linn. syst. veg. ed. 14. p. 755. Willd.

III. 3. 1966. Pers. syn. II. 455. Host. syn. 456. Gmel. bad. III. 425. Jacq. Austr. t. 246. Sturm. I. 21. *Petasites alpinus*, Scop. Baumg. En. III. 92.

In alpinis subalpinis (Austr. Salisb. Suev. Bohem. Lusat. sup. Siles.) ♃. Jun. — Augst. (Folia parva. Flosculi ex albo purpurascentes.)

2350. *H. discolor:* scapo subnudo unifloro; foliis reniformibus dentatis subtus tomentoso-incanis. *Tussilago discolor*, Murr. syst. veg. ed. 14. 755. Willd. III. 3. 1966. Host. syn. 456. Gmel. bad. III. 426. Jacq. Austr. t. 247. Sturm. I. 21. *Tussilago alpina β.* Linn. *Petasites discolor*, Baumg. En. III. 92.

In alpinis subalpinis (Austr. Carniol. Salisb.) ♃. Jun. — Aug. An praecedentis var.? A qua tantum foliis superne viridibus glabris, subtus tomentoso-incanis differt.)

2351. *H. sylvestris:* scapo subnudo subunifloro, canthiis non radiatis, foliis glabris reniformibus leviter septemlobis, lobis intermediis tridentatis. *Tussilago sylvestris*, Murr. syst. veg. 14. 755. Willd. III. 3. 1967. Scop. carn. n. 1057. Host. syn. 456. Pers. syn. II. 455. Jacq. austr. app. t. 12. Sturm. I. 21.

In sylvaticis montosis. (Styr. Carniol. Carinth.) ♃. Mai. — Jun. (Folia radicalia petiolata, petiolis pilis raris adspersis. Scapus interdum 2-3-florus. Affinis praecedentibus.)

546. COTULA. *Laugenblume.*

Periclinium hemisphaericum. Clinanthium subnudum. Flosculi tubulosi. Achaenia pappo marginato coronata. (Flosculi disci 4-fidi, radii fere nulli.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Compositae*, ord. *Eupatorineen*, Spreng.)

2352. *C. coronopifolia:* foliis lanceolato-linearibus amplexicaulibus pinnatifido-dentatis, caule procumbente, ramis unifloris. Willd. III. 3. 2167. Pers. II. 464. Roth. II. 2308. Hoffm. II. 159. fl. dan. t. 341. Sturm. I. 7. *C. coronopifolia*, Lin.

Ad fossas et vias, (Brem. Hamb. Jever. Emden. Vieland. Gastendorf. Rostock.) ☉. Jul. — Septbr. (Flosculi aurei.)

II. Labiatiflorae.

Flosculis tubulosis bilabiatis, labio exteriori 3-dentato, interiori bifido.

547. LIGULÁRIA. *Ligularie.*

Periclinium cylindricum, foliolis linearibus aequalibus. Clinanthium parvum, nudum, planum, papilloso-foveolatum. Achaenia cylindrica. Pappus pilosus, scaber (e squamulis capillaribus spinulosis.) Flosculi marginales foeminei bilabiati, labio interiori bipartito, exteriori tridentato.

(*Compositae*, ord. *Labiatiflorae*, Decand. *Comp.* ord. *Perdicieen*, Spreng.)

2353. *L. sibirica:* racemo erecto. *Cineraria sibirica*, Willd. III. 3. 2079. Waldst. et Kit. pl. r. hung. 1. 15. t. 16. Dec. fl. fr. n. 3186. Baumg. En. III. 123. Koch Bot. Zeit. 1823. II. 503. *Hoppea sibirica*, Reichb. Bot. Zeit. 1824. I. 245.

In paludosis (Bohem.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis simplex, humanae altitudinis. Folia cordata. Petioli in foliis caulinis basi dilatati. Flosculi flavi.)

III. Radiatae.

Calathiis radiantibus.

(Flosculi *disci* tubulosi, *radii* ligulati.)

α.) Pappo piloso.

548. CONÝZA. *Dürrwurz.*

Periclinium subrotundum, imbricatum. Clinanthium nudum. Achaenia oblonga. Pappus pilosus. (Flosculi in disco hermaphroditi 5-dentati, in radio foeminei steriles graciles 3-dentati.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2354. *C. squarrosa:* foliis scabris, caulinis ovato-oblongis serratis, rameis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, caule herbaceo corymboso, pericliniis squarrosis. Decand. flor. fr. n. 3126. Willd. III. 3. 1918. Scop. carn. n. 1053. Poll. palat. n. 788. Roth. II. 2. 309. Gmel. bad. III. 422. Flor. Erlang. 81. Baumg. En. III. 101. engl. Bot. t. 1195. fl. dan. t. 622. *C. squarrosa*, Linn.

In collibus, pascuis montosis sylvaticis Germaniae mediae et australioris. ♂. Jul. — Septbr. (Flosculi lutei.)

549. DORONICUM. *Gemswurz.*

Periclinium e foliolis aequalibus duplicis ordinis. Clinanthium nudum. Achaenia *radii* conica, 10-sulcata, nuda, pappo destituta, *disci* minora, obovata, 5-sulcata, pappo simplici setaceo-piloso coronata.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2355. *D. Pardalianches:* foliis denticulatis, radicalibus cordatis longe petiolatis, mediis spathulato-cordatis, summis subrotundo-cordatis, caule hirsuto subsimplici. Decand. fl. fr. n. 3195. Willd. III. 3. 2113. Scop. carn. n. 1085. Sm. brit. 896. Roth. II. 2. 321. Gmel. bad. III. 468. Heller Wirceb. II. 304. Baumg. En. III. 136. Engl. Bot. t. 630. Jacq. austr. t. 350. Sturm. I. 21. *D. Pardalianches*, Linn.

In pratis, pascuis montosis, alpinis (Austr. Bav. Salisb. Suev. Wetterav. depressis Francon. Thuring. Ratisb. Isenac. etc.) ♃. Mai. — Augst. (Calathia magna, flosculis flavis.)

2356. *D. sorpioides:* foliis remote denticulatis, superioribus oblongis amplexicaulibus, inferioribus ovatis petiolatis, petiolis alatis auriculatis, radicalibus ovatis subcordatis petiolatis, caule subglabro. Decand. fl. fr. n. 3196. Willd. III. 3. 2114. Pers. syn. II. 454. Baumg. En. III. 137. Sturm. I. 38. *D. scorpioides*, Willd. *D. plantagineum*, Roth.

In montosis (Austr. — Brem. Vegesack.) ♃. Mai. — Jun. (Radix geniculata. Caulis basi tantum hirsutus. Folia glabriuscula parciusque dentata, radicalia ovalia nec cordata. Flosculi sulphurei, pallidiores.)

2357. *D. austriacum*, foliis denticulatis, summis lanceolatis amplexicaulibus, inferioribus spathulato-ovatis, radicalibus petiolatis cordatis auriculatis, omnibus subtus pubescenti-villosis. Willd. III. 3. 2114. Pers. syn. II. 454. Hoffm. II. 155. Host. syn. 468. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1754. Baumg. En. III. 138. Jacq. austr. t. 130. Sturm. I. 38. *D. austriacum*, Jacq.

In subalpinis sylvaticis (Austr. Salisb. Carniol. Carinth.) ♃. Jul. — Augst. Simile antecedenti, sed caulis plerumque uniflorus, vel 2-3 florus, pedunculis elongatis.)

2358. *D. cordifolium:* foliis radicalibus reniformi-cordatis longe petiolatis, petiolis auriculatis, caulinis sessilibus subamplexicaulibus basi lanceolatis dentatis, caule unifloro. Sternb. in Regensb. Denksch. 1818. 147. *Arnica cordata*, Wulf. in Röm. Arch. 3. 408. Pers. syn. II. 453.

In umbrosis humidis rupestribus, (Austr.) ♃. Jul. —Augst.

550. BELLIDIASTRUM. *Maslieben.*

Periclinium hemisphaericum, foliolis aequalibus. Clinanthium nudum, conicum. Achaenia obovata. Pappus e squamulis numerosis longis filiformibus denticulatis. (Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Eupatorineen*, Spr. *Asterae*, Cassini.)

2359. *B. montanum:* scapo nudo unifloro; foliis petiolatis obovatis repandis. *Doronicum Bellidiastrum*, Linn. sp. pl. 2. 1247. Roth. II. 2. 323. Jacq. Vind. 285. Hoffm. II. 156. Gmel. bad. III. 469. Jacq. austr. t. 400. *Arnica Bellidiastrum*, Willd. III. 3. 2109. Vill. Delph. III. 212. Dec. fl. fr. n. 3201. Sturm. I. 38. Baumg. En. III. 136. *Aster Bellidiastrum*, Scop. carn. n. 1044.

In alpinis, subalpinis sylvaticis (Austr. Bav. Salisb. M. D. Bad. sup.) ♃. Mai. — Jun. (Flosculi in radii patentes nivei vel rubelli, disci lutei.)

551. ARNICA. *Wolverley.*

Periclinium e foliolis lanceolatis duplicis ordinis aequalibus. Clinanthium nudum. Achaenia oblonga. Pappus simplex capillaris. (Flosculi radii foeminei 3-dentati.)

Compositae, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2360. *A. montana:* foliis ovalibus integris glabriusculis, caulinis geminis oppositis. Decand. fl. fr. n. 3198. Willd. III. 3. 2106. Leers. herb. n. 651. Poll. palat. n. 809. Roth. II. 2. 323. Spreng. hal. 237. Gmel. bad. III. 465. Heller, Wirceb. II. 303. Fl. dan. t. 63. Schk. t. 248. off. Pfl. Lief. IX. Sturm. I. 34. *A. montana*, Linn.

In pratis, ericetosis montosis, humidis sylvaticis. ♃. Jun. — Septbr. (Caulis magis vel minus pubescens, 1-3 florus, calathiis speciosis aureis.)

2361. *A. Doronicum:* foliis remote dentatis hirsutis, radicalibus petiolatis oblongis basi angustatis, caulinis alternis oblongo lanceolatis. Decand. fl. fr. n. 3199. Willd. III. 3. 2108. Host. syn. 467. Hoffm. II. 135. Wulf. in Jacq. Coll. I. 233. Baumg. En. III. 135. Jacq. austr. t. 92. *A. Doronicum,* Jacq. *A. Clusii,* All. pedem. n. 745. t. 17. f. 1. 2.

In saxosis alpium (Austr. Styr. Salisb.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis 1-3 florus, calathiis magnis flavis.)

2365. *A. glacialis:* foliis repando-subdentatis subhirsutis, radicalibus petiolatis oblongis basi rotundatis, caulinis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis. Willd. III. 3. 2109. Pers. syn. II. 454. Hoffm. II. 154. Wulf. in Jacq. Coll. I. 232. Baumg. En. III. 135. Jacq. ic. rar. 3. t. 586. Sturm. I. 38. *A. glacialis,* Jacq.

In summis alpibus (Carinth. Salisb.) ♃. Augst. (Antecedenti valde affinis species. Caulis uniflorus, humilis. Folia basi dentata, margine villosa.)

552. GRAMMARTHRON. *Grammarthron.*

Periclinium flosculis longius, foliolis subaequalibus triplicis ordinis lanceolatis foliaceis. Clinanthium nudum. Achaenia cylindrica, striata, villosa. Pappus e squamulis filiformibus subdenticulatis. (Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae,* Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten,* Spreng.)

2363. *G. scorpioides:* foliis dentatis, dentibus acuminatis, radicalibus petiolatis elliptico-subrotundis, caulinis alternis elongatis. *Arnica scorpioides,* Jacq. vind. 152. Willd. III. 3. 2108. Pers. syn. II. 453. Decand. fl. fr. n. 3200. Baumg. En. III. 135. Jacq. Austr. t. 349. *Aster scorpioides,* Scop. Carn. n. 1075. *Doronicum grandiflorum,* Lam. En. II. 313.

In alpibus (Austr. Salisb.) ♃. Jul. — Aug. (Calathia magna e flosculis sulphureo-luteis.)

553. ÍNULA *Alant.*

Periclinium imbricatum, foliis laxis patulis. Flosculi radii numerosi lineares. Clinanthium nudum. Achaenia linearia. Pappus pilosus. (Antherae saepius basi bisetosae.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

α.) Foliis amplexicaulibus.

2364. *J. Helenium:* foliis amplexicaulibus subdentatis ovatis rugosis subtus tomentosis, periclinii foliolis ovatis. Decand. fl. fr. n. 3142. Willd. III. 3. 2089. Leers herb. n. 652. Roth. II. 2. 324. Smith. britt. 891. Gmel. bad. III. 456. Heller, Wirceb. II. 297. Fl. Erlang. 88. Baumg. En. III. 129. Bönningh. monast. 255. Fl. Dan. t. 728. Engl. Bot. t. 108. *J. Helenium*, Linn. *Aster Helenium*, Scop. carn. n. 1078.

In montanis sylvaticis, ad pagos, hinc inde; colitur in hortis. ♃. Jul. — Augst. (Folia radicalia petiolata, magna, ovata, obtusa, supra scabra subtus albo-tomentosa. Calathia magna e flosculis flavis.)

2365. *I. Oculus-Christi:* foliis amplexicaulibus lanceolatis integris margine et subtus hirsutis, supra fere glabris, caule piloso scabro corymboso, periclinii foliolis linearibus. Dec. fl. fr. n. 3144. Willd. III. 3. 2090. Roth. II. 2. 325. Hoffm. II. 151. Heller Wirceb. l. c. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1744. Baumg. En. III. 129. Jacq. austr. t. 223. Schk. t. 247. *I. Oculus-Christi*, Linn.

In aridis, montibus siccioribus (Austr. Bav. Lusat. Sup. ? Francon.) ♃. Augst. — Septbr. (Calathia speciosa e flosculis luteis odoris. Pedunculi et folia incano-villosa. Periclinii foliola linearia, villosissima.)

2366. *J. britannica:* foliis amplexicaulibus lanceolatis basi serratis magis vel minus villosis, caule corymboso villoso, periclinii foliolis linearibus hirsu-

tis. Decd. fl. fr. n. 3145. Willd. III. 3. 2090. Roth. II. 2. 325. Hoffm. II. 152. Spreng. hal. 237. Gmel. bad. III. 457. Kunth. berol. 226. Heller, Wirceb. l. c. Baumg. En. III. 129. Schlechtdl. berol. I. 459. Bönningh. l. c. Fl. dan. t. 413. *J. britannica*, Linn. *J. hirta*, Poll. palat. n. 806. *Aster britannicus*, Fl. Wetter.

β. foliis lineari-lanceolatis basi integerrimis, subtus sericeis. Bönningh. l. c.

Ad fossas, ripas in pascuis humidis etc. ♃. Jul. — Aug. (Folia nunc glabriuscula, nunc magis villosa. Calathia sat magna, flava.)

β.) *Foliis sessilibus.*

2367. *J. germanica:* foliis ovato-oblongis subobtusis vix dentatis scabris, caule superne ramoso, calathiis corymbosis. Decand fl. fr. n. 3149. Willd. III. 3. 2100. Roth. II. 2. 329. Poll. palat. n. 807. Hoffm. II. 154. Spreng. hal. 238. Gmel. bad. III. 463. Heller, Wirceb. II. 302. Baumg. En. III. 130. Bönningh. l. c. Jacq. austr. t. 134. *J. germanica*, Linn.

In montosis asperis fruticosis. (Austr. Palat. Saxon. Francon. Bavar. Siles, Barbii. Westph. etc.) ♃. Jul. — Aug. (Periclinii foliola inaequalia, lanceolata, acuta, apice reflexa, villosiuscula. Calathia terminalia, minora, umbellato-fasciculata e flosculis luteis.)

2368. *J. salicina:* foliis lanceolatis subrecurvis serrulato-scabris glabriusculis, ramis angulatis glabris, pedunculis inferioribus. Willd. III. 3. 2096. Decand. fl. fr. n. 3150. Poll. palat. n. 805. Roth. II. 2. 327. Spreng. hal. 238. Gmel. Bad. III. 461. Flor. Erlang. 89. Kunth. berol. 227. Baumg. En. III. 131. Fl. dan. t. 786. *J. salicina*, Linn.

Ad margines sylvarum, in montosis, locis humidis ad ripas graminosas. ♃. Jul. — Septbr. (Periclinii foliola ovato-lanceolata, inaequalia, apice recurvius-

cula, purpurascentia, ciliata. Caulis interdum uniflorus.)

2369. *J. hirta:* foliis lanceolato-oblongis integris rigidis pilosis, caule villoso subramoso, calathiis paucis corymbosis. Decand. fl. fr. n. 3151. Willd. III. 3. 2098. Roth. II. 2. 328. Gmel. bad. III. 462. (excl. Poll. syn.) Heller, W'rceb. II. 302. Baumg. En. III. 131. Jacq. Austr. t. 358. *J. hirta*, Linn. *J. montana*, Poll. palat. n. 808. *Aster hirtus*, Scop. carn. n. 1082.

In collibus herbidis, montosis et subalpinis. (Austr. Siles. Palat. Wetter. Saxon. Francon. Thuring. Lusat. sup. etc. ♃. Jul.—Aug. (Differt a praecedente: Caule humiliori pubescenti, foliis lanceolatis latioribus rigidulis piloso-hirsutis glandulosis, margine subintegerrimis aut rariter obtuse crenulatis, periclinii foliolis lanceolato linearibus vix recurvis magisque ciliatis.)

2370. *J. montana:* foliis lanceolatis sessilibus hirsutis integerrimis, caule unifloro, periclinii hirsuti foliolis oblongo-linearibus, exterioribus brevioribus. Decand. fl. fr. n. 3158. Willd. III. 3. 2102. Roth. II. 2. 330. Pers. syn. II. 451. Gmel. bad. III. 464. Bieberst. II. n. 1746. Allion. pedem. n. 706. Baumg. En. *J. montana*, Linn.

In montosis sterilibus (Austr.) ♃. Maj.—Juni. (Calathium magnum, subsessile e flosculis flavis.)

2371. *J. Bubonium:* foliis sessilibus oblongis cartilagineo-denticulatis scabris, caule corymboso, periclinii foliolis ovatis obtusis squarrosis. Willd. III. 3. 2097. Pers. syn. II. 451. Host. syn. 463. Mössl. 1200. Jacq. Austr. t. 19. *J. Bubonium*, Murr. syst. veg. ed. 14. p. 767. *Aster Bubonium*, Scop. carn. n. 1083.

In collibus graminosis, ad sepes (Carniol. calidioris) ♃. Jul.—Aug. (Folia cartilagineo-serrata.)

2372. *J. ensifolia:* foliis linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caule subsimplici paucifloro. Decand. fl. fr. n. 3153. Willd. III. 3. 2101. Roth. II. 2. 330. Hoffm. II. 153. Baumg. En. III. 132. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1753. Jacq. Austr. t. 162. Sturm. I. 34. *J. ensifolia*, Linn. *Aster ensifolius*, Scop. carn. n. 1084.

In montosis apricis fruticosis. (Austr. Tubing.) ♃. Aug. (Pedunculi et periclinia pilis longis albis obsita.)

554. ERÍGERON. *Berufskraut.*

Periclinium oblongum, imbricatum, foliolis subulatis. (Flosculi radii angustissimi.) Clinanthium nudum. Achaenia oblonga, parva. Pappus longus pilosus. (Flosculi albidi vel violacei.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2373. *E. acre:* pedunculis alternis unifloris, pappo rufescente achaeniis duplo longiore. Decand. flor. fr. n. 3131. Willd. III. 3. 1959. Leers. herb. n. 655. Poll. palat. n. 790. Roth. II. 2. 332. Spreng. hal. 238. Gmel. bad. III. 424. Kunth. berol. 222. Baumg. En. III. 119. Schlechtdl. berol. I. 432. Engl. Bot. t. 1158. Schk. t. 241. Hayne. Abbild. III. t. 30. *E. acre*, Linn. sp. pl. *E. vulgare*. Fl. Lapp.

In montosis, collibus graminosis siccis apricis, ad vias, in muris, nemoribus sylvisque. ♃. Jul.—Aug. (Flosculi radii purpurei, disci flavescentes.)

2374. *E. alpinum:* caule subunifloro piloso, foliis lanceolatis acutiusculis villosis, periclinii foliolis subulatis hirtis. *E. alpinum*, Linn. sp. pl. 1211. Willd. III. 3. 1959. Pers. syn. II. 431. Scop. carn. n. 1061. Smith. britt. 877. Decand. flor. fr. n. 3132. Engl. Bot. t. 464. Sturm. I. 38.

In alpinis, subalpinis. (Austr. Carniol.) ♃. Jul. —Aug. (Periclinii foliola parum pilosa, pilis rigidu-

lis. Flosculi radii numerosi, purpurei, patentes, angustissimi, disco duplo longiores.)

2375. *E. rupestre:* caule subunifloro, piloso, foliis radicalibus spathulatis, caulinis inferioribus lanceolato-linearibus obtusis, summis oblongis acutiusculis, omnibus glabris ciliatis, periclinii foliolis linearibus pilosulis. *E. rupestre*, Hoppe et Hornsch. Cent. Erig. alpinum Sturm. Fl. G. *E. asteroides*, Hoppe in litt.

In rupestribus alpinis. (Pasterze prope Heiligenblut.) ♃. Jul.—Aug. (A praecedonte, cui simile, differt: foliis glabris margine tantum ciliatis, summis latioribus subamplexicaulibus, quae in illo lanceolata et parva sunt; periclinii foliolis latioribus obtusiusculis neque apice attenuato-subulatis. Radius copiosus, purpurascens, angustus ut in illo.)

2376. *E. glabratum:* caule unifloro inferne glabrato, foliis radicalibus spathulatis glabratis petiolis ciliatis, periclinii foliolis linearibus acutis sublanatis. *E. glabratum*, Hoppe et Hornsch. Cent. *E. uniflorum*, Wahlenb. Carp. 262. (excl. syn.)

In rupestribus alpinis. (Heiligenblut.) ♃. Jul.—Augst. (Caulis superne pubescens. Folia caulina linearia cum mucronulo, laxe ciliata. Calathium magnitudine Bellidis, foliolis linearibus, inferioribus obtusis, superioribus in apicem purpurascentem brevem attenuatis, dorso villis brevibus vestitis. Radius erectiusculus, brevis, angustus, pallide purpurascens.)

2377. *E. hirsutum:* caule subunifloro piloso, foliis radicalibus spathulatis caulinisque lanceolatis obtusis subpilosis ciliatisque, periclinii foliolis lineari-acuminatis lanatis apice late membranaceis purpureis. *E. hirsutum*, Hoppe et Hornsch. Cent. *E. uniflorum*, Linn. Fl. suec. n. 742. Lapp. n. 307. t. 9. f. 3. Willd. III. 3. 1960. Pers. syn. II. 431. Hoffm. II. 141. Hook. app. in Scoresb. Reise, Browns botan. Schrift. ed. N. ab E. I. p. 536. Sturm. I. 58.

In alpibus. (Austr. Salisb. Carinth. Heiligenblut.) ♃. Jul.—Aug. (Praecedentibus humilius, digito raro longius. Caulis plerumque 1-florus rarius furcato-biflorus. Folia in costa et circa margines, praesertim apicem versus, pilis adspersa omnique ambitu ciliata. Calathium Bellide duplo fere majus, periclinii foliolis quam in praecedentibus longioribus, longe lanatis apice late membranaceis totisque saepe purpureis, insigne. Flosculi radii crebri, angusti, albi vel purpurascentes. — Haec et proxime praecedens species sub *Er. unifloro*, commiscebantur, *Er. rupestre*, autem sub *Er. alpino*, latebat.

2378. *E. canadense:* foliis lanceolatis ciliatis, caule calathiisque paniculatis hirtis. Decand. fl. fr. n. 3134. Willd. III. 3. 1954. Leers herb. n. 654. Poll. palat. n. 786. Roth. II. 2. 331. Smith. britt. 876. Spreng. hal. 238. Gmel. bad. III. 423. Baumg. En. III. 119. Schlechtendl. berol. 432. *E. canadense*, Linn.

In ruderatis, muris, sylvis ad vias, inque agris et arvis. ☉. Jun.—Septbr. (Calathia minuta, copiosa. Flosculi radii albi, disci pallide lutei.)

555. SOLIDÁGO. *Goldruthe.*

Periclinium oblongum, imbricatum, foliolis oblongis. Clinanthium nudum (favosum). Achaenia obovata, oblonga. Pappus pilosus. (Flosculi radii flavi.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2379. *S. Virgaurea:* caule superne ramoso et pubescente, foliis caulinis lanceolatis utrinque attenuatis serratis, inferioribus ellipticis pilosiusculis, racemis erectis, pedicellis calathio brevioribus. Decand. fl. fr. n. 3160. Ait. Kew. III. 218. Willd. III. 3. 2065. Poll. palat. n. 802. Smith. britt. 889. Roth. II. 2. 333. Spreng. hal. 238. Gmel. bad. III. 449. Fl. Erlang. 88.

Baumg. En. III. 121. Engl. Bot. t. 301. Fl. Dan. t. 663. Sturm. I. 9. *S. Virgaurea*, Linn. *Doria Virgaurea*, Scop. carn. n. 1087.

β. ramosa: caule ramosiore, altiore, calathiis majoribus paniculatis, foliis latioribus subtus piloso-pallidioribus.

In nemorosis, dumetis, ericetis, collium fruticetis; *β.* in nemoribus montosis umbrosis. ♃. Jul. — Sept. (Folia nunc serrata, nunc crenato-serrata, nunc fere integerrima. Flosculi aurei.)

2380. *S. minuta:* caule simplicissimo subglabro, foliis lanceolatis vel elliptico-lanceolatis acutis serratis glabris, pedunculis unifloris calathio duplo longioribus. Willd. III. 3. 2067. Decand. flor. fr. n. 3161. Pers. syn. II. 449. Baumg. En. III. 121. (sub S. alpestri.) *S. minuta*, Ait. Kew. ? *S. alpestris*, Waldst. et Kit.

In montosis, alpinis. (Austr. Bohem. Hercyn.) ♃. Jul. — Septbr.

556. ÁSTER. *Sternblume.*

Periclinium imbricatum, subsquarrosum, foliolis inferioribus praesertim patulis. Clinanthium scrobiculatum, nudum. Achaenia oblonga, ovata. Pappus sessilis, pilosus. (Flosculi radii violacei vel albi.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand, *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2381. *A. alpinus:* caule unifloro foliis integerrimis, radicalibus lanceolato-spathulatis, caulinis lanceolatis, periclinii foliolis subaequalibus lanceolatis obtusiusculis. Decand. fl. fr. n. 3135. Willd. III. 3. 2018. Pers. syn. II. 442. Ait. Kew. III. 198. Wahlenb. Carp. n. 869. Baumg. En. III. 126. Jacq. Austr. t. 88. Sturm. I. 37. Nees ab Esenb. Syn. Ast. p. 14. *A. alpinus*, Linn.

In alpibus (Austr. Salisb. Styr.) ♃. Jul. — Aug. (Flosculi radii e violaceo-coerulei speciosi, disci lu-

tei. Periclinii villosi foliola subaequalia; lanceolata, margine ciliata.)

2382. *A. Amellus:* caule simpliciter corymboso, foliis oblongo-lanceolatis acutis subintegerrimis subtriplinervibus scabris, periclinii subsquarrosi foliolis obtusis, interioribus membranaceis apice coloratis. Decand. fl. fr. n. 3136. Willd. III. 3. 2031. Ait. Kew. III. 199. Scop. carn. n. 1077. Poll. palat. n. 801. Roth. II. 2. 350. Spreng. hal. 241. Gmel. bad. III. 446. Kunth. berol. 225. N. ab Esenb. syn. Ast. p. 20. Baumg. En. III. 127. Jacq. austr. t. 435. *A. Amellus*, Linn.

In collibus, montanis apricis passim. M. D. Bad. sub. Carn. Norimb. ♃. Jul. — Septbr. (Flosculi disci lutei, radii majusculi, pulcherrime coeruleo-violacei, rarius albidi. Variat caule unifloro, et in solo pinguiori, multifloro.)

2383. *A. Tripolium:* caule glabro corymboso patulo, foliis lineari-lanceolatis carnosis triplinerviis glabris, inferioribus apice subserratis, periclinii foliolis aequalibus oblongis. Willd. III. 3. 2039. Ait. Kew. III. 199. Scop. carn. n. 1076. Roth. II. 2. 350. Smith. britt. 888. Decand. fl. fr. n. 3137. Bieberst. T. cauc. II. n. 1733. Spreng. hal. 241. Nees ab Esenb. syn. Ast. p. 19. Baumg. En. III. 128. Engl. Bot. t. 87. Fl. Dan. t. 615. *A. Tripolium*, Linn.

In maritimis uliginosis, paludibus salsis, ad salinas. ♃. Augst. — Septbr. (Flosculi disci lutei, radii coerulei, speciosi, interdum nulli.)

1384. *A. acris:* caule subglabro firmo corymboso, ramis foliosis patulo-corymbosis rigidis subtrifloris, foliis lineari-lanceolatis mucronatis basi trinerviis integerrimis subtus punctato-scabris, ramulorum minoribus, pericliniis imbricatis disco duplo brevioribus. *A. acris*, Linn. sp. pl. ed. II. 1228. Willd. III. 3. 2023. Pers. syn. II. 442. Decand. fl. fr. n. 3138. *A. sedifolius*, Linn. sp. pl. ed. I. 874. *A. trinervis*, N. ab Esenb. syn. Ast. p. 19.

β. humilior, ramis arcuato-corymbosis. *A. trinervis.* Pers. syn. II. 442.

In montibus (? Barby.) ♃. Jul. — Septbr. (Caulis vix pedalis, rigidus, apice corymbosus, ramis rigidulis in var. α. trifloris, in β. 1-4-floris. Calathia sat speciosa, radio lilacino.)

2385. *A. salignus:* caule glabriusculo paniculato-racemoso, ramis virgatis apice ramulisque corymbosis, foliis lanceolatis margine scabris, inferioribus basi attenuatis in medio serratis, superioribus subamplectentibus, ramulorum paucis linearibus erectis, periclinii laxi foliolis subaequalibus. *A. salignus*, Willd. III. 3. 2040. Pers. syn. II. 445. N. ab Esenb. syn. Ast. p. 27. *A. salicifolius*, Scholl. suppl. Fl. Barb. 328. c. ic. Roth. II. 2. 352. Hoffm. II. 148. Ficin. Fl. Dresd. I. 516.

Ad ripas Albis. (Barb. Dresd. Siles *in Danub. insul.* Bavar. Ratisb.) ♃. Jul. — Aug. (Flosculi radii albi, demum coerulescentes, disci flavi, demum rubentes.)

557. DIPLOPÁPPUS. *Doppelkrone.*

Periclinium subaequale, hemisphaericum, foliolis imbricatis linearibus. Clinanthium nudum, planum, foveolatum. Achaenia obovalia, compressa, utroque in latere hispida. Pappus duplex, exterior brevis, albicans, e squamulis laminaeformibus, interior longus, rubescens, capillaris denticulatus. (Cassini Bulet. des sc. phil. 1817. p. 137.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng. *Asterae, Cassini.*)

2386. *D. annuus:* caule subglabro superne ramoso foliis pilosiusculis, inferioribus subovatis serratis, superioribus lanceolatis, periclinii foliolis subulatis strigosis. *Aster annuus*, Linn. sp. pl. 2. 1229 Willd. III. 3. 2041. Roth. II. 2. 357. Decand. fl. fr

n. 3140. Hoffm. II. 148. Spreng. hal. 241. Gmel. bad. III. 447. Fl. dan. t. 486.

In sylvaticis humidis passim. ⊙. Jul. — Septbr. (Caulis erectus, simpliciusculus. Calathia minora Bellide. Flosculi disci lutei, radii albi patentes.)

2387. *D. vulgaris:* caule erecto diffuso paniculato, foliis amplexicaulibus oblongis undulatis villosis, pedunculis oppositifoliis unifloris, periclinii foliolis linearibus pilosis. *Pulicaria vulgaris,* Gärtn. 2. 461. t. 173. f. 4. Baumg. En. III. 133. *Inula Pulicaria,* Linn. sp. pl. 2. 1288. Willd. III. 3. 1093. Poll. palat. n. 804. Roth. II. 2. 327. Smith. britt. 892. Decand. fl. fr. n. 3147. Gmel. Bad. III. 460. Fl. Erlang. 89. Engl. Bot. t. 1196. Fl. dan. t. 623. *Aster pulicaris,* Scop. carn. n. 1080.

In ericetis arenosis, pascuisque udis, locis inundatis. ⊙. Jul. — Aug. (Calathia parva, lutescentia, radio brevissimo.)

2388. *D. dysentericus:* caule pubescente paniculato, ramis lateralibus apice longioribus patulis, foliis amplexicaulibus cordato-oblongis nudis serratis subtus pilosis, periclinii foliolis setaceis. *Inula dysenterica,* Linn. sp. pl. 2. 1237. Willd. III. 3. 2091. Poll. palat. n. 803. Roth. II. 2. 326. Smith. britt. 891. Spreng. hal. 237. Hoffm. II. 152. Decand. fl. fr. n. 3146. Gmel. bad. III. 459. Kunth. berol. 226. Heller, Wirceb. II. 301. Baumg. En. III. 130. Bönningh. monast. 256. Engl. Bot. t. 1115. Fl. dan. 410. *Aster dysentericus,* Scop. carn. n. 1079. *Pulicaria dysenterica,* Fl. Wett.

In palustribus, ad ripas, fossas passim. ♃. Jul. — Aug. (Flosculi radii aurei.)

558. CINERÁRIA. *Aschenkraut.*

Periclinium simplex, cylindricum, foliolis aequalibus. Clinanthium nudum, planiusculum. Achaenia

oblonga, angulata. Pappus simplex pilosus. (Flosculi radii ligulati, vel nulli.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

α.) Germinibus glabris.

2389. C. *crispa:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis radicalibus ovato-subcordatis, petiolo late alato-dentato crispoque, caulinis inferioribus spathulatis, superioribus lanceolatis, omnibus dentato-serratis. Koch. Bot. Zeit. 1823. II. 503. Willd. III. 3. 2082. Pers. syn. II. 440. Host. syn. 463. Hoffm. II. 149. Wahlenb. carp. n. 875. Jacq. Austr. t. 178. Reichenb. pl. crit. t. 104. *C. crispa*, Linn. suppl. 376.

In alpibus, pratis subalpinis. (Austr. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Flosculi citrini.)

1390. C. *crocea:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis radicalibus ovato-subcordatis caulinisque inferioribus spathulatis dentato-serratis, petiolis late alatis denticulatis, superioribus lanceolatis integerrimis sessilibus. Koch l. c. Trattin. Arch. 48. Reichenb. Pl. Crit. II. t. 103. C. *crocea*, Tratt.

In alpibus. (Monte Schneeb. Austr.) ♃. . . . . . . (Petioli minus profunde dentati minusque crispi, ac in praecedente. Folia superiora sessilia, integerrima. Periclinii sordide virentis foliola apice sphacelata. Flosculi crocei.)

2391. C. *rivularis:* umbella multiflora, caule simplici, foliis infimis ovato-subcordatis caulinisque mediis spathulatis dentatis, petiolo foliorum radicalium integerrimo, caulinorum subdenticulato, pericliniis intactis, pappo dimidium flosculi non attingente. Koch l. c. 504. Waldst. et Kit. pl. r. Hung. t. 239. Wahlenb. Carp. 270. n. 874. Reichenb. pl. cr. II. t. 105. C. *rivularis*, Waldst. et Kit.

In subalpinis (Salisb.) ♃. . . . . (Folia radicalia ovata, basi subcordata, grosse dentato-serrata, petiolo

anguste alato integerrimo; caulina inferiora ovato-spathulata, petiolo late alato denticulato; superiora spathulato-oblonga, serrulata, basi cuneata, integerrima; suprema sessilia, lineari-lanceolata. Periclinii glabriusculi foliola angusta, elongata, apice pallidiora.)

2392. C. *Schkuhrii:* umbella 5—6 flora, caule simplici, foliis inferioribus ovato-spathulatis, caulinis obovato-oblongis subaequaliter serratis, pappo tubo breviore. Rchenb. Fl. Sax. Pl. Crit. II. t. 106. C. *integrifolia*, Schkuhr, Handb. III. p. 114. t. 246.

In summis Saxoniae australis montibus pr. Bärenstein et Neudorf. In Sudetis. ♃. Aestate. (Characteribus e germine et pappo C. *rivulari*, propinqua, sed foliis caulinis evidenter serratis ab omnibus mihi cognitis, et umbella pauciflora a C. *rivulari* et *crocea* recedit. Rchnb. l. c.)

2393. C. *sudetica:* umbella sub 5-flora, caule simplici, foliis infimis ovato-subcordatis caulinisque mediis spathulatis dentatis, petiolo foliorum radicalium integerrimo, caulinorum subdenticulato, pericliniis sphacelatis, pappo dimidium flosculi superante. Koch l. c. 505. Reichenb. Pl. Crit. t. 102. C. *crispae var.* Günth.

In sudetis ♃. . . . . (Differt a praecedente: statura minore, calathiis majoribus, umbella 5 — 8 flora, periclinii foliolis longioribus apice sphacelatis, pappoque dimidium flosculi superante.)

2394. C. *pratensis:* calathiis umbellatis, caule simplici foliis laevibus sublanatis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis crenatis denticulatisve, caulinis oblongo-lanceolatis, supremis linearibus, pappo dimidium flosculi superante. Koch. l. c. 505.

α. *radiata:* calathiis radiantibus. Reichenb. pl. c. t. 108.

β. *capitata:* calathiis non radiantibus. C. *capitata*, Hoppe, Michl in Botan. Zeit. 3. 1. 317. C. *pratensis β. discoidea*, Reichenb. pl. crit. t. 109.

In pratis paludosis (Salisb.) ♃. (Folia, caulis, pedunculi pericliniaque arachnoideo - villosa. Folia radicalia caulinaque inferiora oblonga vel ovato - oblonga, in petiolum attenuata, magis minusve denticulata crenulatave, suprema sessilia, oblonga. Periclinium lanatum cum petiolis, interdum totoque cum caule purpurascens. Flosculi crocei. A sequente specie differt: foliis praeter tomentum arachnoideum glabris, pericliniis purpurascentibus, pappo longiori flosculisque croceis.)

2395. C. *papposa:* calathiis umbellatis (6—8), caule simplici, foliis cum caule laevibus subglabris vel scabriusculis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis denticulatis, caulinis oblongo - lanceolatis, supremis linearibus, pappo corollam disci aequante, periclinii foliolis vix apice coloratis, radiis elongatis numerosis. Reichb. pl. crit. II. t. 124. C. *longifolia*, Besser Fl. Galliz. II. p. 198.

In Valle Bodenthal Montis Loibl. — In Galicia. ♃. Aestate. (A C. *pratensi* distinguitur: pappo duplo longiori, radiis numerosis elongatis, periclinii foliolis vix apice coloratis. Planta galiciensis fere glabra; specimina vero, a Cl. Traunfellner in Monte Loibl. lecta, ex omni parte hispidula. Rcheub. l. c.)

2396. *C. crassifolia:* calathiis umbellatis caule simplici, foliis scabris lanatisque, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis crenatis denticulatisve, caulinis oblongo - lanceolatis, supremis linearibus, pappo dimidium flosculi non attingente. Kit. apud Sch. Oestor. Fl. p. 514. Reichenb. Pl. crit. t. 107. *C. ovirensis*, Koch l. c.

In alpe Ovir (Carinth.) ♃. . . . . (Folia utrinque pilis articulatis rigidis obsita et uti periclinium, caulis petiolique tomentoso - arachnoidea. Folia radicalia denticulata vel integra, oblonga vel ovato - oblonga, in petiolum attenuata, caulina inferiora lanceolato oblonga, basi attenuata, suprema sessilia, linearia lanceolata. Periclinii foliola apice sphacelata. Flosculi citrini.)

2397. C. *alpestris:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis scabris parce lanatis, inferioribus dentato-crenatis, radicalibus ovatis, caulinis inferioribus ovato-spathulatis, supremis lanceolatis, germinibus glabris margine ciliatis, pappo dimidium flosculi non attingente. Koch l. c. 513. C. *alpina*, Hoppe, Taschenb. 1806. 130. C. *integrifolia*, Willd. III. 3. 2082. Host. syn. 464. Decand. flor. fr. n. 3191. Baumg. En. III. 124. Jacq. Austr. t. 179. Rchenb. pl. crit. t. 110.

In subalpinis ad sylvarum margines. (Austr. Salisb.) ♃. Jun.—Augst. (Flosculi sulphurei.)

β.) Germinibus pubescentibus.

2398. C. *longifolia:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis scabriusculis sublanatis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis crenatis denticulatisve, caulinis elongato-lanceolatis, supremis linearibus, pappo dimidium flosculi non attingente. Koch l. c. 508. Willd. III. 3. 2082. Host. syn. 464. Decand. fl. fr. n. 3191. Pers. syn. II. 440. Hoffm. II. 151. C. *longifolia*, Reichenb. pl. crit. t. 125. Jacq. Austr. t. 181.

In alpinis subalpinis (Austr. Salisb. Carinth.) ♂. Jun.—Jul. (Flosculi aurei.)

2399. C. *spathulaefolia:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis laevibus lanatis, radicalibus ovatis dentato-crenatis, caulinis inferioribus ovato-spathulatis, supremis lanceolatis, pericliniis lanatis apice sphacelatis, pappo flosculum subaequante. Koch. l. c. 515. C. *spathulaefolia*, Gmel. Bad. III. 454. Rchb. pl. crit. Dec. III. Cent. II. p. 14. t. 126. C. *longifolia*, Sturm. 40. C. *integrifolia*, Roth. II. 335. Wallr. Sched. 474. (exclus. Jacq. et Schk.) *Senecio nemorensis*, Poll. palat. n. 799.

In ericetis, sylvaticis (Palat. Wetter. Mag. Duc. Rhen. inf. Thuring. Hercyn. Saxon. Francon. Norimb. Bav. Suev.) ♂. Mai.—Jul. (Periclinium fere semper

lana involutum, apice coloratum (sphacelatum). Flosculi saturate citrini.)

2400. *C. campestris:* calathiis umbellatis, caule simplici, foliis sublaevibus lanatis, radicalibus ovatis in petiolum acuminatis integerrimis subcrenatisve, caulinis inferioribus oblongis basi attenuatis, supremis lanceolatis, pericliniis glabris basi lanatis, apice subintactis, pappo flosculum subaequante. Koch. l. c. 518. *C. campestris*, Retz. obs. 1. 30. Willd. III. 3. 2081. Pers. syn. II. 440. Host. syn. 464. Hoffm. II. 150. Decand. fl. fr. n. 3188. Spreng. hal. 239. Wallr. sched. l. c. *C. integrifolia*, Smith. britt. 895. Engl. Bot. t. 152. *C. campestris α. humilis*, Rchenb. pl. cr. t. 131. *C. lanceolata*, Gmel. bad. III. 453. *C. alpina γ. integrifolia*, Linn.

β. procera: Rchb. l. c. t. 132. *C. alpina*, All. ped. II. p. 203. t. 38. f. 2.

γ. dentata: foliis ovato-spathulatis sinuato-dentatis, floribus minoribus, Rchenb. l. c. t. 133.

In pascuis siccis, ericetis, ad sylvarum margines. (Austr. Saxon. Salisb. *β.* in Moravia merid. (Pöhlauer Berge) *γ.* in arena circa. Pesthinum.) ♂. ♃. Mai. — Jun. (Flosculi pallide flavescentes.)

2401. *C. aurantiaca*, calathiis umbellatis, caule simplici pedunculis foliisque sublaevibus parce lanatis, foliis radicalibus ovatis in petiolum acuminatis integerrimis subcrenatisve, caulinis inferioribus oblongis basi attenuatis, supremis lanceolatis, pappo flosculum subaequante. Koch. l. c. 519. *C. aurantiaca*, Hoppe. Willd. III. 3. 2081. Wahlenb. carp. n. 876. Bieberst. Taur. Cauc. II. 315. Baumg. En. III. 124. Reichb. pl. crit. l. c. 15. t. 127. *C. aurantiaca*, *α.* Decand. fl. fr. IV. 170.

In pratis subalpinis (Carniol.) ♃. Jul. — Septbr. (Maxime affinis praecedenti, a qua pericliniis tantum purpureo-sphacelatis flosculisque aurantiacis recedit;

nam foliorum forma, sicut in pluribus aliis, minime suppetit characteres, quum in aliis lanceolato-spathulata, in aliis oblonga, elliptica, vel late ovata et subrotunda sint. Indumentum etiam pro aetate variat, dum enim planta junior lana alba quasi involuta est, adulta fere omnino glabrescit, etc.)

2402. C. *capitata:* calathiis umbellatis, caule simplici pedunculisque dense lanatis, foliis scabris lanatisque, radicalibus ovatis in petiolum acuminatis subcrenatis, caulinis inferioribus oblongis basi attenuatis, supremis lanceolatis, pericliniis totis sphacelatis, pappo flosculum subaequante. Koch. l. c. 521. *C. capitata*, Wahlenb. Carp. n. 877. Reichb. pl. crit. l. c. 16. t. 128. ? *C. fulva*, M. Bieberst. III. 573.

var. α. *radiata:* calathiis radiantibus. *C. aurantiaca*, β. Decand. fl. fr. IV. 170. Reichb. l. c. t. 128. f. 243.

β. *capitata:* calathiis non radiantibus. *C. capitata*, Wahlenb. Reichb. l. c. f. 244. 245.

In alpinis (Salisb. Ratisb.) ♃. . . . . (Differt tantum a praecedente caule humiliori crassiore ac firmiore, petiolisque lana densa arachnoidea obductis, et foliis scabris pilis articulatis lanaque densa obsitis.)

2403. C. *palustris:* calathiis corymbosis, foliis lato-lanceolatis dentato-sinuatis pubescentibus, caule villoso. Koch. l. c. Willd. III. 3. 2080. Roth. II. 2. 334. Smith. britt. 894. Decand. fl. fr. n. 3187. Gmel. bad. III. 451. Spreng. hal. 238. Baumg. En. III. 123. Kunth. berol. 226. Wallr. sched. 472. engl. Bot. t. 151. fl. dan. t. 573. *C. palustris*, Linn.

In limosis ad margines fossarum, paludum, lacuum, fluviorum passim. ☉. ♂. Jul. — Augst. (Flosculi lutei.)

2404. C. *cordifolia:* caule simplici apice ramoso-corymboso, foliis cordato-ovatis duplicato-dentato-serratis, petiolis nudis auriculatisve. Koch.

l. c. 523. C. *cordifolia*, Jacq. austr. Linn. suppl. 375.

α. simplex: petiolo simplici. C. *alpina*, *α.* Linn. sp. pl. 1243. C. *cordifolia*, Willd. III. 3. 2083. Decand. fl. fr. n. 3192. Gmel. bad. III. 452. (ex parte.) Baumg. En. III. 125. Jacq. austr. t. 176. *Senecio alpinus*, *Var. cordifolius*, Rchenb. pl. cr. t. 134.

β. subauriculata: petiolo biauriculato.

γ. auriculata: petiolo auriculis 2-4 oblongo-lanceolatis instructo. *Senecio alpinus Var. auriculatus*, Rchenb. pl. cr. t. 135.

In alpinis, subalpinis (Austr. Bav. Siles. Saxon. M. D. Bad. sup. etc.) ♃. Jul.—Aug. (Flosculi lutei.)

2405. C. *lyratifolia:* caule simplici apice corymboso tereti, foliis lyratis, lobo terminali ovato-maximo duplicato-dentato, lateralibus lanceolatis paucidentatis, pappo flosculi longitudine. C. *cordifolia δ. lyrata*, Koch. l. c. p. 524. *C. alpina β.* Linn. sp. pl. 1243. Willd. III. 3. 2084. (excl. syn. Jacq.) *Senecio alpinus*, Linn. fil. suppl. 371. C. *lyratifolius*, Rchb. pl. crit. II. t. 136.

In alpinis subalpinis (Austr. Styr.) ♃. Augst. (Differt a praecedente: caule tereti, (nec angulato,) altiore et magis ramoso, foliis lyratis auriculatis, calathiis minoribus, flosculis pallidioribus, periclinii foliolis apice sphacelatis et florescentia seriori Rchb. l. c.)

559. SENECIO. *Kreutzkraut.*

Periclinium cylindricum, calyculatum, foliolis inaequalibus lanceolatis apice sphacelatis, basalibus imbricatis. Clinanthium nudum, scrobiculatum. Achaenia oblonga, striata. Pappus sessilis, teneri pilosus. (Flosculi nunc flosculosi, nunc radiati.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

α.) Calathiis flosculosis.

2406. *S. vulgaris:* foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis, calathiis corymboso-coarctatis plerumque cernuis. Decand. fl. fr. n. 3168. Willd. III. 3. 1979. Poll. palat. n. 793. Roth. II. 2. 336. Sm. britt. 881. Gmel. bad. III. 433. fl. dan. t. 513. *S. vulgaris*, Linn.

In cultis ruderatis, vineis et muris vulgatissimus. ☉. Mart. — Octbr. ipsaque hieme, dum frigus nimis increscat. (Flosculi citrini. Achaenia sulcata, sulcis seriebus duabus setarum munitis.)

β.) Calathiis radiatis, radio revoluto.

2407. *S. viscosus:* foliis pinnatifidis viscidis, foliolis periclinii laxis hirsutis, caule ramoso diffuso. Decand. fl. fr. n. 3169. Willd. III. 3. 1984. Poll. palat. n. 794. Roth. II. 2. 337. Smith. britt. 882. Spreng. gal. 239. Gmel. bad. III. 434. Fl. Erlang. 81. Baumg. En. III. 112. fl. dan. t. 1230. engl. Bot. t. 32. *S. viscosus*, Linn. *Jacobaea viscosa*, fl. Wetter.

In ruderatis, montanis sterilibus. ☉. Jul. — Aug. (Herba tota pilis glanduliferis brevibus viscidis obsita. Flosculi flavi. Achaenia glabra, sulcata.)

2408. *S. sylvaticus*, foliis pinnatifidis denticulatis, periclinii foliolis laevibus, caule stricto simplici apice corymboso. Decand. fl. fr. n. 3170. Willd. III. 3. 1985. Poll. palat. n. 795. Roth. II. 2. 338. Smith. britt. 882. Spreng. hal. 240. Gmel. bad. III. 435. fl. Erlang. 87. Kunth. berol. 224. Baumg. En. III. 112. Schlechtdl. berol. I. 435. Bönningh. 202. fl. dan. t. 869. *S. sylvaticus*, Linn. *S. viscosus β.* Huds. 365.

In montanis sterilibus, sylvis nemoribusque, arenosis etc. ☉. Jun. — Augst. (Affinis praecedenti, distinctus: minore omnium partium visciditate, foliis angustioribus, minus profunde pinnatifidis, lobis latiori-

bus minus rotundatis interdum subintegerrimis, caule altiore, inferne simplici, ramis magis erectis, pedunculis tenuioribus filiformibus, junioribus lanuginosis, calathiis minoribus, flosculis pallidioribus, achaeniis sulcatis ad sulcos hispidis.)

γ.) *Calathiis radiatis, radio patente, foliis indivisis.*

2409. *S. paludosus:* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis argute serratis subtus subvillosis, corymbo terminali divaricato, caule stricto sublanato. Decand. fl. fr. n. 3180. Willd. III. 3. 2002. Pol. pal. n. 798. Roth. II. 2. 342. Hoffm. II. 146. Gmel. bad. III. 440. Wahlenb. carp. n. 865. Spreng. hal. 240. Kunth berol. 225. Baumg. En. III. 116. Bönningh. 252. fl. Dan. t. 385. engl. Bot. t. 650. *S. paludosus,* Linn. *Jacobaea paludosa,* Fl. Wetter.

In fossis paludosis, uliginosis, turfosis rarior. ♃. Jun. — Augst. (Caulis saepe sexpedalis et ultra, strictus, simplex. Folia lanceolato - ensiformia, subtus cano pubescentia. Corymbus terminalis. Calathia magna. Flosculi aurei.)

2410. *S. nemorensis:* foliis subtus margineque subpubescentibus dentatis basi inaequalibus, caulinis oblongis utrinque acuminatis, sursum sensim minoribus, pedunculis elongatis umbellato - corymbosis, bracteis linearibus ciliatis. Willd. III. 3. 2003. Poll. palat. n. 799. Roth. II. 2. 343. Gmel. bad. III. 441. Spreng. hal. 241. Wahlenb. carp. n. 868. Baumg. En. III. 116. Jacq. austr. t. 184. *S. nemorensis* Linn. *S. saracenicus,* Hoffm. II. 146. *S. germanicus,* Wallr. sched. 476.

In nemoribus inque sylvis montosis passim. ♃. Mai — Jul. (Planta 3 - 5 pedalis. Caulis plerumque purpurascens cum foliis adultis glaberrimus. Folia oblongo - lanceolata. Calathia sequentibus multo graciliora.)

2411. *S. ovatus:* foliis subpetiolatis ovato-oblongis argute serratis subtus scabriusculis, corymbo laxo, bracteis setaceis erectis. Willd. III. 3. 2004. Dec. fl. fr. n. 3182*. Besser gal. n. 1026. Baumg. En. III. 116. *S. ovatus*, Willd. *S. Fuchsii*, Gmel. bad. III. 444. *Jacobaea ovata*, Fl. Wetter. III. 212.

In nemoribus, sylvis, Franconiae, Wetter. Magn. Duc. rh. inf. Rheni vicinis. ♃. Jul. — Augst. Antecedenti maxime affinis et caute distinguendus: Caulis humilior, purpurascens; folia breviora, latiora rigidiora. Calathia ut in sequente, a quo foliorum forma facile distinguitur.)

2412. *S. saracenicus:* foliis lanceolatis argute serratis subsessilibus glabriusculis, superioribus sensim angustioribus, calathiis corymboso-umbellatis, bracteis lineari-setaceis. Willd. III. 3. 2004. Dec. fl. fr. n. 3183. Poll. palat. n. 800. Roth. II. 2. 344. Sm. brit. 887. Spreng. hal 241. Gmel. bad. III. 443. Jacq. austr. t. 186. *S. saracenicus*, Linn. *S. nemorensis*, Hoffm. II. 146. *S. salicifolius*, Wallr. sched. 478. *Jacobaea saracenica*, Fl. Wetter.

In sylvis humidis umbrosis; in nemorosis irriguis ad ripas passim. ♃. Jul. — Augst. Statura *S. nemorensis*. Caulis viridis. Folia angustiora, lanceolata. Calathia pericliniis duplo crassioribus distincta.)

2413. *S. Doria:* caule glabro pilis niveis raris vestito polyphyllo, foliis glabris glaucis, radicalibus in petiolum desinentibus obovato-oblongis obtuse dentatis, inferioribus caulin. decurrentibus, super. sessilibus semiamplexicaulibus integris, periclinii foliolis exterioribus patulis. Willd. III. 3. 2005. Pers. syn. II. 437. Roth. II. 2. 345. Hoffm. II. 147. Decand. fl. fr. n. 3184. Baumg. En. III. 117. Jacq. austr. t. 185. *S. Doria*, Linn. *Jacobaea Doria*, fl. Wetter.

In apricis siccis, pratis, humidis nemorosis. (Austr. Bav. Francon. Salisb. Wetter. Nassov. Helmst.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis 6 pedalis et altior. Folia carnoso-

coriacea, glaberrima, caulis apicem versus gradatim diminuta.)

2414. *S. Scopolii:* caule indiviso lanato subunifloro, foliis indivisis dentatis subtus lanuginoso-canis, radicalibus ovatis, periclinijs lanatis. *S. Scopolii*, H. et Hornsch. Cent. *S. Doronicum α.* Willd. III. 3. 2006. Scop. carn. n. 1067. Jacq. austr. Append. t. 43. Hall. helv. 67.

In Carnioliae calidioris pratis saxosis montosis, in alpibus Austr. ♃. Jul. — Augst. (Caulis et periclinium languine canescunt. Folia radicalia ovata vel elliptica, obtusa, obtuse dentata, caulina inferiora obovato-oblonga, in petiolum attenuata, media ovato-lanceolata, sessilia, amplexicaulia, omnia acutius dentata et subtus lanuginosa summa minuta integerrima. Calathium speciosum, Doronici, aureum.)

2415. *S. Doronicum:* caule indiviso subvilloso subunifloro, foliis indivisis dentatis, radicalibus oblongis subtus parce villosis, pericliniis glabris. *S. Doronicum*, H. et Hornsch. Cent. *S. Doronicum*, *β.* Willd. III. 3. 2007. Seg. ver. suppl. 278.
Habitat cum praecedente, a quo differt: foliis angustioribus fere glabris, calathio paulo minore, foliolis periclinii glabriusculis, nec valde villosis. Folia caulina inferiora in petiolum attenuata, superiora amplexicaulia lanceolata ut in praecedente.)

δ.) Calathiis radiatis, radio patente, foliis pinnatifidis.

2416. *S. montanus:* foliis supra glabris amplexicaulibus pinnatifidis, laciniis angulatis dentatis, periclinii foliolis basalibus patulis, caulibus erectis pericliniisque glabris. *S. montanus*, Willd. III. 3. 1989. Pers. syn. II. 434. *S. paradoxus*, Hoppe. *S. rupestris*, Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. II. 136. t. 128. Willd. l. c. Pers. syn. l. c.

In montosis (Salisb.) ♃. (Calathia interdum radio destituta.)

2417. *S. vernalis:* foliis amplexicaulibus pinnatifidis hirsutis crispato-dentatis, caule lanato. Willd. III. 3. 1988. Pers. syn. II. 434. Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. 1. 23. t. 24.

In sylvaticis (Siles. prope Rosenberg.) ⊙. April. — Maj. (Caulis albo-lanatus. Folia pilis albis obsita. Maxime affinis praecedenti.) (Calathia radiata vel non radiata e flosculis aureis.)

2418. *S. squalidus:* foliis semiamplexicaulibus pinnatifidis, laciniis linearibus subdentatis distantibus, caule erecto. Willd. III. 3. 1991. Pers. syn. II. 434. Smith. britt. 883. Mössl. 1177. *S. squalidus*, Sm. britt. 883. *S. gallicus*, Vill. Delph. III. 230. Decand. fl. fr. n. 3172.

In agris, muris, ad vias (Carniol. ? Bavar.) ⊙. Jun. — Septb. (Caulis ramosus, glaber vel subpilosus. Periclinium hemisphaericum, glabrum, foliolis basalibus minoribus laxis. Flosculi aurei, radii interdum revoluti.)

2419. *S. Jacobaea:* foliis sublyrato-bipinnatifidis dentatis, radicalibus obovatis integris, caule erecto. Schlechtendl. berol. I. 436.

α. *campestris:* foliis radicalibus integris, caulinis tenuius bipinnatifidis, achaeniis undique hirtis.
†. Calathiis radiantibus.

S. Jacobaea, Linn. sp. pl. 2. 1219. Willd. III. 3. 1997. Poll. palat. n. 737. Roth. II. 340. Hoffm. II. 145. Decand. fl. fr. n. 3173. Spreng. hal. 240. Gmel. bad. III. 438. engl. Bot. t. 1135.
††. Calathiis radio destitutis.

S. Jacobaea, β. Poll. pal. l. c. Gmel. b. l. c.

β. *palustris:* foliis radicalibus et inferioribus caulinis integris, superioribus sublyrato-pinnatifidis, achaeniis subglabris. *S. aquaticus*, Sm. britt. 885. Willd. III. 3. 1997. Decand. fl. fr. n. 3174. Hoffm. II. 146. Spr. hal. 240. Gmel. bad. III. 439. fl. dan. t. 784.

In collibus siccis argillosis, in versuris ad viarum sylvarumque margines, in pratis pascuis magis minusve humentibus, Var. *β.* locis paludosis aquosis etc. ♃. Jul. — Septbr. (Has species, quae primo intuitu diversas non esse, transitus optime argumentantur. Achaenia in locis siccis undique hirta, quo magis in humida loca descendat planta, eo minus pilis vestiuntur, donec in paludibus vix paucas invenies setulas, nullasve. Planta palustris plerumque ramosior, succulentior, foliis magis dilatatis, quod ex soli conditione pendet. Folia radicalia in omnibus eadem. Calathia, flosculorum structura et achaeniorum forma eadem, omnia praeter majorem minoremve foliorum dissectionem congruunt.)

2420. *S. erucaefolius:* foliis patentibus pinnatifidis dentatis subhirtis planis, caule erecto, periclinio hemisphaerico. Willd. III. 3. 1991. Pers. syn. II. 435. Poll. palat. n. 736. Roth. II. 2. 338. Spreng. hal. 240. Gmel. Bad. III. 436. *S. erucaefolius*, Linn. suec. Huds. Angl. 366. *S. tenuifolius*, Curt. Lond. t. 294.

In pratis, pascuis, sylvis, ad fossas. ♃. Jul. — Aug. (Differt a praecedente: caule altiore, 3 — 4 pedali, minus ramoso, magis duro hirto, foliorum pinnis angustioribus, subtus hirsutis, flosculis pallide sulphureis, pericliniis basi tomentoso - villosis, foliolis apice rubellis aut fuscis.)

2421. *S. tenuifolius:* foliis erectis vel cauli appressis pinnato - multifidis (vel lyrato - pinnatis) incanis hirsutis, pinnis linearibus margine revolutis, pedunculis corymbosis, caule erecto simpliciusculo incano lanuginoso. Willd. III. 3. 1996. Pers. syn. II. 435. Smith. brit. 884. Host. syn. 460. Roth. II. 2310. Hoffm. II. 144. Gmel. bad. III. 437. Baumg. En. III. 114. Jacq. Austr. 278. Engl. Bot. t. 574. *S. tenuifolius*, Murr. Linn. System. veg. ed. 14. 758. *S. erucifolius*, Huds. Angl. 366. Curt. Lond. fasc. 5. t. 574.

In sylvis, sepibus, ad vias, in montosis apricis, passim. ♃. Jul. — Sept. (Distinguitur a praecedente: habitu strictiori, caule simpliciore tenuiore densius folioso albido lanuginoso aut villoso incano, foliis strictioribus erectis fere cauli adpressis profunde pinnatifidis, pinnis exacte linearibus margine revolutis angustioribus firmioribus, superne hirtis, subtus villoso incanis, periclinii foliolis minoribus viridibus apice vix sphacelatis.)

2422. *S. abrotanifolius:* foliis pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, caule superne subnudo subbifloro. Willd. III. 3. 1995. Pers. syn. II. 435. Scop. carn. n. 1073. Decand. flor. fr. n. 3176. Host. syn. 459. Wahlenb. carp. n. 862. Hoffm. II. 145. Baumg. En. III. 114. Jacq. Austr. t. 79. Sturm. I. 21. *S. abrotanifolius*, Linn.

In alpinis subalpinis. (Austr. Salisburg. Carinth. Styr. —) ♃. Jul. — Augst. (Caulis basi procumbens, superne erectus, subnudus. Folia radicalia pinnatifida, ramea pinnatifida petiolata, nuda, glabra, laciniis lineari-lanceolatis 3-fidis, caulino sessilia, basi vaginis ciliatis amplexicaulibus, laciniis lineari-subulatis. Periclinii foliola apice fusca, sphacelata. Flosculi e luteo-aurantiaci.)

2423. *S. incanus:* foliis utrinque tomentosis niveis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis subdentatis, corymbo coarctato. Willd. III. 3. 1993. Decand. fl. fr. n. 3178. Pers. syn. II. 435. Hoffm. II. 145. Baumg. En. III. 113. *S. incanus*, Linn.

In alpinis summis rupestribus. (Austr. Styr. Salisb.) ♃. Jul. — Augst. (Periclinii foliola ex albo tomentosa, villosa. Flosculi e luteo aurantiaci.)

2424. *S. carniolicus:* foliis lanceolatis subpinnatifidis subtus incanis, corymbo coarctato. Willd. III. 3. 1993. Pers. syn. II. 435. Mössl. 1177. *S. carniolicus*, Willd. *S. incanus*, Scop. carn. n. 1071.

In alpibus (Styr. Carniol.) ♃. Jul. — Aug. (Differt a praecedente: foliis subtus, nec utrinque, incanis minus divisis, periclinii foliolis pubescentibus magis sphacelatis.)

IV. Radiatae, *calathiis radiantibus.*

β.) Pappus nullus aut margo membranaceus.

560. BELLIS. *Gänseblümchen.*

Periclinium hemisphaericum, simplex, foliolis aequalibus duplici serie dispositis. Clinanthium nudum, conicum. Achaenia obovata, compressa. Pappus nullus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp*. ord. *Radiaten*, Spreng.)

2425. *B. perennis:* scapo nudo unifloro, foliis obovatis crenatis venosis. Decand. flor. fr. n. 3219. Willd. III. 3. 2121. Scop. carn. n. 1039. Poll. palat. n. 810. Roth. II. 2. 315. Spreng. hal. 236. Gmel. bad. III. 471. Kunth. berol. 227. Baumg. En. III. 104. Schlechtdl. berol. I. 441. Bönningh. l. c. 257. Engl. Bot. t. 424. Fl. Dan. t. 503. Hayne, III. t. 24. Schk. t. 251. *B. perennis*, Linn.

In pratis, pascuis, in versuris etc. ♃. p. totum fere annum. (Flosculi disci aurei, radii albi, subtus saepius rubicundi.)

561. CHRYSANTHEMUM. *Wucherblume.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis adpressis margine scariosis. Clinanthium nudum, convexum, punctatum. Achaenia oblonga. Pappus nullus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp*. ord. *Radiaten*, Spreng.)

α.) Flosculis disci flavis, radii discoloribus. (albis) (Leucanthemum.)

2426. *C. atratum:* foliis omnibus cuneiformi-oblongis argute serratis, caule simplici erecto unifloro. Willd. III. 3. 2142. Pers. syn. II. 460. Jacq. Vind. 151. Hoffm. II. 157. Baumg. En. III. 105. *C. atratum*, Linn.

In pratis montosis (Austr.) ♃. Jul. — Aug. (Folia rad. cuneiformia, apicem versus latiora obtuse dentata, petiolata, caulina alterna, sessilia, semiamplexicaulia, cuneiformi-oblonga, serrata. Periclinii glabri foliola nitentia, margine membranaceo-atra, apice scariosa, atro-fusca.)

2427. *C. Leucanthemum:* foliis amplexicaulibus lanceolatis serratis basi inciso-dentatis, radicalibus spathulatis in petiolum decurrentibus, caule erecto ramoso. Decand. fl. fr. n. 3204. Willd. III. 3. 2141. Pers. syn. II. 460. Poll. palat. n. 812. Roth. II. 2. 356. Spreng. hal. 236. Gmel. bad. III. 472. Fl. dan. t. 994. Sturm. I. 2. *C. Leucanthemum*, Linn.

β. sylvestre: caule piloso subramoso, foliis amplexicaulibus lanceolatis, apicem versus parum dilatis. Ebermayer in Botan. Zeit. 1822. I. 191. *C. Leuc. β. sylvestre*, Pers. syn. l. c.

γ. montanum: foliis inferioribus petiolatis spathulatis caule subunifloro piloso. Ebermayer l. c. *C. montanum*, All. pedem. n. 689. t. 57. f. 2. Willd. III. 3. 2143. Roth. II. 2. 319. Baumg. En. III. 107.

δ. Smithii: caule glaberrimo subsimplici, foliis cuneiformibus in petiolum decurrentibus. Ebermayer l. c.

In pratis, pascuis, viis, inque graminosis, nemorosis γ. et δ. in montosis et subalpinis c. ♃. Maj. — Jul. (Caules simplices vel ramosi, foliosi, magis mi-

nusve pilosi ut tota planta, vel etiam glabri. Folia radicalia et caulina inferiora petiolata, obovato-spathulata, serrata, caulina superiora sessilia, amplexicaulia, lanceolata vel lineari-lanceolata. Periclinii foliola oblonga, obtusa, viridia, fusco-marginata, apice albido carioso. Flosculi radii nivei, disci flavi.)

β.) Flosculis omnibus concoloribus.

(Chrysanthemum.)

2428. *C. segetum:* foliis glabris amplexicaulibus superne laciniatis inferne dentato-serratis. Decand. fl. fr. n. 3210. Willd. III. 3. 2148. Poll. palat. n. 814. Roth. II. 321. Hoffm. II. 157. Spreng. hal. 236. Gmel. bad. III. 476. Baumg. En. III. 107. Schlechtd. berol. I. 441. Fl. Dan. t. 995. Engl. Bot. t. 540. *C. segetum*, Linn.

In agris, inter segetes. ☉. Jul.—Septbr. (Planta glauca, glabra. Calathia speciosa e flosculis aureis concoloribus.)

562. PYRETHRUM. *Bertramwurz.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis adpressis acutiusculis margine scariosis. Clinanthium nudum, convexum. Achaenia membrana prominula *in radio* denticulata, *in disco* integerrima coronata.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2429. *P. Halleri:* foliis caulinis lanceolatis profunde dentatis, radicalibus pinnatifidis, caule unifloro. Decand. flor. fr. n. 3212. Willd. III. 3. 2152. Baumg. En. III. 108. *P. Halleri*, Willd. *Chrysanthemum Halleri*, Sut. Helv. II. 193. Pers. syn. II. 460. Hoffm. 157.

In alpibus (Salisb.) ♃. Jul.—Augst. (Periclinii foliola pallide viridia, margine nigro-sericea.)

2430. *P. alpinum:* foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, summis linearibus integerrimis, caule

unifloro. Decand. fl. fr. n. 3213. Willd. III. 3. 2153. Baumg. En. III. 108. *Chrysanthemum alpinum*, Linn. sp. pl. 1253. Pers. syn. II. 461. Host. syn. 469. Allion. pedem. n. 685. Hoffm. II. 156. Sturm. I. 19.

In alpibus (Styr. Carniol. Carinth. Salisb.) ♃. Jul.—Septbr. (Caulis simplex, erectus, villosus. Folia radicalia longe petiolata, pinnatifida, laciniis lineari-lanceolatis saepius integris, caulina superiora integra. Periclinii foliola pilosa, pallide viridia, margine fimbriata, nigra.)

2431. *P. corymbosum:* foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis pinnatifidis, summis confluentibus, pedunculis corymbosis. Decand. fl. fr. n. 3214. Willd. III. 3. 2155. Scop. carn. n. 1043. Spreng. hal. 236. Baumg. En. III. 110. *Chrysanthemum corymbosum*, Linn. sp. pl. 2151. Leers herb. n. 649. Poll. pal. n. 811. Roth. II. 320. Gmel. bad. III. 475. Jacq. austr. t. 379.

In nemorosis montosis, sylvaticis passim. ♃. Jun. Jul.. (Caulis superne ramosus, erectus. Folia alterna, pinnata, pinnis oblongis acutis inciso-serratis, summis confluentibus, subtus villosiuscula, radicalia interdum pedalia et ultra. Flosculi radii albi, disci lutei. Periclinii foliola margine fusco-nigricantia, villosula.)

2432. *P. Parthenium:* foliis pinnatis, pinnis oblongis obtusis pinnatifidis dentatis, summis confluentibus caule ramoso corymboso, corymbo composito, radio disci longitudine. Willd. III. 3. 2155. Smith. britt. 900. Decand. flor. fr. n. 3115. M. a Bieb. Fl. Taur. Cauc. Suppl. p. 579. Spreng. hal. 236. Baumg. En. III. 110. Schlechtend. I. 442. Hayne VI. t. 20. *Chrysanthemum Parthenium*, Pers. syn. II. 462. Hoffm. II. 158. *Matricaria Parthenium*, Linn. sp. pl. 1255. Roth. II. 316. Gmel. bad. III. 478.

In ruderatis, ad sepes, hinc inde. ♃. Jul.—Sept. (Folia petiolata, summa floralia pinnatifida aut apice trifida. Periclinii foliola lanceolata-linearia, acuta,

interiora apice lacero membranaceo. Flosculi radii albi, ligula brevi apice 3 - crenata, disci lutei.)

2433. *P. inodorum:* foliis sessilibus bipinnatifidis, pinnis lineari - filiformibus bi - vel tripartitis, caule ramoso patulo, pappo integerrimo. Decand. fl. fr. n. 3216. Willd. III. 3. 2157. Smith. britt. 900. Spreng. hal. 237. Kunth. berol. 228. Baumg. En. III. 111. Schlechtendl. berol. I. 442. Engl. Bot. t. 670. *Chrysanthemum inodorum*. Linn. sp. pl. 1253. Leers herb. n. 648. Poll. palat. n. 813. Roth. II. 319. Gmel. bad. III. 473. Hayne I. t. 4. *Matricaria inodora*, Linn. fl. suec. 297. Schreb. spicil. 11.

In arvis, ad vias, in ruderatis. ☉. Jul.—Septbr. (Glabra, caule erecto saepe purpurascente plus minus ramoso, ramis patulis diffusisve. Folia tenuiter dissecta. Calathia iis Anthemidis arvensis calathiis valde similia. Flosculi radii albi, ligula striata 3 - dentata, disci lutei.)

2434. *P. maritimum:* foliis bipinnatifidis, pinnis linearibus obtusis carnosis glabris trifidis, caule diffuso ramoso, pappo lobato. Decand. fl. fr. n. 2316. Willd. III. 3. 2157. Smith. britt. 901. Engl. Bot. 979. *Chrysanthemum maritimum*, Pers. syn. II. 462. Hoffm. II. 158. *Matricaria maritima*, Linn. sp. pl. 1256. Roth. II. 2. 316.

In maritimis arenosis German. septentrionalis. ♃. Jul. (Pinnis linearibus latioribus carnosis obtusis, calathio majore, pappi margine membranaceo uno latere inciso denticulato a praecedente differt.)

563. MATRICARIA. *Mutterkraut.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis subaequalibus acutis. Clinanthium nudum, conicum. Achaenia oblonga, sulcata. Pappus nullus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2435. *M. Chamomilla:* foliis bipinnatifidis, laciniis capillaribus, periclinio subplano, foliolis obtusiusculis. Decand. fl. fr. n. 3217. Willd. III. 3. 2161. Poll. palat. n. 815. Scop. Carn. n. 1042. Roth. II. 317. Spreng. hal. 236. Gmel. bad. III. 479. Kunth. berol. 229. Baumg. En. III. 105. Bönningh. l. c. 258. Engl. Bot. t. 1232. Schk. III. t. 253. b. Hayne, Abbild. I. t. 3. Off. Pfl. *M. Chamomilla,* Linn. sp. pl. 1256. *Anthemis vulgaris,* Linn. Lapp. 309. *Matricaria suaveolens,* Willd. prodr. fl. berol. n. 838.

β. pygmaea, caule minuto 1—2 floro.

In agris inter segetes, in arvis et ruderatis *β.* in sterilioribus. ☉. Jun. — Augst. (Folia inferiora bipinnatifida superiora pinnatifida, carnosiuscula laciniis mucronulatis. Periclinii foliola obtusa, viridia, margine apiceque parum membranacea interdum fuscescentia. Radius dein reflexus, albus, discus valde elevatus, flavus. Odor praestantissimae hujus plantae fragrans, aromaticus.)

564. ANTHEMIS. *Kamille.*

Periclinium hemisphaericum, imbricatum, foliolis subaequalibus margine scariosis. Clinanthium convexum aut conicum, paleaceum. Achaenia oblonga. Pappus margo membranaceus, integer vel dentatus. (Flosculi radii feminei fertiles.)

(*Compositae,* ord. *Corymbiferae,* Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten,* Spreng.)

α.) Flosculis disci luteis radii discoloribus.

2436. *A. alpina:* foliis pinnatifidis, radicalibus petiolatis glabris, laciniis lineari subulatis dissitis subintegerrimis, caulinis sessilibus pubescentibus, caule pubescente 1-3-floro. Decand. fl. fr. n. 3258. Willd. III. 3. 2178. Pers. syn. II. 465. Hoffm. II. 159. Baumg. En. III. 145. Jacq. Austr. app. t. 30. Sturm. I. 19. *A. alpina,* Jacq.

In alpinis (Austr. Salisb. Carinth.). ♃. Jul. — Augst. (Caulis erectus 6 — 7 uncialis. Periclinii foliola margine apiceque sphacelata, nigra. Clinanthii paleae sphacelatae. Flosculi radii albi, obtusi crenulati, disci lutei. Achilleam refert foliis, Anthemidem flore.)

2437. *A. styriaca:* foliis longe petiolatis pinnatifidis subbipinnatifidisque laciniis linearibus, cauleque erecto unifloro glaberrimis. Reichenb. pl. crit. t. 108.

Alpp. Styriae. ♃. . . . . (Caulis solitarius. Folia longe petiolata, radicalia laciniis bitrifidis pinnatifida, caulina superiora laciniis integerrimis linearibus. Clinanthii paleae indisco angustae, lineari-acuminatae, canaliculatae, flosculos aequantes, in ambitu apice tridentatae. Pappus (ex icone) nullus.)

2438. *A. nobilis:* foliis bipinnatis, laciniis tripartitis lineari-subulatis subvillosis, caule basi ramoso decumbente. Decand. fl. fr. n. 3259. Willd. III. 3. 2180. Pers. syn. II. 566. Hoffm. II. 160. Baumg. En. III. 145. Mössl. 1214. Bönningh. monast. 250. Engl. Bot. t. 980. Off. Pfl. Lief. X. Sturm. I. 27. *A. nobilis*, Linn. *A. odorata*, Lam.

In pascuis apricis glareosis. (Salisb. ? Westphal.) ♃. Augst. — Septbr. (Caules caespitosi. Folia tenuiter divisa. Periclinii folia albo-marginata. Clinanthii paleae obtusae, scariosae, flosculos vix superantes. In hortis flosculi disci saepissime in ligulatos albos mutantur.)

2439. *A. arvensis:* foliis bipinnatis, laciniis, lineari-lanceolatis pubescentibus, clinanthio conico, paleis lanceolatis, achaeniis coronato-marginatis. Decand. fl. fr. n. 3260. Willd. III. 3. 2180. Scop. carn. n. 1091. Poll. palat. n. 816. Roth. II. 2. 353. Spreng. hal. 242. Gmel. bad. III. 481. Kunth. berol. 229. Baumg. En. III. 146. Schlechtdtl. I. 443. Bönningh. monast. 259. Engl. Bot. t. 1179. Hayne I. t. 5. Sturm. I. 27. *A. arvensis*, Linn.

In agris, arvis, ad vias et ruderata. ⊙. Jun.—Jul. (Planta tota pilis subadpressis magis minusve canescit. Periclinii foliola oblongo-lanceolata, margine albo scarioso. Clinanthium conicum, paleis lanceolatis acutis carinatis exsertis. Achenia subtetragona, sulcata.)

2440. *A. austriaca:* foliis bipinnatis lanuginoso-villosis, clinanthio conico, paleis oblongis mucronatis, achaeniis nudis. Decand. flor. fr. n. 3262. Willd. III. 3. 2181. Pers. syn. II. 466. Host. syn. 471. Hoffm. II. 160. Baumg. En. III. 146. Jacq. Austr. t. 444. *A. austriaca*, Linn. *A. tinctoria*, *β*. Lam. Enc. I. 576. *Chamaemelum Triumfetti*, Allion. pedem. n. 680.

In agris, arvis (Austr. Styr.) ⊙. Jul.—Augst. (Tota planta villosa. Periclinii foliola medio convexiuscula, viridia, villosa. Clinanthium conicum, paleis oblongis mucronatis.)

2441. *A. Pyrethrum:* foliis triplicato-pinnatis, laciniis linearibus carnosis, caulibus decumbentibus, ramis axillaribus unifloris. Decand. fl. fr. n. 3264. Willd. III. 3. 2184. Pers. syn. II. 466. Mössl. 1215. Blackw. t. 390. Off. Pfl. Lief. X. *A. Pyrethrum*, Linn.

Bohem. (?) Thuring. ♃. Jun.—Jul. (Flosculi radii satis ampli albi, subtus purpurei, disci lutei. Radix plantae annuae simplex tenuis, adultae napiformis, semper sapore acerrimo insignis.)

β.) Flosculis omnibus concoloribus

2442. *A. tinctoria:* foliis subtus pubescentibus tripinnatifidis serratis, caule erecto ramoso, pappo membranaceo integerrimo. Decand. flor. fr. n. 3266. Willd. III. 3. 2189. Poll. palat. n. 818. Roth. II. 2. 355. Hoffm. II. 161. Spreng. hal. 243. Gmel. bad. III. 483. Kunth. berol. 230. Baumg. En. III. 145. Bönningh. l. c. Fl. Dan. t. 741. *A. tinctoria*, Linn.

In campis montosis apricis, collibus calcareis siccis. ♃. Jun. — Septbr. (Tota planta magis minusve canescens, tomentosa. Pedunculi elongati, superne nudi. Periclinii subtomentosi foliola in medio intensius viridia, apice praesertim pilosa, pilis interdum fuscis. Calathia speciosa. Achaenia tetragona, basi attenuata, pappo membranaceo integro coronata.)

565. MARUTA. *Hundskamille.*

Periclinium haemisphaericum, imbricatum, foliolis obtusis margine scariosis. Clinanthium conicum, paleaceum, paleis setaceis angustissimis. Achaenia obovata, tuberculato-rugulosa. Pappus nullus. Flosculi radii neutri. (Cassini Bul. d. sc. an. 1818. 167.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2443. *M. vulgaris:* foliis bipinnatis foliolis subulatis tripartitis glabris. *Anthemis Cotula*, Linn. sp. pl. 1261. Willd. III. 3. 2181. Scop. carn. n. 1092. Poll. palat. n. 817. Roth. II. 2. 854. Decand. fl. fr. n. 3261. Gmel. bad. III. 482. Spreng. hal. 242. Schlechtendl. I. 444. Fl. dan. t. 1179. Schk. t. 254. Hayne I. t. 6. *Chamaemelum Cotula*, Fl. Wetter. *C. foetidum*, Baumg. En. III. 144.

In arvis, ruderatis. ☉. Jun. — Augst. (Caulis ramosus, erectus vel rarius diffusus. Quoad folia Anth. arvensi quam maxime affinis. (Radius albus, nocte deflexus, discus aureus.)

566. ACHILLEA. *Schaafgarbe.*

Periclinium ovatum, imbricatum, foliolis adpressis. Clinanthium planum, angustum, paleaceum. Achaenia oblonga. Pappus nullus. (Calathia minora. Flosculi radii obcordato-subrotundi 3-dentati, medio denticulo breviore.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

α.) Foliis indivisis.

2444. *A. Ptarmica:* foliis lineari-lanceolatis acuminatis inaequaliter argute serratis glabris vel subpubescentibus. Decand. fl. fr. n. 3271. Willd. III. 3. 2191. Poll. palat. n. 819. Roth. II. 2. 356. Spreng. hal. 243. Gmel. Bad. III. 485. Willd. En. p. 913. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1778. Kunth. berol. 230. Baumg. En. III. 146. Schlechtendl. berol. I. 445. Fl. dan. t. 643. Sturm. I. 10. *A. Ptarmica,* Linn.

β. longifolia: foliis exacte linearibus 4 uncialibus, apicem versus minime attenuatis remotius crenato-serratis. Bönningh. monast. 260. *A. Ptarmica γ. linearis.* Pers. syn. II. p. 467.

γ. parvifolia: foliis lanceolatis recurvis vix uncialibus argute serratis. Bönningh. l. c.

In nemorosis humidis, pratis, in fruticetis, ad fossarum margines. ♃. Jul.—Sept. (Caules foliosi inferne glabri, apice corymbosi, incano-pubescentes. Folia glabra vel sublanuginosa, serrata, serraturis apiculo subcartilagineo albido terminatis. Periclinii foliola subtomentosa, ovata, fusco-marginata. Flosculi albi, radii ligula obovata, apice crenata. Radix acris Pyrethri similis.)

β.) Foliis pinnatifidis vel subpinnatis.

2445. *A. alpina:* foliis linearibus ad medium fere pinnatifidis serratis glabris, laciniis subserratis, corymbo composito. *A. alpina,* Willd. III. 3. 2193. Pers. syn. II. 467. Decand. fl. fr. n. 3272. Pall. it. p. 34. *A. cristata,* Willd. Ach. p. 17. (excl. Retz. syn.)

In alpibus German. australioris. ♃. . . . . (Habitu propius accedit *Ach. Ptarmicae.* Folia ad mediam latitudinem pinnatifido-serratae, laciniis minute serrulatis. Calathia quam in *Ach. Ptarmica* paullo majora, radio albo in hortis saepe purpureo.)

2446. *A. macrophylla:* foliis basi ad costam pinnatifidis glabris, pinnis lanceolatis inciso-serratis

extimis confluentibus, corymbo composito. Willd. III. 3. 2204. Ejusd. Ach. 20. Pers. syn. II. 468. Decand. fl. fr. n. 3274. Mössl. 1218. Moris. Hist. 3. Sect. 6. t. 11. *A. macrophylla*, Linn.

In alpibus (Carinth.) 2|. Jul. (Caulis subpubescens. Folia magnitudine foliorum *Tanaceti*, profunde incisa, laete viridia. Corymbus laxus. Periclinii foliola nigro-marginata.)

2447. *A. Clavennae*: foliis tomentosis ultra medium pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, summis apice subdentatis, corymbo simplici. Willd. III. 3. 2195. Pers. syn. II. 467. Scop. carn. n. 1093. Jacq. Vind. 157. Hoffm. II. 161. Baumg. En. III. 140. Jacq. Austr. t. 76. Sturm. I. 1. *A. Clavennae*, Linn.

α. foliis obovatis incisis tomentosis. Willd. Ach. 13.

β. foliis profunde pinnatifidis tomentosis, pinnis dentatis, calathiis umbellato-capitatis. *A. capitata*, Willd. Ach. 15. t. 1. f. 1.

In alpinis (Austr. Bavar. Salisb. Carinth. Carniol.) 2|. Jul. — Augst. (Folia tomentosa, nitida, radicalia obovata, petiolata, incisa, caulina pinnatifida, laciniis linearibus obtusis integerrimis, summis confluentibus saepe apice dente uno alterove obtuso instructis. Corymbi simplices, umbellati. Periclinii foliola margine atra. Flosculi ut in Ach. Ptarmica.)

2448. *A. moschata*: foliis fere ad costam pectinato-pinnatifidis glabris, pinnis linearibus obtusiusculis integerrimis punctatis. Willd. III. 3. 2201. Ejusd. Ach. 28. Pers. syn. II. 468. Decand. flor. fr. n. 3276. Hoffm. II. 161. Baumg. En. III. 141. Jacq. Austr. app. t. 33. *A. moschata*, Linn. *A. livia*, Scop. Del. fl. et faun. insub. n. 3. t. 3.

In summis alpibus (Carinth. Salisb.) 2|. Jul. — Augst. (Caulis glaber, basin versus interdum pubescens. Foliorum laciniae integerrimae lineares obtusiusculae punctatae.)

2449. *A. impunctata:* foliis pinnatifidis impunctatis glabris, inferioribus cuneiformibus, laciniis linearibus, intimis simplicibus brevioribus, reliquis subtrifidis, caule simplici corymbo umbellato. de Vest in Botan. Zeit. 1820. I. 3.

In alpibus Styriae superioris. (Caulis erectus. Folia glabra. Pedunculi sulcati subbifidi, longi, ut fiat corymbus planus nec congestus. Paleae apicae fuscae, flosculis disci albidis paulo breviores. Flosculi radii oblongi, subintegerrimi. — Ab Ach. moschata et nana differt: glabritie, radiis oblongis, corymbo non conferto. de Vest. l. c.)

2450. *A. atrata:* foliis ad costam fere pectinato-pinnatifidis glabris, laciniis linearibus acuminatis subtripartitis, corymbo simplici, pedunculis pubescentibus, caule simplicissimo. Willd. III. 3. 2200. Scop. Carn. n. 1094. Allion. pedem. n. 661. Decand. flor. fr. n. 3277. Sturm. I. 19. Hoffm. II. 161. (? Baumg. En. III. 141.) Tausch, Bot. Zeit. 1821. II. 548. *A. atrata*, Linn. *Anthemis corymbosa*, Haenke in Jacq. Coll. II. 73. Willd. III. 3. 2179.

β. *oligantha:* pedunculis elongatis subternis, partitionibus foliorum remotioribus magis erectis, lobis subdentatis. Tausch l. c. Sturm. I. 19.

In alpibus (Salisb. Bavar. Carniol. Carinth.) ♃. Augst. — Sept. (Periclinii foliola margine-sphacelata, atra. Calathium, pro plantae statura, magnum, flosculis radii niveis.)

2451. *A. Clusiana:* caule angulato corymboque simplici, pedunculis pilosis, foliis bipinnatisectis subvillosis, laciniis linearibus acutis subdentatis. *A. Clusiana*, Tausch, Botan. Zeit. 1821. II. 551. *A. atrata*, var. Linn. sp. pl. 1267. (secund. Tausch.) *A. atrata*, Jacq. Vind. 157. Austr. t. 50. (exclus. syn. Hall. Scop.)

In alpibus (Austr. Schneeberg, Durrenstein, Oetscher.) ♃. . . . . (Caulis erectus, angulatus, subsul-

catus, pilosus, foliosus. Folia (praecipue juniora) albo-tomentosa, laciniis linearibus acuminatis integris vel basi dente uno alterove instructis. Clinanthii paleae lanceolatae, integrae.)

γ.) *Foliis bipinnatifidis vel bipinnatipartitis.*

2452. *A. tanacetifolia:* foliis ultra medium bipinnatifidis, laciniis lanceolatis serratis, corymbo composito patulo. Decand. flor. fr. n. 3278. Willd. III. 3. 2207. ejusd. Ach. 38. Pers. syn. II. 469. Mössl. 1219. *A. tanacetifolia*, Allion pedem. n. 666.

In subalpinis (Salisb. ♃. Jul. (Similitudo quaedam *A. Millefolii.* Folia pinnata, pinnis lanceolatis decurrentibus pinnatifido-incisis, laciniis serratis; radicalia semipedalia, caulina bi-5-tripollicaria. Flosculi rubri, saepius tamen albi.)

2453. *A. magna:* caule foliisque triplicato-pinnatipartitis pubescentibus, laciniis omnibus lanceolato-cuneatis dentatis cuspidatis, radicalium auriculis decussatis, corymbo composito fastigiato. Tausch, in botan. Zeit. 1821. II. 569. Willd. III. 3. 2208. Pers. syn. II. 469. Hoffm. II. 162. Baumg. En. III. 142. Allion. pedem. 53. f. 1. *A. magna*, Linn.

In montosis alpinis (Siles. Sudet. Salisb. Carinth. Ratisb.) ♃. Jul. (Caulis bipedalis, pilis raris adspersus. Folia rad. pedalia 3-plicato-pinnatifida, basi quasi auriculata, laciniis angustis, radicalium longissimis. Flosculi nivei, purpureive.)

2454. *A. sudetica:* caule villoso, foliis triplicato-pinnatisectis subvillosis, laciniis omnibus linearibus elongatis acuminatis subintegris, corymbo composito fastigiato. *A. sudetica*, Opitz. *A. Haenkeana*, Tauch. Botan. Zeit. 1821. II. 567. *A. magna*, Haenke it. Sudet. 106. (excl. syn.) Presl. Fl. czech. n. 1265.

In pratis herbidisque praecipitiis Sudetorum, in

alpibus Judenburg. ♃. Jul. — Aug. (Differt a praecedente: statura et villositate majore minoreve, laciniis foliorum linearibus elongatis subintegris. Periclinii foliolis villosis fusco-atro marginatis, calathiis majoribus.)

2455. *A. Millefolium:* foliis ad costam fere bipinnatifidis glabriusculis, pinnarum apice truncato-incisarum laciniis linearibus dentatis. Decand. fl. fr. n. 3280. Willd. III. 3. 2208. ejusd. Ach. 39. Scop. Carn. n. 1095. Poll. palat. n. 820. Roth. II. 2. 356. Spreng. hal. 243. Gmel. bad. III. 487. Kunth. berol. 230. Wahlenb. Carp. n. 896. Baumg. Eu. III. 143. Bönningh. l. c. Flor. dan. t. 737. Sturm. I. 10. *A. Millefolium*, Linn.

In pascuis, pratis, ad vias, agros, in sylvis et nemoribus frequens. ♃. Jun. — Aug. (Folia radicalia petiolata, caulina sessilia, subamplexicaulia, supra glabra, subtus villosula vel etiam undique glabra, pinnis pinnatisfidis lacinulis latiusculis serrato-incisis, serraturis mucronatis pinna terminali trifida incisaque. Periclinii foliola ovata, pubescentia, concava, margine membranacea, albida, apice fusco-ciliata. Flosculi albi vel rosei.)

2456. *A. setacea:* foliis bipinnatipartitis, pinnulis lineari-setaceis mucronatis confertissimis sericeo-pilosis, corymbis compositis fastigiatis. Willd. III. 3. 2212. Pers. syn. II. 469. Bieberst. T. Cauc. II. n. 1789. Spreng. hal. 243. Baumg. En. III. 149. *A. setacea*, Waldst. et Kit. pl. rar. Hung. I. 82. t. 80. *A. odorata α.* Willd. Ach. 42. Roth. II. 358.

In siccis apricis (Siles. Salisb. Saxon. Francon. Magn. Duc. Rh. inf.) ♃. Jul. — Aug. (Habitus praecedentis, sed minor, pinnulae lineari-setaceae, confertissimae, utrinque canae, sericeo-pilosae. Folia radicalia in solo fertili multo ampliora, quam in *A. Millefolio*, sed laciniae semper angustae. Corymbus magis coarctatus. Periclinia minora, foliolis apice fuscis. Flosculi sordide albidi.)

2457. *A. nobilis:* foliis caulinis bipinnati partitis, laciniis linearibus planis obtusiusculis subdentatis, rachi alata dentata, radicalibus triplicato-pinnatifidis, corymbo composito fastigiato. Decand. flor. fr. n. 3282. Willd. III. 3. 2211. ejusd. Ach. 36. Poll. pal. n. 821. Retz. obs. I. 26. Roth. II. 2. 357. Hoffm. II. 160. Spreng. hal. 243. Gmel. bad. III. 488. Baumg. En. III. 141. engl. Bot. t. 980. Schk. t. 255. *A. nobilis,* Linn.

In pascuis apricis glareosis. Austr. Palat. Francon. Suev. Wetter. Saxon. Thuring. Hannov. Götting. M. D. Bad. sup. Helmstad. M. D. Rhen. inf. Westphal. etc.) ♃. Jul. — Aug. (A praecedentibus facile distinguitur: foliorum (quae multo minora,) circumscriptione elliptica, nec lanceolata, rachi alata dentata, pinnis remotioribus divaricatis obtusiusculis, calathiis minoribus, periclinii flavescentibus et flosculis ex albo sublutescentibus.)

2458. *A. odorata:* foliis bipinnatipartitis subtus pilosis, pinnis linearibus integerrimis, corymbo simplici. Willd. III. 3. 2212. Pers. syn. II. 469. Wulf. in Jacq. Coll. I. 259. t. 21. Hoffm. II. 163. *A. odorata,* Linn. sp. pl. 1268. *A. odorata β.* Willd. Ach. 42.

In summis alpibus (Carinth. Salisb.) ♃. Aug. — Septbr. (Caulis vix palma altior. Folia aequaliter bipinnata, subtus pilosa, pinnulis distinctis integerrimis acutis. Corymbus simplex. Flosculi albi. Odor foliorum et florum, intra digitos contritorum, perquam amoenus, fere *Artemisiae glacialis.*)

2459. *A. tomentosa:* foliis ad costam fere bipinnatifidis villosis, pinnis confertissimis, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis, corymbo composito. Decand. fl. fr. n. 3269. Willd. III. 3. 2209. Ejusd. Ach. 44. Pers. syn. II. 469. Allion. pedem. n. 664. Retz. obs. 2. 23. Gmel. item I. 157. t. 35. *A. tomentosa,* Linn. — *β.* foliis angustioribus, pectinato-bipinnatifidis subcrispis.

In apricis siccis sterilibus subalpinis. ♃. (Caulis et folia dense villosa. Lacinulae laciniarum lineares acutae integerrimae, rarius dente uno alterove instructae. Corymbus compositus. Calathia magnitudine *Millefolii*. Periclinia villosa. Radius aureus.)

567. GYMNOCLINE. *Brennwurz.*

Periclinium subglobosum imbricatum, foliolis lineari-lanceolatis, dorso nervo elevato instructis (intus nitidis) apice sphacelatis. Clinanthium nudum. Achaenia pappo marginato coronata. (Flosculi ligulati. Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2460. *G. macrophylla:* foliis hirtis subsessilibus pinnatifidis dentatis obtusis, corymbo terminali composito. *Chrysanthemum macrophyllum*, Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. I. 97. t. 94. Pers. syn. II. 461. *Pyrethrum macrophyllum*, Willd. III. 3. 2154. Baumgart. En. III. 109. Mössl. 1211. *Achillea macrophylla*, Pill. et Mitterb. it. per. Pos. 111. t. 11. Host. syn. 472.

In montosis sylvaticis. (Carinth.) ♃. Jul. (Facies *Achilleae macrophyllae*, sed multo major. Flosculi radii obcordati, obtuse 3-lobi albescentes, disci lutei.)

568. NAUPLIUS. *Nauplie.*

Periclinium irregulare, involucriforme, foliolis pluribus magnis inaequalibus irregularibus diffusis. Clinanthium planum, paleis oblongis apice rotundatis membranaceis uninervibus. Achaenia ovoidea, angulosa, hispida. Pappus e squamulis liberis inaequalibus paleiformibus membranaceis, irregulariter laciniatis. (Flosculi radii superne 3-dentati.) Cassini l. c.)

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2461. *N. aquaticus:* foliis oblongis obtusis alternis subintegerrimis, caule dichotomo. *Buphthalmum aquaticum*, Willd. III. 3. 2232. Pers. syn. II. 444. Decand. fl. fr. n. 3284. Mössl. 1221. Schk. t. 257.

In palustribus. (Carinth.) ⊙. Jun. — Sptbr. (Calathia in dichotomia caulis sessilia, e flosculis luteis.)

569. BUPHTHÁLMUM. *Rindsauge.*

Periclinium hemisphaericum polyphyllum, foliolis subaequalibus non appendiculatis (herbaceis) adpressis. Clinanthium paleaceum, convexum, paleis linearibus mucronatis. Achaenia pappo membranaceo obsoleto coronata.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2462. *B. salicifolium:* caule erecto ramoso hirsuto, foliis radicalibus ovalibus petiolatis, caulinis alternis sessilibus lanceolatis triplinerviis subserratis villosis. Willd. III. 3. 2234. Scop. carn. n. 1088. Pers. syn. II. 474. Hoffm. II. 163. Decand. fl. fr. n. 3286. Gm. bad. III. 491. Baumg. En. III. 149. Jacq. austr. t. 370. *B. salicifolium*, Linn.

In collibus, pratis montanis sylvaticis passim ♃. Jul. — Sptbr. Calathia magna, aurea. Periclinium nudum aut villosum. Flosculi radii patentes 5-denticulati, lutei, disci concolores.)

2463. *B. grandiflorum:* caule erecto pubescente, foliis radicalibus in petiolum latum membranaceumque desinentibus, caulinis alternis sessilibus lanceolatis denticulatis glabriusculis. Willd. III. 3. 2234. Pers. syn. II. 474. Baumg. En. III. 149. Mössl. 1222. Moris hist. 3. Sect. 6. t. 7. f. 52. *B. grandiflorum*, Linn.

In montosis (Austr.) ♃. Jun. — Septbr. (A praecedente vix specie distinctum!)

Polygamia frustranea.

Flosculi disci hermaphroditi; radii neutri, steriles.

570. HELIANTHUS. *Sonnenblume.*

Calathium radiatum. Periclinium imbricatum, subsquarrosum, foliolis oblongis basi latiusculis patulis vel reflexis herbaceis. Clinanthium magnum, paleaceum, paleis lanceolatis acutis, duabus singulum achaenium distinguentibus. Achaenia oblonga, obtusa, tetragona, squamulis duabus lanceolatis paleiformibus deciduis coronata.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.

2464. *H. tuberosus:* foliis triplinerviis scabris acuminatis, inferioribus cordato-ovatis, superioribus ovatis, in petiolum decurrentibus, calathiis erectiusculis. Willd. III. 3. 2239. Pers. syn. II. 475. Decand. fl. fr. n. 3290. Gmel. bad. III. 494. Mössl. 1223. Jacq. Hort. Vind. t. 161. Schk. t. 258. *H. tuberosus*, Linn.

E Brasilia ortus, in hortis, agris, vineis passim cultus. ♃. Octbr.—Nov. (Radix tuberosa, esculenta Caulis 6-8 pedalis. Calathia sat magna aurea.)

571. CALCITRAPA. *Sterndistel.*

Periclinium subglobosum, foliolis imbricatis cartilagineis apice spinosis, spinis basi pinnato-ramosis. Calathium e flosculis infundibuliformibus, interdum radiatum. Clinanthium paleaceum, paleis setaceis. Achaenia obovata, inferne acuminata, superne annulo cartilagineo coronata.

Compositae, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Centaureen*, Spreng.

2465. C. *Hippophaestum:* caule striato pilloso ramosissimo divaricato, foliis pinnatifidis lineari-

bus dentatis, radicalibus lyratis. C. *Hippophaestum*, Gärtn. de fruct. II. t. 163. f. 2. Baumg. En. III. 69. *Centaurea Calcitrapa*, Linn. sp. 1297. Willd. III. 3. 2317. Roth. II. 366. Poll. palat. n. 828. Decand. fl. fr. n. 3054. Spreng. hal. 244. Gmel. bad. III. 505. Bönngh. l. c. engl. Bot. 125. Sturm. I. 4. *Rhaponticum Calcitrapa*, Scop. carn. n. 1019. *Calcitrapa stellata*, Lam.

In ruderatis glareosis, asperis ad vias (Austr. Carniol. Palat. ad ripas Rheni. Suev. Francon. Wetterav. Darmstad. Hannov. Barby. Westph. Saxon. etc.) ⊙. Jul. — Augst. (Flosculi pallide purpurei.)

572. CENTAUREA. *Flockenblume.*

Periclinium ovatum, imbricatum, foliolis inermibus scariosis ciliatis spinosisve. Flosculi infundibuliformes, aequales vel in ambitu ampliores, centrales hermaphroditi, marginales neutri, rarius omnes hermaphroditi. Clinanthium setosum. Achaenia coriacea, pappo setoso-piloso persistente coronata.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. Comp. ord. *Centaureen*, Spreng.)

a.) *Cyanoidea, periclinii foliolis basi herbaceis, apice in appendicem scariosum varie ciliatum in latera decurrentem abeuntibus.*

†. *Lepteranthi, ciliis longioribus recurvis.*

2466. C. *phrygia*: caule erecto angulato-sulcato piloso superne ramoso, foliis oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis, periclinii foliolis plumoso-ciliatis apice recurvis. C. *phrygia*, Linn. sp. 2. 1287. Willd. III. 3. 2282. Scop. carn. n. 1031. Roth. II. 359. Decand. flor. fr. n. 3040. Hoffm. II. 164. Gmel. bad. III. 495. Fl. dan. t. 520. Schk. t. 261. *Cyanus phrygius*, Gärtn. Baumg. En. III. 72.

In montanis sylvaticis, pratis alpinis. ♃. Jul. —

Augst. (Folia radicalia longe petiolata, caulina alterna, sessilia, ex ovali-oblonga, indivisa, scabra, dentata, denticulis nigro-mucronatis. Periclinia fusca, eleganter ciliata.)

2467. C. *austriaca:* caule erecto simplicissimo tereti-angulato subvilloso, foliis ovatis scabris indivisis grosse dentatis, periclinii foliolis infimis laceris. C. *austriaca,* Willden. III. 3. 2283. Pers. syn. II. 482. Mössl. 1228. C. *phrygia,* Jacq. Vind. 167. *Cyanus austriacus,* Baumg. En. III. 72.

In montosis subalpinis (Austr.) ♃. Jun. — Augst. (Facile distinguenda a C. phrygia, foliis ovatis grosse dentatis, summis subintegerrimis, periclinii foliolis interioribus subrotundo-scariosis, infimis laceris ex atrofuscis, flosculis e violaceo-sanguineis.)

2468. C. *nigra:* foliis lanceolatis, radicalibus subpinnatifidis, caulinis indivisis serratis, periclinii foliolis erecto-plumosis, flosculis omnibus hermaphroditis. C. *nigra,* Linn. sp. 1288. Willden. III. 3. 2287. Poll. pal. n. 822. Roth. II. 2. 360. Decand. fl. fr. n. 3038. Hoffm. II. 164. Gmel. bad. III. 497. Baumg. En. III. 70. engl. Bot. 278. Fl. dan. t. 996. *Cyanus niger,* Gärtn. II. 382. t. 161. 4.

In pascuis, pratis sylvaticis (Austr. Palat. Wetter. Hass. Suev. Francon. Westph. etc. haud infrequens.) ♃. Jul. — Augst. (Periclinii foliola arctissime incumbentia, nigra, ciliata. Flosculi purpurei.)

Cyani veri, periclinii foliolis ciliis rectis vel margine sphacelato-serrato-ciliato-cinctis.

2469. C. *montana:* foliis oblongo-lanceolatis decurrentibus lanatis integerrimis vel basi sinuato-dentatis, periclinii foliolis ovato-lanceolatis, margine omni atro-membranaceo serrato-ciliatis, ciliis apicis profundioribus. C. *montana,* Linn. sp. 2. 1289. Willd. III. 3. 2290. Scop. carn. n. 1022. Poll. pal. n. 823. Roth. II. 2. 361. Spreng. hal. 243. Gmel.

bad. III. 497. Jacq. austr. t. 371. *Cyanus montanus*, fl. Wetter. Baumg. En. III. 73.

In sylvaticis montanis subalpinis. (Austr. Bav. Salisb. Palat. Wetter. Suev. Saxon. Thuring. Hercyn. M. D. Bad. sup. et Rhen. infer.) ♃. Jun. — Augst. (Caulis erectus, angulatus, villosus, simplex, 1-florus. Folia utrinque villosa, scabra, integra, rarius denticulata. Periclinii foliola ovata, glabriuscula, margine nigricantia. Flosculi radii amoene coerulei, disci violaceo-coerulei.)

2470. C. *axillaris:* caule tereti sulcato-striato tomentoso 1-2-floro, foliis sessilibus semiamplexicaulibus semidecurrentibus lanuginosis, inferioribus latioribus integris vel sinuatis, caulinis lanceolatis subdentatis, periclinii foliolis ovatis, margine lato nigro aequaliter serrato ciliato apicem late occupante cinctis, ciliis apice pallidis. C. *axillaris*, Willd. III. 3. 2290. C. *axillaris* α. M. a Bieberst. T. Cauc. sup. 589. (excl. syn.) C. stricta Kit. C. *seusana*, Vill. Delph. III. 52. Suter helv. II. 205. C. *mollis*, Waldst. et Kit. t. 219. Besser gall. 2. n. 1062. *Cyanus variegatus* γ. *mollis*, Baumg. En. III. 74.

β. *nana:* caule simplicissimo magis tomentoso semper 1-floro, foliis subintegerrimis utrinque lanato-tomentosis. Bönningh. l. c.

In montosis herbidis elatioribus (Austr. Salisb. Siles.) ♃. Jun. — Septbr. (Folia molliuscula, supra pallide viridia pubescentia, subtus ac margine arachnoideo-lanata. Pedunculi tomentosi. Periclinii subglobosi foliola ovata, margine ex atro-fusca, apice tota fusco-membranacea, ciliis apice albidis. Flosculi e violaceo-coerulei.)

2471. C. *stricta:* caule alto stricto erecto tereti-angulato villoso-pubescente ramoso, foliis amplexicauli-decurrentibus alternis lanceolatis subintegerrimis pubescenti-lanatis, ramis axillaribus apice incrassatis subglabris unifloris, periclinii foliolis ova-

tis margine angusto membranaceo aequaliter ciliato cinctis, ciliis albis. C. *stricta*, Waldst. et Kit. t. 178. C. *axillaris*, M. a Bieberst. T. Cauc. II. n. 1802. suppl. p. 589. var. *β*. *Cyanus variegatus*, Baumg. En. III. 74.

In pratis montosis alpinis. (Austr. Carinth.) ♃. Jul. — Augst. (Antecedenti affinis quidem, sed caulis bipedalis, strictissimus, rami erecti, subadpressi, 3 - 7, uniflori, folia angustiora, flosculi e violaceo - coerulei vel albi.)

2472. C. *Cyanus*: caule erecto anguloso - sulcato villis adpressis induto, foliis linearibus sessilibus integerrimis, infimis basi pinnatifidis, periclinii foliolis ovato - triangularibus, margine angusto apicem latius occupante albo - membranaceo serrato - ciliato cinctis, ciliis apicis profundioribus. C. *Cyanus*, Linn. sp. 2. 1289. Willd. III. 3. 2291. Poll. palat. n. 824. Roth. II. 2. 362. Decand. flor. fr. n. 3045. Hoffm. II. 164. Spreng. hal. 243. Gmel. bad. III. 499. Kunth. berol. 231. Bönningh. monast. 261. Engl. Bot. t. 277. Fl. Dan. t. 993. Hayne, Abbild. VII. t. 32. Sturm. I. 4. *Cyanus segetum*, Bauh. Pinax. 273. Baumg. En. III. 75.

In agris inter segetes, in arvis ubique. ☉. Jun. — Augst. (Folia angusta, subcuspidato - acuta, inferiora parum latiora, nunc dentata, nunc basi pinnatifida, laciniis itidem angustis; plerumque autem, cum floret planta, folia inferiora jam emarcida. Periclinii foliola ovata intima elongata, colorata, apice fuscescentia et ciliato-dentata. Flosculi cyanei rarius albidi aut purpurei; radii magni.)

2473. C. *paniculata*: caule paniculato, foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, periclinii foliolis ovatis adpressis apice fusco-membranaceo cuspidato ciliatis. C. *paniculata*, Linn. sp. 2. 1289. Willd. III. 3. 2292. Scop. carn. n. 1024. Poll. palat. n. 825. Roth. II. 2. 361. Decand. fl. fr. n. 3048. Spr. hal. 244. Gmel. bad. III. 500. Schlecht.

berol. I. 447. Jacq. austr. t. 320. *Cyanus paniculatus*, Fl. Wetter. Baumg. En. III. 76.

In montosis apricis, muris, arvis, ad vias, agrorum versuras, in collibus siccis argillosis etc. passim. ♂. Jun. — Sept. (Caulis ramis elongatis squarrosus. Foliorum laciniae inaequales, saepe alternae minores, lanceolatae vel lineares, subcuspidato-acutae. Periclinii foliola ovata, acuta, interiora elongata, margine superiore apiceque fuscescente ciliata. Flosculi pallide purpurei. Pappus albidus, basi lutescens.)

2471. C. *Scabiosa*: caule subsimplici foliisque pinnatifidis scabriusculis, laciniis lanceolatis acutis basi pinnatifidis, periclinii foliolis ovatis pubescentibus, apice triangulari acuto fuscomembranaceo ciliato. C. *Scabiosa*, Linn. sp. 2. 1291. Willd. III. 3. 2296. Poll. palat. n. 826. Roth. II. 2. 363. Decand. fl. fr. n. 3049. Hoffm. II. 165. Spreng. hal. 244. Gmel. bad. III. 501. Schlechtendl. berol. 447. Engl. Bot. t. 56. Fl. Dan. t. 1232. *Cyanus Scabiosa*, Fl. Wetter. Baumg. En. III. 77. *Jacea Scabiosa*, Lam. β. *integrifolia*, foliis subintegris.

In arvis, pratis, ruderatis, ad vias, agrorum versuras, passim. ♃. Jul. — Septbr. (Calathia magna e flosculis intense purpureis, rarius albis.)

2475. C. *coriacea*: caule subramoso, foliis coriaceis pinnatifidis scabris, laciniis oblongo-lanceolatis calloso-marginatis subfalcatis acutis, radicalium summis basi subincisis pinnatifidisve, periclinii foliolis ovatis glabris, apice triangulari-acuto fusco-membranaceo ciliato. C. *coriacea*, Waldst. et Kit. pl. r. hung. II. 214. t. 195. Willd. III. 3. 2296. Pers. syn. II. 484. C. *badensis*, Tratt. Arch. 28. n. 50. c. ic.

In collibus calcareis apricis. (Austr. inter Baden et Merkenstein) ♃. . . . . (Differt a C. Scab. cui similis, nuditate partium, glabritie foliorum, quorum substantia subcarnoso-coriacea, petiolis semiteretibus, foliis plerisque laciniisque indivisis; iisdem ciliato-

serrulatis, calathiis majoribus e flosculis purpureis, pericliniis globosis nudis.)

2476. C. *nigrescens:* foliis radicalibus obsolete pinnatifidis, caulinis inferioribus basi subdentatis, superioribus indivisis integerrimis, periclinii foliolis inferioribus ciliatis, superioribus scariosis laceris. C. *nigrescens*, Willd. III. 3. 2288. Pers. syn. II. 480. Bönningh. l. c. 261.

α. *vulgaris:* flosculis radii nullis vel brevibus.

β. *pratensis:* flosculis radii magnis patentibus. C. *pratensis*, Thuill. par. 444. Pers. syn. II. p. 483. C. *nigrescens β. pratensis*, Bönningh. l. c.

In pratis, pascuis, ad vias, hinc inde. (Austr. Westphal. M. Duc. Rhen. infer.) ♃. Jul. — Augst. (Planta quoad foliorum formam varia. Inter Cyanoidea et Rhapontica vere intermedia species.)

β.) *Rhapontica, periclinii foliolis aridis scariosis integris vel apice laceris.*

2477. C. *Jacea:* periclinii foliolis ovatis scariosis apice laceris, foliis lanceolatis integerrimis, radicalibus subdentatis, caule erectiusculo corymboso, ramis angulatis. C. *Jacea*, Linn. sp. 2. 1293. Willd. III. 3. 2303. Scop. Carn. n. 1017. Poll. palat. n. 827. Leyss. hal. n. 788. Roth. II. 2. 365. Decand. fl. fr. n. 3037. Spreng. hal. 244. Gmel. bad. III. 502. Fl. dan. t. 519. Sturm. I. 4. *Cyanus Jaceus*, Gärtn. Baumg. En. III. 71.

β. *decumbens:* caulibus decumbentibus simpliciusculis, foliis lanceolatis integerrimis. C. *decumbens*, Dubois. Pers. syn. II. 485. C. *amara*, Gmel. bad. III. 503. *Centaurea Jacea, β.* Bönningh. 261. C. *Jacea γ.* Lam. Enc. I. 666. C. *supina*, Lam. fl. fr. 2. 53.

In pratis, pascuis, arvis, ad vias. ♃. Jun. — Sept. (Periclinii foliola exteriora subfusca, margine albido

rarius regulariter lacero ciliato fimbriato, interiora elongata, apice dilatata, dilatatione foliolis inferioribus omnino simili, et margine quoque fuscescente. Flosculi pallide purpurei. Achenia pappo brevissimo instructa. Var. β. caule prostrato abbreviato, foliis angustioribus omnibus integris, ramis unifloris, radio calathiorum ampliori roseo et disco albido distinguitur.)

2478. C. *Rhapontica:* periclinii foliolis scariosis ovatis laceris, foliis ovato-oblongis denticulatis subtus tomentosis, flosculis omnibus hermaphroditis. C. *Rhapontica.* Vill. Delph. III. 44. Willd. III. 3. 2305. Pers. syn. II. 485. Wulf. in Jacq. Coll. I. 129. Lob. ic. 283.

In alpibus (Carinth.) ♃. Jun.—Jul. (Folia subcordato-oblonga, serrata, subtus albo-tomentosa, caulina pauca, aliquando pinnatifida. Calathium magnum, solitarium, e flosculis purpureis. Radius nullus.)

γ.) Calcitrapoidea, periclinii foliolis ciliatis, spinaque simplici terminatis.

2479. C. *rupestris:* periclinii foliolis exterioribus ciliato-spinosis, interioribus scariosis spina debili terminatis, foliis caulinis pinnatifidis, radicalibus bipinnatifidis, laciniis linearibus. C. *rupestris,* Linn. sp. 1298. C. *collina,* Scop. carn. n. 1829. Decand. fl. fr. n. 3063.

In aridis asperis (Carniol.) ♃. Jun. — Augst. (Folia piloso-scabra. Calathia majora e flosculis flavis.)

δ.) Stoebe, periclinii foliolis in spinam lateribus baseos dentato-spinosam (palmatam) vel in spinularum fasciculum desinentibus.

2480. C. *solstitialis:* periclinii foliolis subpalmato-spinosis, spinis rectis, media longiori, foliis canescentibus lineari-lanceolatis decurrentibus inte-

gerrimis, radicalibus lyratis. C. *solstitialis*, Willd III. 3. 2309. Scop. carn. n. 1028. Smith. britt. 913. Roth. II. 2. 367. Hoffm. II. 165. Spreng. hal. 244. Decand. fl. fr. n. 3060. Gmel. bad. III. 507. Engl. Bot. t. 243. Schk. t. 261. *Cyanus solstitialis*, Baumg. En. III. 79

In apricis asperis. (Austr. Hercyn. Siles. Saxon. M. D. Bad. sup.) ☉. Jun. — Augst. (Folia infima lyrato-pinnatifida, lobis lanceolatis, extremo maximo, caulina alterna, decurrentia, elliptico-lanceolata, dentata, summa linearia integra, omnia cano-pubescentia. Periclinii foliola exteriora apice spinoso-serrata, sequentia spina longa flavescente basi spinosa praedita, intima inermia. Flosculi lutei.)

Polygamia necessaria.

Flosculi disci hermaphroditi steriles, radii feminei fertiles.

573. CALENDULA. *Ringelblume.*

Periclinium simplex aequale, foliolis lineari-lanceolatis herbaceis. Calathium radiatum. Clinanthium planum, nudum. Achaenia oblonga, incurva, triangularia, angulis membranaceis. Pappus nullus.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Radiaten*, Spreng.)

2481. C. *arvensis*: acheniis cymbiformibus muricatis incurvatis, exterioribus lanceolato-subulatis, dorso cristato-muricatis. Willd. III. 3. 2339. Poll. pal. n. 829 Dec. fl. fr. n. 3202. Roth. II. 2. 368. Spr. hal. 245. Gmel. bad. III. 508. Schlechtdl. ber. 449. Schk. t. 265. C. *arvensis*, Linn.

In agris arvis, inter segetes, hinc inde. ☉. Jun. — Aug. (Caulis adscendens, angulosus, ramosus. Folia alterna, sessilia, cordato-lanceolata, acuta, dentata aut integerrima, scabriuscula. Flosculi citrini.)

2482. C. *officinalis:* acheniis cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. Decand. fl. fr. n. 3203. Willd. III. 3. 2340. Pers. syn. II. 492. Roth. II. 2. 369. Hoffm. II. 166. Spreng. hal. 245. Baumg. En. III. 151. Sturm. I. 8. *C. officinalis*, Linn.

In cultis oleraceis, arvis, hortis quasi sponte. ☉. Jul. — Septbr. (Folia alterna, semiamplexicaulia, obovato-spathulata, sinuato-denticulata. Periclinii foliola lineari-lanceolata, acuta, hirsuta. Calathia majora, e flosculis aureis.)

Polygamia segregata.

Flosculi paleis involucrati in clinanthio.

574. ECHINOPS. *Kugeldistel.*

Periclinium parvum, foliolis subulatis reflexis. Clinanthium setosum. Flosculi uniformes, tubulosi (non radiati), omnes hermaphroditi, singuli involucrati paleis imbricatis subulatis superne laxis erectis. Achaenia oblonga, basi angustiora, apice obtuso. Pappus truncatus, obsoletus.

(*Compositae*, ord. *Cynarocephalae*, Juss. Decand. *Comp.* ord. *Cynareen*, Spreng.)

2483. *E. sphaerocephalus:* caule ramoso, foliis pinnatifidis superne pubescentibus, subtus incano-lanuginosis. Willd. III. 3. 2396. Lam. Enc. II. 333. Scop. carn. 933. Decand. fl. fr. n. 3000. Roth. II. 2. 375. Hoffm. II. 166. Gmel. bad. III. 509. *E. sphaerocephalus*, Linn.

In uliginosis, ad fossas (Austr.), ad dumeta Barb. Wittenb. Holsat. Hamburg.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis 4-pedalis. Calathia magna, e flosculis albidis vel pallide coerulescentibus.)

2484. *E. Ritro:* caule subsimplici, foliis supra glabris subtus albo-tomentosis. Willd. III. 3. 2397.

Decand. flor. fr. n. 3001. Pers. syn. II. 499. Scop. carn. n. 994. Gouan. illustr. 74. *E. Ritro*, Linn.

In collibus aridis (Carniol.) ♃. Jul.—Augst. (Caulis humilior, quam antecedentis. Calathia minora e flosculis coeruleis.)

Classis XX.

GYNANDRIA.

Stamina cum stylo supra germen in columnam communem (Gynostemium) connata.

MONANDRIA. *Anthera unica.*

---

575. SERAPIAS. *Serapie.*

Germen non contortum. Calyx conglutinato-galeatus, oblongus, sursum sensim angustatus: laciniae interiores ex dilatata basi setaceo-subulatae. Labellum inerme, interruptum: Hypochilium a galea partim explanatum, inflexis lateribus connivens, ungue bilamellifero: Epichilium abrupte reflexum, explanatum. Gynostemium lineari-oblongum; a connectivo supra loculos antherae producto longe cuspidatum. Retinaculum unicum bursiculatum. Gynizus insolite oblongus. (Richard. Mém. du Mus. d'hist. nat. IV. 47.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. Rich. *Orchideen*. Spr.)

2485. *S. Lingua:* labello tripartito, laciniis lateralibus obtusis conniventibus, media (epichilio) oblongo-lanceolata dependente glabriuscula. *S. Lingua*, Swartz. Willd. IV. 70. Decand. fl. fr. n. 2033. *Orchis Lingua*, Scop. carn. n. 1104. *Helleberine Lingua*, Pers. syn. II. 512. *Orchis macrophylla*, Moris. hist. III. Sect. 12. t. 14. f. 21.

In locis herbidis Germaniae australior. (Carniol.)

♃. Maj. (Caulis sesquipedalis. Flores ferruginei 5 — 7 in spicam laxam dispositi.)

576. LOROGLOSSUM. *Loroglossum.*

Calyx galeatus: laciniae interiores multoties angustiores. Labellum brevissime saccato-calcaratum s. gibbosum, patens vel pendulum, praelongum, lineari-tripartitum, lacinia intermedia bifida. Gynostemium brevissimum, nulla parte stylina intra Gynizum visibili. Retinaculum unicum, bursiculatum. (Rich. l. c. 47.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2486. *L. hircinum:* labello tripartito, laciniis lateralibus brevibus undulato-crispatis, intermedia longissima lineari angusta oblique praemorsa. *L. hircinum*, Rich. l. c. *Orchis hircina*, Swarz Act. Holm. 1800. 207. Willd. IV. 28. Scop. carn. n 1113. Spreng. hal. 249. Decand. fl. fr. n. 2019. *Satyrium hircinum*, Linn. sp. 1337. Poll. palat. n. 851. Roth. II. Gmel. bad. III. 549. Jacq. Austr. t. 367. Engl. Bot. t. 34.

In montanis sylvaticis, collibus dumetosis graminosis aridis. (Austr. Suev. Palat. Francon. Saxon. Thuring. M. Duc. Bad. sup. M. D. Rhen. inf. in M. Landskron sed ubique rara species! ♃. Maj.—Jun. (Radix testiculata. Folia ampla late lanceolata. Spica speciosa, multiflora, adulta saepe curvata. Calycis laciniae ovatae, obtusae, externe pallide albidae, interne striis purpureis viridibusque pictae. Labellum 3-partitum, lacinia intermedia longissima, ex albido viridi, anterius maculis rubiginosis aut purpureis notata.)

2487. *L. anthropophorum:* labello lineari tripartito, lacinia media elongata, profunde bifida. *L. anthropophorum*, Rich. l. c. *Ophrys anthropophora*, Linn. sp. 1343. Willd. IV. 63. Roth. II. Decand. flor. fr. n. 2030. Gmel. bad. III. 564. Engl. Bot. t. 29. *Satyrium anthropophorum*, Pers.

syn. 507. *Arachnites anthropophora*, Hoffm. II. 181. *Aceras anthropophora*, Hort. Kew. V. 191.

In pascuis, pratis montanis, rarissimum. (Suev. Franc.? M. Duc. Bad. sup.) ♃. Maj.—Jun. (Radix testiculata. Folia lanceolata. Spica laxa. Flores numerosi, perpendiculares, odorati. Calycis laciniae exteriores conniventes, ovato-lanceolatae, ore purpureae, interiores lineares, erectae. Labellum longum, sublineare, e luteo virescens, splendidum, basin versus subvillosum, profunde 3-partitum, lobo intermedio rufescente elongato bifido, laciniis angustissimis filiformibus.)

577. ANACAMPTIS. *Anacamptis*.

Calyx galeatus fornicatusve. Labellum calcaratum, patens; ungue longitudinaliter bilamellifero. Gynostemium brevissimum; nulla parte stylina infra gynizum visibili. Retinaculum unicum, bursiculatum, antrorsum lateribus subcylindrice conflexum.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2488. *A. pyramidalis:* labello 3-partito, laciniis aequalibus integris, calcare germen subaequante, spica densa oblonga. *A. pyramidalis*, Rich. l. c. *Orchis pyramidalis*, Linn. sp 1332. Willd. IV. 14. Decand. fl. fr. n. 2007. Smith. britt. 919. Roth. II. 2. 379. Thuill. Par. 456. Spreng. hal. 247. Gmel. bad. III. 529. Bönningh. monast. 263. Engl. Bot. t. 120. Jacq. Austr. t. 266. Hall. helv. t. 35. f. sinistra.

In pratis, pascuis montanis subalpinis. (Austr. Bavar. Salisb. Saxon. Suev. Nassov. Westph. Hannov. Magn. Duc. Rhen. inf. prope Bonnam etc.) ♃. Maj. —Jul. (Radix testiculata. Folia non maculata, lanceolata, acuta. Spica in planta juniore conica conferta, in adulta ovato-pyramidalis. Flores amoene purpurei, rarius albi purpureo-variegati. Labellum

tripartitum, laciniis subrotundis, intermedia subangustiore. Calcar germine longius, cylindricum, acutum.)

578. ORCHIS. *Orchis.*

Calyx fornicatus galeatusve. Labellum calcaratum, patens. Gynostemium brevissimum; nulla parte stylina infra Gynizum visibili. Gynizus totus pone orificium calcaris. Rostellum deorsum, nonnunquam etiam antrorsum, prominens. Bursicula integra, intus bilocularis. Anthera caetero gynostemio longior, erecta, subrotundo-ovoidea vel obovata, apice mutica. Retinacula-brevi-elliptica. (Rich. l. c.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

α.) *Radice tuberculis duobus integris (testiculatis) instructa.*

(Tubera unigemmia integra.)

2489. *O. globosa:* labello tripartito, lacinia intermedia emarginata, calycis foliolis apice mucronatis, calcare germine duplo breviore, spica densa ovata, foliis lanceolatis. *O. globosa*, Linn. sp. pl. 1332. Willd. IV. 14. Pers. syn. II. 503. Decand. fl. fr. n. 2006. Roth. II. 2. 399. Hoffm. II. 171. Gmel. bad. III. 531. Mössl. 1240. Jacq. Austr. t. 265. Hall. helv. t. 27. f. sinistra.

In pratis alpinis, subalpinis montòsis. (Austr. Carniol. Bavar. Salisb. M. D. Bad. sup.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis erectus, foliosus. Folia oblongo-lanceolata. Spica pyramidali-globosa, confertissima, brevis. Flores laete purpurei. Labellum tripartitum, punctatum, lacinia intermedia apice emarginato mucronata. Calcar breve, obtusum.)

2490. *O. coriophora:* labello 3-partito reflexo, laciniis lateralibus crenulatis, intermedia integra, calycis laciniis conniventibus (galeatis), calcare conico adscendente germine triplo breviore. *O. coriopho-*

ra, Linn. sp. 1332. Willd. IV. 16. Poll. palat. n. 842. Decand. fl. fr. n. 2008. Roth. II. 2. 380. Thuill. Par. 346. Hoffm. II. 172. Spreng. hal. 247. Gmel. bad. III. 531. Jacq. Austr. t. 122. Fl. Dan. t. 224. Hall. helv. n. 1284. t. 34. fig. media.

In pratis udis, humidis. (Austr. Bavar. Ratisb. Palat. Suev. Francon. M. D. Bad. sup. et M. D. Rhen. inf. Wetter. Saxon. Hannov. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Caulis erectus, palmaris. Folia lineari-lanceolata. Spica subuncialis et longior. Flores ex viridi subrufi, cimicum odore, foetidi. Labellum 3-partitum, reflexum, laciniis lateralibus crenulatis, intermedia longiore angustiore integra. Calcar breve, curvum, obtusum.)

2491. *O. Morio:* labello 3-partito, laciniis lateralibus obtusis crenatis deflexis, intermedia emarginata sursum plicata, calycis foliolis conniventibus obtusis, calcare conico adscendente germen subaequante. *O. Morio*, Linn. sp. pl. 1333. Willd. IV. 18. Poll. palat. n. 843. Smith. britt. 920. Decand. flor. fr. n. 2009. Roth. II. 2. 380. Hoffm. II. 172. Spreng. hal. 247. Kunth. berol. 233. Gmel. bad. III. 334. Bönningh. l. c. Fl. Dan. t. 253. Hall. helv. t. 33. Schk. t. 271.

In pratis, pascuis, in collibus graminosis siccioribus. ♃. Maj. — Jun. (Caulis palmaris et altior. Folia alterna, amplexicaulia, superiora erecta, infima reflexa, lanceolata, lineata. Spica cylindrica, laxa, pauciflora. Flores purpurei, rosei, intensiores aut dilutiores, per innumeros gradus in album colorem transeuntes. Labellum tripartitum, crenulatum, maculatum, laciniis lateralibus deflexis, intermedia angustiore emarginata crenulata. Calcar adscendens, obtusum, longitudine fere germinis.)

2492. *O. palustris:* labello obovato leviter trilobo, lobis rotundatis medio emarginato, calycis foliolis obtusis, exterioribus patulis, calcare obtuso. *O. palustris*, Coll. I. 75. Willd. IV. 26. Pers. syn.

II. 504. (excl. pl. syn.) Hoffm. II. 172. Spreng. hal. 248. Gmel. bad. III. 542. Jacq. icon. r. I. t. 181. *O. mascula*, Crantz. Austr. 500

In pratis, palustribus, montosis. (Austr. Francon. M. D. Bad. sup. Saxon. Bohem. Siles.) ♃. Maj. — Jul. (Praecedenti affinis, a qua differt: caule tenuiore, subaltiore a radice ad apicem folioso, foliis vaginantibus lineari-lanceolatis canaliculatis erectis, spica breviore 3-7-flora, labelli ampli trifidi laciniis lateralibus rotundatis obtusis, intermedia multo minore emarginata; calcare germine subbreviore quandoque sublongiore, obtuso, floribus saturate purpureis aut carneis.)

2493. *O. mascula:* labello tripartito crenulato obtuso, lacinia intermedia elongata bifida, calycis laciniis acutis, exterioribus reflexis vel erecto-patentibus, calcare conico obtuso adscendente germen aequante. *O. mascula*, Linn. sp. pl. 1333. Willd. IV. 18. Poll. palat. n. 844. Smith. britt. 920. Decand. fl. fr. n. 2010. Roth. II. 2. 381. Thuill. Par. 457. Hoffm. II. 172. Spreng. hal. 248. Gmel. bad. III. 534. Bönningh. l. c. Jacq. icon. rar. t. 180. Svensk. bot. t. 220. Hall. helv. n. 1283. t. 33.

In pratis, pascuis. ♃. Maj. — Jun. (Folia late lanceolata, apice obtusa, saepe maculata. Spica laxiuscula, multiflora. Flores speciosi, purpurei, rosei, carnei, albidi vel versicolores. Calcar obtusum germen aequans.)

2494. *O. ensifolia:* labello tripartito, laciniis lateralibus crenulatis longioribus, intermedia subemarginata, calycis foliolis exterioribus apice patentissimis, calcare apice subemarginato, spica laxissima. *O. ensifolia*, Vill. Delph. II. 29. Willd. IV. 25. *O. laxiflora*, Decand. fl. fr. n. 2011. Lam. Enc. IV. 553. Thuill. Par. 457. *O. Tabernaemontani*, Gmel. bad. III. 535.

In pratis humidis, Rheno vicinis. (Palat.) ♃. April — Maj. (Differt a praecedente: foliis ensiformibus angustis, floribus in spica laxioribus, labello tri-

partito, laciniis lateralibus longioribus, intermedia emarginata, calycis foliolis reflexis, calcare adscendente, germine breviore obtuso apice saepe bifido.)

2495. *O. ustulata:* labello tripartito, laciniis linearibus punctato-scabris, intermedia 2-partita, calycis foliolis erectis acutis apice subconniventibus, germine calcar uncinatum triplo superante. *O. ustulata*, Linn. sp. pl. 1333. Willd. IV. 20. Pers. syn. II. 504. Smith. britt. 921. Poll. palat. n. 845. Decand. fl. fr. n. 2012. Roth. II. 2. 381. Hoffm. II. 173.. Spreng. hal. 248. Gmel. bad. III. 536. Bönningh. l. c. Engl. Bot. t. 18. Fl. Dan. t. 103. Hall. helv. t. 28.

In pascuis montosis humidis hinc inde. ♃. Maj. —Jul. (Folia lanceolata, acutiuscula, subtus pallidiora, inferiora patentia, superiora angustiora erecta. Spica densa, parva, superne quasi adnata, fusco-nigricans, adulta longior, laxior. Flores numerosi, parvi, fusco-purpurei. Labellum niveum, margine purpureum, punctis purpurascentibus asperis elevatis, ornatum. Calcar breve, rubellum.)

2496. *O. tephrosanthos:* labello tripartito laevi, laciniis linearibus, intermedia bifida cum mucrone interjecto, calycis laciniis acutis conniventibus, calcare subincurvo germine duplo breviore. *O. tephrosanthos*, Vill. Delph. II. 32. Desf. Atl. II. 319. Willd. IV. 81. Pers. syn. II. 504. Gmel. bad. III. 537. *O. Simia*, Decand. flor. fr. n. 2016. *O. zoophora*, Thuill. Par. 459. *O. militaris*, ε. Linn. sp. pl. 1334. *O. cinerea*, Schrank. boica.

In collibus apricis asperis graminosis (Bav. Suev. M. D. Bad. sup. Magn. Duc. rhen. inf. ♃. Maj. — Jun. (Folia alterna, parva, cinereo virescentia. Spica elliptica. Flores pallidi carneo-cinerascentes purpurascenti-striati. Labelli laciniae lineares, longi, (intermedia bifida cum mucrone interjecto) albidae, punctis subelevatis carneis aut rubellis ornatae.)

2497. *O. variegata:* labello 3-partito laevi punctato, laciniis obtusis oblongis, intermedia bifida serrata cum mucrone interjecto, calycis foliolis acutis conniventibus, calcare recto subulato germine duplo breviore, bracteis germen subaequantibus. *O. variegata,* Jacq. coll. II. 267. Host. syn. 485. Willd. IV. 21. Pers. syn. II. 504. Decand. fl. fr. n. 2014. Hoffm. II. 173. Spreng. hal. 248. Gmel. Bad. III. 538. Jacq. icon. rar. III. t. 599. Hall. helv. t. 30. *O. Simia,* Vill. Delph. II. 33. *O. militaris γ.* Linn. sp.

In pascuis montanis, collibus apricis lapidosis graminosis, (Austr. Suev. Francon. Saxon. Francof. Jen. Götting. etc. ♃. Maj.—Jun. (Folia striata, acuta, glauco-viridia. Spica subrotunda, densa, deflorata elongata. Calycis foliola erecta conniventia, dilute purpureo-carnea, exteriora 3 duplo longiora. Labellum concolor, laciniis ad apicem serrulatis, lateralibus oblongis, intermedia bifida, lobis rotundatis, omnibus punctis purpureis vix elevatis adspersis.)

2498. *O. militaris:* labello tripartito punctato-scabro, laciniis obtusis oblongis, intermedia biloba obtusa obsolete serrata cum mucrone interjecto, calycis foliolis acuminato-mucronatis conniventibus, calcare recto germine duplo breviore, bracteis germine duplo brevioribus. *O. militaris,* Linn. sp. 1333. Willd. IV. 22. Poll. palat. n. 846. Decand. fl. fr. n. 2013. Jacq. coll. II. 268. Smith. britt. 922. Hoffm. II. 173. Spreng. hal. 249. Gmel. bad. III. 539. Schlechtendl. berol. I. 450. Jacq. ic. r. III. 598. Hall. l. c. t. 28. *O. Rivini,* Gouan. illustr. 74.

In collibus asperis gramiuosis, pratis montosis siccioribus, sylvaticis calcareis. ♃. Maj.—Jun. (Differt a praecedente: Caule saepe altiore, foliis majoribus, latioribus magis viridibus, spica conica acuta longiore, Labelli laciniis omnibus integerrimis obtusis saturatius purpureis, punctis elevatis muricatis purpureis tectis.)

2499. *O. fusca:* libello tripartito punctato-scabro, laciniis lateralibus oblongis, intermedia biloba

crenata cum mucrone interjecto, calycis foliolis obtusiusculis conniventibus, calcare rectiusculo germine triplo breviore. *O. fusca*, Murr. syst. veg. ed. 14. 809. Willd. IV. 23. Pers. syn. II. 504. Hoffm. II. 173. Sturm. I. 41. cum varietat.? Spreng. hal. 249. Gmel. bad. III. 540. Bönningh. l. c. Jacq. austr. t. 307. Hall. helv. t. 31. *O. purpurea*, Huds. angl. 334. *O. militaris*, β. Linn. sp. 1334. Poll. pal. n. 840. var. δ.

In montosis sylvaticis, collibus graminosis dumetosis, passim. ♃. Maj. — Jul. (Caulis pedalis fere erectus, superne aphyllus, saepe fusco-purpurascens. Folia inferiora longa, lata, laete viridia, obtusiuscula, semipedalia, 2—4 uncias lata. Spica speciosa, magna, ovata vel cylindrica. Calycis foliola conniventia, fusco-viridia, saepe ex nigricante rufo-fusca. Labellum tripartitum, laciniis lateralibus angustioribus intermedia biloba, lobis obtusis patentibus crenulatis cum denticulo medio acuminato, albidum, margine fuscum, punctis villoso-penicilliformibus asperis elevatis purpurascentibus adspersum. Calcar breve fuscum, obtusum.)

2500. *O. moravica:* labello trifido punctato, laciniis brevibus obtusis, intermedia subrotunda amplissima emarginata crenata, calycis foliolis acutis conniventibus. *O. moravica*, Jacq. coll. I. 61. Murr. syst. veg. 809. Pers. syn. 508. Gmel. bad. III. 541. Jacq. icon. rar. I. t. 182. *O. fusca β. moravica*, Willd. IV. 23.

In collibus graminosis (Suev. — *Weingarten*, *Bruchsal*. Morav.) ♃. Maj. — Jun. (Ab affini praecedente differt: foliis paucioribus, calycis foliolis pallide virentibus purpureo-striatis, labello tripartito pallide rubello seu carneo, laciniis lateralibus linearibus obtusis, intermedia maxima ampla subrotunda emarginata crenulata.)

2501. *O. papilionacea:* labello obovato indiviso dentato emarginato, calycis foliolis nervosis

conniventibus, calcare subulato subarcuato germine breviore. *O. papilionacea*, Linn. sp. 1331. Willd. IV. 24. Scop. carn. n. 1103. Decand. fl. fr. n. 2017. Pers. syn. II. 505. Mössl. 1241. Buxb. cent. III. t. 3.

In pratis sterilibus, sylvis. (Carniol.) ♃. Maj.—Jun. (Caulis 2—3 florus. Folia lanceolata. Labellum magnum, indivisum, latius quam longum retusum s. emarginatum, denticulatum, una cum calycis foliolis purpurascens.)

2502. *O. pallens*: labello leviter trilobo, lobo intermedio retuso, calycis foliolis lateralibus patentibus, calcare conico germen subaequante. *O. pallens*, Linn. Mant. 292. Willd. IV. 27. Decand. fl. fr. n. 2018. Roth. II. 2. 386. Hoffm. II. 173. Thuill. par. 457. Spreng. hal. 249. Jacq. Austr. t. 45. Haller helv. t. 30.

In collibus herbidis, montosis sylvaticis. (Austr. Bohem. Lusat. sup. Thuring. Saxon.) ⊙. Maj.—Jun. (Folia oblonga. Spica laxa, pauciflora. Flores flavi. Labellum saturatius flavum, trilobum, integerrimum, basi villosum, lobo intermedio emarginato breviore. Calcar adscendens.)

* *O. signifera*: labello tripartito latiusculo, laciniis lateralibus suboblongis antice serrulatis, intermedia productiori apice dilatato emarginato-bilobo serrata, calycis laciniis cuspidatis, calcare cylindrico dimidia germinis longitudine, bracteis teneris membranaceis longe cuspidatis germina excedentibus. de Vest. Sylloge Plant. nov. p. 79.

In pratis montosis circa Lantsch alpem (Styriae). (Flores rubelli.)

* *O. imbricata*: labello trifido, laciniis linearibus subaequalibus, medio parum longiore, calycis laciniis angustis cuspidatis subconniventibus labello paulo longioribus, cauda adscendente gracili germine quadruplo breviore, bracteis lanceolatis germen aequantibus, spica ovata compacta obesa. de Vest. l. c. 80. — In pratis montosis prope Klagenfurt. (Carinth.)

β.) *Radice tuberculis palmatis instructa.*

2503. *O. sambucina:* labello subdentato trilobo, intermedio emarginato, calycis laciniis obtusiusculis patulis, calcare inflato conico germen subaequante. *O. sambucina,* Linn. sp. 1334. Willd. IV. 30. Pers. syn. II. 505. Decand. fl. fr. n. 2020. Roth. II. 2. 389. Hoffm. II. 174. Spreng. hal. maut. 2. p. 16. Gmel. bad. III. 547. Bönningh. l. c. Jacq. Austr. t. 198.

β. floribus rubescentibus. *O. incarnata,* Linn.

In pratis pascuis, montosis, in sylvis nemoribus montosis. (Austr. Carniol. Palat. Suev. Salisb. Saxon. Barby. Siles. Westphal. etc.) ♃. Maj. — Jun. (Folia ovali-lanceolata, laete viridia. Spica ovata, pauciflora, laxa, bracteis florum longitudine stipata. Flores flavescentes.)

2504. *O. latifolia:* labello leviter trilobo lateribus reflexo, calycis foliolis exterioribus reflexis, interioribus conniventibus, calcare conico germen subaequante, bracteis flore longioribus. *O. latifolia,* Linn. sp. 1334. Willd. IV. 29. Poll. palat. n. 847. Decand. flor. fr. n. 2021. Smith. britt. 924. Roth. II. 2. 387. Gmel. bad. III. 543. Kunth. berol. 234. Spr. hal. 250. Fl. Dan. t. 266. Sturm. I. 7.

α. *vulgaris:* caule crassiusculo, foliis ovato-lanceolatis aut lato-lanceolatis, spica multiflora.

β. *angustifolia:* caule gracili, foliis lineari-lanceolatis, spica pauciflora.

γ. bracteis longissimis: *O. longebracteata,* Schm. Boëm. 51.

In pratis humidis, pascuis et sylvaticis. ♃. Maj. — Jun. (Planta variabilis quoad latitudinem foliorum, magnitudinem spicae, florum colorem, caulis altitudinem. Folia magis minusve, aut omnino non, nigro-maculata, inferiora latiora acuta, superiora angustiora acuminata. Caulis pedalis foliosus, saepius

fistulosus. Flores intense aut dilute purpurei, in album colorem non raro transeuntes.)

2505. *O. maculata:* labello plano trilobo crenato, lobo medio minori acuto integro, calycis foliolis exterioribus divaricatis, interioribus conniventibus, calcare cylindraceo germine breviore, bracteis longitudine germinis. *O. maculata*, Linn. sp. 1335. Willd. IV. 31. Poll. palat. n. 849. Decand. flor. fr. n. 2022. Smith. britt. 925. Roth. II. 2. 389. Hoffm. II. 173. Thuill. par. 460. Spreng. hal. 250. Gmel. bad. III. 544. Schlechtdf. berol. I. 451. Bönningh. l. c. 265. Fl. dan. t. 933. engl. Bot. 632. Hall. helv. n. 1278. t. 32.

In pratis sylvaticis humidis et siccioribus, locisque graminosis ad sylvarum marginalia. ♃. Maj. — Jun. (A praecedente differt: caule solidiori, subangulato, saepe altiori at graciliori, foliis angustioribus minoribus, bracteis minoribus, floribus pallidioribus, labello plano latiori profundius trifido, laciniis lateralibus non reflexis, calcare breviore. Ceterum variat, foliis nigro-maculatis et immaculatis, nec non floribus carneis immaculatis et albis.)

* *O. suaveolens:* radicibus palmatis, spica ovata, floribus semisupinatis, labello semiovato bidentato, foliis linearibus. Vill. Delph. II. 38. t. 1. Sternberg. et Hoppe in den Denkschrift. der k. botan. Gesellsch. zu Regensb. 1818. 148.

In alpibus Germaniae. ♃. (Rarissima planta.)

579. OPHRYS. *Ophrys.*

Germen non contortum. Calyx patens, laciniis interioribus saepius manifeste minoribus. Labellum inerme, deorsum patens, convexum, plerumque holosericeum et varie pictum, subcartilagineo-rigidum. Rostellum brevissimum, fissum in binas bursiculas subrotundas, inde retinacula distincte bursiculata, brevi-elliptica. (Tubera integra.) Rich. l. c. 48.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2506. *O. myodes:* labello pubescente tripartito, laciniis lateralibus lineari-lanceolatis, media oblonga biloba longiore. *O. myodes*, Murr. syst. veg. 813. Willd. IV. 64. Decand. fl. fr. n. 2031. Roth. II. 404. Gmel. bad. III. 565. Spreng. hal. 251. Jacq. icon. rar. I. t. 184. Sturm. I. 40. *O. muscifera*, Sm. britt. 937. Huds. angl. II. 391. Engl. Botan. t. 64. *Orchis muscaria*, Scop. carn. n. 1114. *Ophrys insectifera*, var. α. *nyodes*, Linn. sp. 1343. *Arachnites musciflora*, Hoffm. II. 180.

In pratis, pascuis, nemorosis, collibus graminosis dumetosis passim. ♃. Mai. — Jul. (Caulis foliosus. Folia lanceolata. Spica laxa, 3-6-flora. Flores minores quam in sequentibus, distantes, perpendiculares, e violaceo-atro-purpurei, muscam referentes. Calycis foliola 3-exteriora viridia, interiora 2, minora, angusta, atro-purpurea. Labellum atro-purpureum, sericeum nitens, macula coeruleo angulata, demum albicante, notatum, oblongum, ad basin in foveolam depressum; lacinia intermedia in lacinulas perpendiculares elongatas lanceolatas obtusiusculas fissa.)

2507. *O. apifera:* labello villoso trilobo, lobis lateralibus oblongis, intermedio obovato-elongato 3-lobo, lacinia terminali subulata recurvata. *O. apifera*, Huds. Angl. II. 391. Smith. britt. 938. Willd. IV. 66. Decand. fl. fr. n. 2032. Gmel. bad. III. 566. Bönningh. l. c. engl. Bot. t. 386. *O. insectifera*, Thuill. Par. 465. *O. insectifera*, var. icon. Linn. sp. 1343. *Arachnites apifera*, Hoffmann. II. 180.

In pratis, pascuis nemorosis, sylvaticis montosis. (Austr. Vienn. Suev. Francon. Westphal. etc.) ♃. Jul. (Folia oblongo-lanceolata. Spica laxa, pauciflora. Calycis foliola rosea carina virescentes, interiora viridia, breviora. Labellum rotundatum, convexum, purpureo-ferrugineum, striis flavis pictum.)

2508. *O. aranifera:* labello villoso cum lineis 2 glabris trilobo, lobo medio obovato emarginato caly-

cis foliolis 2 interioribus lanceolatis acutis brevioribus. *O. aranifera*, Huds. Angl. II. 392. Smith. britt. 939. Willd. IV. 66. Decand. fl. fr. n. 2031. Gmel. bad. III. 567. engl. Bot. t. 65. *O. fuciflora*, Curt. Lond. fasc. 6. t. 67. *O. arachnites β.* fl. fr. n. 2032. *Arachnites fuciflora*, Hoffm. II. 180.

In pascuis, herbidis depressis. (Suev. Francon. Wetter. Palat. Bav.) ♃. Maj. — Jun. (Habitu humiliore, spica 3-4 flora, calycis foliolis 3 exterioribus oblongis obtusis viridibus, labello trilobo, purpureo-ferrugineo, lineis 2 glabris, tertia, transversali conjunctis, litteram graecam π referentibus, nec non corniculis 2 minutis ad basin notato, ambitu flavo, lobis lateralibus obsoletis, medio rotundato emarginato, a praecedente dignoscitur.)

2509. *O. arachnites*: labello villoso convexo trilobo, lobo medio obovato apice brevissime trilobo, calycis laciniis interioribus lanceolatis brevissimis. *O. arachnites*, Murr. syst veg. 813. Willd. IV. 67. Pers. syn. II. 510. Dec. fl. fr. syn. n. 2032. Roth. II. 2. 405. Spreng. hal. 251. Gmel. bad. III. 568. *O. insectifera γ. arachnites*, Linn. sp. 1343. *Orchis arachnites*, Scop. carn. n. 1115. *O. fucifera*, Hall. helv. t. 24.

In montosis sylvaticis, collibus graminosis dumetosis. (Austr. Carniol. Palat. Suev. Francon. Wetter. Saxon. etc.) ♃. Maj. — Jun. (Differt a praecedente: caule magis folioso crassiori saepe humiliori, floribus majoribus, calycis albidi viridi - striati foliolis interioribus latioribus, labello lato obtuso subrotundo emarginato appendiculato, sericeo - pubescente fusco - spadiceo nitente.)

580. NIGRITELLA. *Nigritelle.*

Germen non contortum, apice rectum. Calyx laxe patens, laciniis subconformibus. Labellum posticum, scrotiformi - calcaratum, ungue manifeste concavo, la-

mina indivisa planiuscula. Gynostemium brevissimum, nulla parte stylina infra Gynizum visibili. Retinacula loculos bursiculae integrae antrorsum singulatim occludentia et ideo seminuda. (Rich. l. c.) Tubera integra.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2510. *N. angustifolia:* labello ovato-acuminato indiviso. *Orchis nigra*, Swartz. Act. holm. 1800. 207. Willd. IV. 35. Scop. carn. n. 1123. Decand. fl. fr. n. 2026. *Satyrium nigrum*, Linn. sp. 1338. Pers. syn. II. 506. Hoffm. II. 176. Gmel. bad. III. 551. Fl. dan. t. 998. Jacq. austr. t. 368. Hall. helv. n. 1271. t. 27. *Orchis miniata*, Crantz. Austr. 487.

In alpinis, subalpinis (Austr. Salisb.) ♃. Jun. — Augst. (Caulis erectus, 4-5 uncialis. Folia linearia, canaliculata, superiora acuta. Spica ovata vel subrotunda, parva, densa. Flores fusco-purpurei, vel e purpureo-nigricantes. Vanillam redolentes.

581. GYMNADENIA. *Gymnadenie.*

Germen apice reclinatum. Calyx fornicatus vel galeatus. Labellum calcaratum, trifidum. Gynostemium brevissimum, nulla parte stylina infra gynizum visibili. Rostellum fissum. Retinacula distincta, nuda. Gynizus plerumque orificio calcaris lunatim circumactus et ad utrumque finem antrorsum dilatatus. (Rich. l. c.) (Tubera palmata.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

α.) *Calyce fornicato.*

2511. *G. conopsea:* labello obtuse trilobo subaequali integriusculo, calcare setaceo germen duplo excedente, calycis foliolis exterioribus patentissimis. *G. conopsea*, R. Brown. Hort. Kew. V. 191. Schechtendl. berol. I. 451. *Orchis conopsea*, Linn. sp. 1335. Willd. IV. 32. Scop. carn. n. 1121. Poll. pal.

n. 850. Dec. fl. fr. n. 2024. Smith. britt. 926. Roth. II. 2. 391. Gmel. bad. III. 546. fl. Dan. t. 224. engl. Bot. t. 10. Hall. helv. t. 29.

In pascuis, pratis montosis nemorosis. ♃. Maj. — Jul. (Folia lanceolata, aut lineari-lanceolata. Spica elongata, laxa. Flores dilute purpurei, carnei, rarius albi, fragrantes. Labellum trifidum, laciniis lateralibus crenulatis, intermedia ovata integra.)

2512. *G. erubescens:* labello ovato-lanceolato obtuso obsolete crenato 3lobo, calcare paulo incurvo germine paulo breviore, calycis foliolis lateralibus lanceolatis patenti-subreflexis. *Orchis erubescens*, Zuccarini Sylloge Ratisb. 1824. p. 10.

In pratis alpinis (Bav. comitat. *Werdenfels, Hohenalpe.*) ♃. Augst. (Differt a *G. conopsea:* spica laxiore tenuiore, bracteis longioribus et e lanceolata basi multo angustioribus, floribus minoribus, calycis foliolis acutioribus; a *G. odoratissima*, cum qua spicae longitudine et florum colore convenit, diversa: spica laxiore et bracteis multo longioribus.)

2513. *G. odoratissima:* labello obtuse trilobo calcare recurvo germine duplo breviore, calycis foliolis lateralibus patentibus. *Orchis odoratissima*, Linn. sp. 1336. Willd. IV. 32. Pers. syn. II. 505. Decand. fl. fr. n. 2023. Roth. II. 2. 390. Hoffm. II. 175. Gmel. bad. III. 545. Jacq. austr. t. 264. Hall. helv. t. 29. *O. suaveolens*, Vill. Delph. II. 38.

In pratis siccis montosis subalpinis (Austr. Bavar. Salisb. Suev. M. D. Bad. super.) ♃. Jun. (Differt ab affini *G. conopsea:* caule foliisque durioribus, floribus minoribus, labello longiore angustiore, lacinia media magis producta, calcare recurvo duplo breviore.)

2514. *G. ornithis:* labello subrotundo obtuse trilobo, calcare germine duplo longiore, calycis foliolis superioribus conniventibus, lateralibus patentibus. *Orchis ornithis*, Murr. syst. veg. 808. Willd. IV. 13. Pers. syn. II. 503. Host. syn. 483. Mössl. 1240. Jacq. austr. t. 138.

In alpibus (Austr.) ♃. Augst. (Flores albi, odoratissimi.)

β.) *calyce galeato.*

2515. G. *albida:* labello tripartito, laciniis lateralibus linearibus acutis, media obtusa, calcare germine triplo breviore obtuso, calycis foliolis conniventibus. *Satyrium albidum*, Linn. sp. 1338. Scop. carn. n. 1124. Smith. britt. 929. Roth. II. 2. 395. Gmel. bad. III. 552. Fl. dan. t. 115. engl. Bot. t. 505. *Orchis albida*, Swartz Act. holm. 1800. p. 207. Willd. IV. 38. Decand. fl. fr. n. 2027. *Habenaria albida*, R. Brown. Hort. Kew. V. 193.

In pascuis sylvaticis. (Austr. Bav. Salisb. Suev. M. D. Rhen. infer. Wetter. Hercyn. Siles. Götting. Barby. etc.) ♃. Maj. — Jul. Folia lanceolata. Spica junior densa, demum laxa, pollicaris, tripollicaris. Flores parvi, e virescente albidi, deflexi. Labellum tripartitum, laciniis brevibus acuminatis, media majore obtusiore.)

2516. G. *viridis:* labello lineari plano tridentato lacinia media brevissima, calcare obtuso scrotiformi brevissimo, calycis foliolis conniventibus, bracteis germine longioribus. *Satyrium viride*, Linn. sp. 1337. Poll. palat. n. 852. Smith. britt. 928. Roth. II. 2. 294. Hoffm. II. 176. Gmel. bad. III. 550. fl. Dan. t. 77. engl. Bot. t. 94. *Orchis viridis*, Swartz. Act. holm. 1800. 207. Willd. IV. 33. Scop. carn. n. 1122. Decand. fl. fr. n. 2025. *Habenaria viridis*, R. Brown. Hort. Kew. V. 192. Bönningh. Monast. 266.

In pratis asperis sylvaticis (Austr. Bav. Siles. Salisb. Palat. Suev. M. D. Rhen. inf. Westph. Wetter. Francon. Saxon. Lusat. super. M. D. Bad. sup. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Folia ovali-lanceolata, obtusa, infima breviora. Spica uncialis, biuncialis, laxa. Bracteae foliaceae, flores superantes. Flores parvi, praecedentis floribus tamen duplo fere maiores ex pallide-

luteo-virescentes. Calycis foliola apice fusco-purpurascentia. Labellum trifidum, fusco virens, laciniis lateralibus acutis, intermedia brevissima.)

582. PLATANTHERA. *Platanthere.*

Calyx fornicatus. Labellum calcaratum, lineari-ligulatum, indivisum. Antherae loculi ab invicem valde distantes, inferno longius angustati et a gynizo lato interposito magis dimoti. Pollinis massae promissius caudiculatae, particulis numerosissimis minutissimis lineari-prismaticis. Retinacula nuda, orbiculata, peltato-substipitata, non solito more caudiculas apprime terminantia, sed veluti introrsum lateralia. Gynizus veluti imo connectivo effuse adnatus, abbreviato-rotundatus, infra orificium calcaris non progrediens. Rostellum nullum. (Rich. l. c.) (Tubera integra.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2517. *P. bifolia:* labello integro lineari-lanceolato, obtuso, calcare germine duplo longiore. *Orchis bifolia*, Linn. sp. 1331. Willd. IV. 10. Poll. palat. n. 841. Decand. fl. fr. n. 2005. Smith. britt. 918. Roth. II. 2. 377. Hoffm. II. 171. Spreng. hal. 247. Gmel. bad. III. 528. engl. Bot. 22. Schk. t. 271. Off. Pflanz. Lief. VI. *Habenaria bifolia*, R. Brown. Hort. Kew. V. 193. Schlechtdl. berol. I. 452. Wallr. sched. I. 486. Bönningh. l. c.

α. macroglossa: calycis foliolis superioribus acutiusculis, lateralibus ovato-oblongis obliquis acuminatis labello porrecto brevioribus. Wallr. l. c. Hall. helv. t. 35.

β. brachyglossa: calycis foliolis omnibus obtusis, lateralibus labellum lanceolatum subaequantibus. Wallr. l. c. fl. Dan. t. 235. Usteri An. III. t. 1. f. 1-3. *Orchis bifolia*, var. 2. Roth. II. 378.

In siccis, sylvaticis. ♃. Jun.—Augst. (Tubera integra, acuminata. Folia radicalia duo, raro tria ob-

longa, rarius angustiora lanceolata, caulina fere nulla. Spica speciosa, longa, rara, ovali-cylindrica. Flores albidi. noctu praesertim fragrantes. Calcar praelongum. filiforme, obtusum. Planta magnitudine maxime varians.)

583. HERMINIUM. *Herminie.*

Germen apice reclinantum. Calyx subcampanulatus, laciniis interioribus longioribus et dissimilibus. Labellum brevissime saccato-calcâratum, hastato-trifidum. Gynostemium abbreviatum. Antherae loculi inferne in vaginulam non attenuati. Retinacula rostello brevi obtusoque sejuncta, nuda, majuscula, subtus insigniter cochleato-concava. Pollinis massas brevissime et abrupte caudiculatae, particulis paucis subcubicis. (Rich. l. c. 49.) (Tubera integra.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2518. *H. Monorchis:* labello tripartito, laciniis linearibus, lateralibus divaricatis, bracteis longitudine germinis. *H. Monorchis*, R. Brown. Hort. Kew. V. 191. Schlechtd. berol. I. 452. Bönningh. monast. 266. *Ophrys Monorchis*, Linn. sp. 1342. Swartz. Act. Holm. 1800. 222. Willd. IV. 61. Poll. pal. n. 857. Smith. britt. 936. Decand. fl. fr. n. 2028. Roth. II. 2. 402. Gmel. bad. III. 562. engl. Bot. 71. Fl. Dan. t. 102. Hall. helv. n. 1262. t. 22. *Satyrium Monorchis*, Pers. syn. II. 507. *Arachnites Monorchis*, Hoffm. II. 179. *Orchis Monorchis*, Crantz. austr. 476. Scop. carn. n. 1116. Loes. pruss. 184. t. 61.

In pratis et pascuis montanis, collibusque graminosis humidis passim. ♃. Jun. — Jul. (Caulis vix digitalis, erectus, subnudus, teres, gracilis. Folia radicalia 2-3, ovato-lanceolata. Spica longa, gracilis, multiflora. Flores subobliqui, minuti pallide albo-flavescentes, suaveolentes.)

584. CHAMORCHIS. *Chamorchis.*

Germen apice reclinantum. Calyx galeatus, laciniis interioribus paulo minoribus subconformibus. Labellum inerme, dependens, indivisum. Gynostemium brevissimum, nulla parte stylina infra Gynizum visibili. Rostellum fissum. Retinacula nuda. (Rich. l. c.)

(*Orchideae,* Juss. Decand. *Orchideen,* Spreng.)

2519. *C. alpina:* labello lanceolato indiviso obtuso utrinque denticulo notato, calycis foliolis conniventibus, foliis linearibus. *Ophrys alpina,* Willd. IV. 62. Jacq. Vind. 295. t. 9. Decand. fl. fr. n. 2029. *Orchis alpina,* Linn. sp. l. c. Scop. carn. n. 1117. Hal. helv. t. 22. f. 1. *O. graminea,* Crantz. austr. 480. *Satyrium alpinum,* Pers. syn. II. 507.

In alpibus (Austr. Salisb. Bav.) (Tubera ovata; integra. Folia radicalia saepius 4, lineari-lanceolata, subulata brevia. Caulis nudus, pollicaris, bipollicaris, longitudine foliorum. Spica e floribus 4-5 alternis viridi-flavescentibus composita.)

585. GOODYERA. *Goodyere.*

Germen apice reclinatum. Calyx oblongo subfornicatus, inferne ventricoso-connivens, superne patentiusculus. Labellum inclusum, inerme, indivisum, inferne insigniter concavo-gibbum, superne in ligulam recurvam canaliculatam angustatum. Gynostemium brevissime stipitatum. Gynizus superficialis, abbreviato-rotundatus, planiusculus. Rostellum laminatum, erectum, obtusissimum. Proscolla breviter inverso-parabolica. Anthera stipitata, marginalis, postica, subrotunda, acuminata. Pollinis massae brevi-ovatae, subteretes, per apicem obtusum adglutinatiles, particulis oblongis. (Rich. l. c.) (Radix fibrosa vel repens.)

(*Orchideae,* Juss. Decand. *Orchideen,* Spreng.)

2520. *G. repens:* foliis radicalibus ovatis petiolatis reticulatis, floribus secundis, labello calycisque fo-

liolis lanceolatis. *G. repens*, R. Brown. Hort. Kew. V. 198. Schlechtend. berol. I. 453. Bönningh. monast. 267. *Neottia repens*, Willd. IV. 75. Swartz. Act. Holm. 1800. 226. Dec. flor. fr. n. 2057. Kunth. berol. 235. Pers. syn. II. 511. *Satyrium repens*, Linn. sp. 1339. Sm. brit. 930. Roth. II. 396. Hoffm. II. 176. Gmel. bad. III. 554. engl. Bot. t. 289. Fl. Dan. t. 812. Lightf. Scot. II. t. 22. Schk. t. 272.

In sylvis muscosis, montanis pinetis subalpinis. (Austr. Bav. Salisb. Wetter. Palat. Thuring. Francon. M. D. Bad. sup. Lusat. sup. Siles. Westph. Megapol. Berol. etc.) ♃. Jul. — Augst. (Radix repens. Caulis erectus, inferne foliosus, glaber, superne pubescens, aphyllus. Folia radicalia caulinaque inferiora petiolata, ovata, subtus 5-nervia. Spica secunda, gracilis. Bracteae lanceolatae, germine breviores. Flores parvi, albidi. Calycis foliola conglutinata villis apice glanduliferis.)

586. EPIPOGUM. *Epipogum.*

Germen pedicellatum, non contortum. Calyx deorsum patens, laciniis subconformibus. Labellum posticum, vesicario-calcaratum, interruptum; Hypochilium veluti in binas auriculas obtusas porrectas antrorsum desinens; Epichilium ascendenti-reflexum subcordato-ovale, concavum. Gynostemium oblongum, apice truncatum, et profunde cavatum adformandum Clinandrium margine indiviso. Gynizus paulo supra basin Gynostemii, conspicue prominens. Rostellum laminatum, a caetero Clinandrii margine non solutum. Proscolla obovalis. Anthera stipitata, marginalis, fere superposita, subrotunda, retusa: loculi superne curvatim angustati, tota longitudine bivalves. Pollinis massae singulae oblongo-ovoideae, compressae, ad summitatem sursum curvae et in subulam solidam sensim desinentes, per istius apicem adglutinatiles, particulis brevibus. (Rich. l. c. 50.) (Radix fibrosa.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2521. *E. aphyllum:* caule vaginato paucifloro, floribus pendulis resupinatis, calcare adscendente ovato. *Satyrium Epipogium*, Linn. sp. 1338. Crantz. austr. 477. Roth. II. 2. 396. Hoffm. II. 177. Gmel. bad. III. 553. Jacq. austr. t. 81. Fl. dan. t. 1233. Sturm. I. 18. *Limodorum Epipogium*, Swartz. Nov. Act. Ups. 6. 80. Willd. IV. 129. Decand. fl. fr. n. 2049. Bönningh. l. c.

In umbrosis sylvaticis montosis, rarum. (Austr. Salisb. Suev. Franc. Siles. Bohem. Westphal. Hannov. Götting. etc.) ♃. Jul. — Augst (Caulis digitalis et paullo longior, erectus, debilis, viscidulus, subdiaphanus, sordide flavescens. Folia nulla; eorum loco squamae ovatae, truncatae, fuscae, vaginantes. Spica subracemosa, laxa, pauciflora. Flores secundi, sordide sulphurei, penduli, resupinati. Labellum ovatum, acutum, lineis purpureis duabus penicilliformibus pilosis ad latera pictum.)

587. LIMODORUM. *Dingel.*

Germen pedicellatum, non contortum. Calyx erectus, in formam oblongam laxiuscule connivens. Labellum adscendens, interruptum; Hypochilium subinfundibuliforme, marginibus imo Gynostemio adnatum, inferne in calcar longum desinens; Epichilium ovale, obtusum, superne recurvum, basi geniculatum. Gynostemium longissimum, semi-cylindraceum, superne leviter recurvum. Gynizus suborbiculatus, inferne lunato-prominens. Rostellum brevissime obtusum. Proscolla subrotunda. Anthera marginalis, subcordata, cernua, rostellum multum superans. Pollinis massae oblongo-ovatae, medium versus adglutinatiles; granula simpliciter globulosa. (Rich. l. c.) (Radix fibrosa.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2522. *L. abortivum:* caule vaginato aphyllo, calycis foliolis erectis, labello ovato undulato, calcare subulato germinis longitudine. *L. abortivum*,

Swartz Nov. Act. Holm. 6. 80. Willd. IV. 129. Dec. fl. fr. n. 2048. *Orchis abortiva*, Linn. sp. 1336. Scop. carn. n. 1130. Leers herb. n. 695. Roth. II. 2. 392. Hoffm. II. 175. Jacq. austr. t. 193. Sturm. I. 40. *Serapias abortiva*, Pers. syn. II. 513.

In pratis et sylvis umbrosis montosis rarissimum. (Austr. Bohem. Nassov. Herborn.) ♃. Maj. — Jun. (Radix fibrosa, longa. Caulis pedalis fere, aphyllus, violaceus, squamis lanceolatis brevibus vaginatus. Spica laxa, pauciflora. Flores adpressi, violacei. Labelum ovatum, venis saturatioribus percursum.)

588. SPIRANTHES. *Spiranthes.*

Spica spiraliter contorta. Germen apice obliquatum. Calyx in oblongum connivens, ad apicem subbilabiato-hians. Labellum inclusum, inerme, oblongo-obovale, indivisum canaliculato-amplexans; superne recurvum et ad margines crispatulum. Gynostemium brevissime stipitatum. Gynizus subellipticus. Rostellum laminatum, erectum. Proscolla oblonga seu linearis. Anthera marginalis, postica, cordata, rostello parallela. Pollinis massae oblongae, apice adglutinatiles, granula globuloso-tri-quadricellulata. (Rich. l. c.)

Orchideae, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2523. *S. aestivalis:* caule florifero folioso, foliis sublinearibus, floribus secundis, labello ovato. *Sp. aestivalis*, Rich. l. c. 58. Reichb. ic. rar. cent. II. Dec. 20. p. 87. t. 196. *Neottia aestivalis*, Pers. syn. II. 511. Decand. flor. fr. n. 2036. *Neottia spiralis γ.* Willd. IV. 73. Lam. Enc. IV. 567. *Ophrys aestivalis*, Thuill. Par. 463. — *Orchiastrum aestivum album odoratum* Mich. gen. 30. t. 26.

In graminosis, pratis humidis Palat. (prope *Dürkheim*, legit Dr. Bischoff.) ♃. Jul. — Augst. (Caulis erectus, spithamacus, foliosus. Folia lineari-lanceo-

lata. Spica gracilis, spiralis. Flores parvi, secundi, albidi. Labellum obtusum, crenato-crispum.)

2524. *S. autumnalis*: foliis radicalibus oblongis subpetiolatis, floribus secundis, labello ovato. *S. autumnalis*, Richard. l. c. *Neottia autumnalis*, Pers. syn. II. 510. *Neottia spiralis*, Decand. fl. fr. n. 2035. Schlechtendl. berol. I. 453. Willd. IV. 74. (ex parte.) *Ophrys spiralis*, Linn. sp. 1340. Poll. palat. n. 855. Thuill. par. 463. Sm. brit. 934. Gm. bad. III. 559. Fl. dan. t. 387. Sturm. I. 12. *Satyrium spirale*, Hoffm. II. 177.

In pascuis collibus graminosis, pratis montanis. ♃. Jul.—Augst. (Differt a praecedente: caule humiliori, aphyllo, squamis foliaceis pubescentibus vaginato, foliis tantum radicalibus, ad terram expansis oblongo-ovatis acutis subpetiolatis, calycis laciniis subaequalibus, pubescentibus, nec floribus suaveolentibus.

589. NEOTTIA. *Neottie.*

Germen pedicellatum. Calyx in globum laxe incurvo-connivens. Labellum inerme, patens aut subpendulum, bifidum. Gynostemium breviter stipitatum. Gynizus transversus. Rostellum Gynizo longius, laminatum, oblique ascendens. Proscolla apicilaris, minuta, ad posticam rostelli faciem articulato-retroflexa. Anthera intramarginalis, brevi-cordata. Pollinis massae oblongae, paulo infra apicem adglutinatiles, granula globuloso-tri-quadricellulata. (Richard. l. c. 51.) Radix grumosa.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2525. *N. Nidus-avis*: caule aphyllo vaginato; labello obcordato calycis foliolis duplo longiore. *Neottidium Nidus-avis*, R. Brown. Schlechtdl. berol. I. 454. Bönningh. l. c. *Ophrys Nidus-avis*, Linn. sp. 1339. Poll. palat. n. 853. Smith. brit. 931. Roth. II. 2. 397. Hoffm. II. 178. Gmel. bad. III. 556. Engl. Bot. t. 48. Fl. dan. t. 181. *Epi-*

pactis Nidus-avis, Swartz Act. Holm. 180. 232. Willd. IV. 87. Decand. fl. fr. n. 2043. Pers. syn. II. 513. Spreng. hal. 253.

In nemorosis umbrosis, ad arborum radices parasitica. ♃. Maj. — Jun. (Tota fuscescens. Radix e multis fibris confertis crassis patentibus implexis composita, unde nomen desumptum. Caulis erectus, crassiusculus, squamis vaginatus, luridus, ex luteo-fuscus, demum fusco-nigricans. Folia nulla. Spica longa, inferne laxa. Flores sordide lutescentes. Labellum bifidum.)

2526. *N. ovata:* caule bifolio, foliis ovatis oppositis, labello bifido lineari calycis foliolis obtusis triplo longiore. *Ophrys ovata*, Linn. sp. 1340. Poll. palat. n. 855. Scop. carn. n. 1132. Roth. II. 2. 400. Hoffm. II. 178. Gmel. bad. III. 559. Fl. dan. t. 137. Haller, helv. t. 37. *Epipactis ovata*, Swartz. l. c. 232. Willd. IV. 87. Crantz. austr. 473. Pers. syn. II. 513. Spreng. hal. 253. *Listera ovata*, R. Brown. Hort. Kew. V. 201. Schlechtdl. berol. 454. Bönningh. l. c.

In pratis montosis humidiusculis, sylvis graminosis. ♃. Maj. — Jun. (Caulis erectus, sub medio diphyllus, rarius triphyllus. Folia duo opposita, sessilia, ovalia, quinquenervia, lata. Spica longa, laxa angusta. Flores parvi, ex luteo-viriduli, nutantes. Labellum pendulum, profunde bifidum.

2527. *N. cordata:* caule bifolio, foliis cordatis oppositis, labello bifido postice utrinque unidentato. *Ophrys cordata*, Linn. sp. 1340. Scop. carn. 1133. Smith. britt. 933. Roth. II. 2. 401. Hoffm. II. 178. Gmel. bad. III. 560. Engl. Bot. t. 358. *Epipactis cordata*, Swartz. l. c. 232. Willd. IV. 88. Decand. flor. fr. n. 2045. Pers. syn. II. 513. Haller. helv. t. 22. f. 4. *Listera cordata*, R. Brown. H. Kew. V. 201.

In montosis umbrosis. (Austr. Bavar. Suev. Siles. Salisb. Francon. M. Duc. Bad. super. Hercyn. Han-

nov.) ♃. Jun.—Jul. (Caulis humilis, erectus, bifolius, caeterum nudus. Folia opposita, cordata, laete viridia. Spica parva, laxa 5 - 7 - flora. Flores parvi, patuli, flavescentes, demum fusco-rubelli. Labellum profunde bifidum, basin versus utrinque unidenticulatum.)

590. CEPHALANTHERA. *Cephalanthere.*

Germen sessile, non contortum. Calyx erecto-connivens. Labellum inerme, amplexans, interruptum. Hypochilium dorso gibbum. Epichilium apice recurvum. Gynostemium longum, rectum. Gynizus transverso-oblongus, prominens. Rostellum nullum. Anthera marginalis, elliptico-subrotunda, ima tantum parte dorso Gynizi incumbens, caetero aperte eum superans: loculi connectivo ipsis crassiori antice adnati. Pollinis massae lineares, demum dorso Gynizi per imam partem adhaerentes: granula simplicia. (Rich. l. c. 51.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2528. *C. pallens:* foliis oblongo-lanceolatis sessilibus, bracteis flore longioribus, labello obtuso calycis folioli breviore. *C. pallens*, Rich. l. c. *Serapias grandiflora*, Linn. syst. veg. 679. Poll. palat. n. 861. Scop. carn. n. 1127. Pers. syn. II. 513. Smith. britt. 944. Engl. Bot. t. 271. *S. lancifolia*, Roth. II. 409. Hoffm. II. 183. Gmel. bad. III. 572. *Epipactis pallens*, Willd. IV. 85. Swartz. Act. Holm. l. c. 232. Spreng. hal. 252. Bönningh. monast. 269. *Ep. lancifolia*, Decand. fl. fr. n. 2041.

In sylvis montosis gramineis et collibus dumetosis graminosis. (Austr. Bav. Suev. Francon. Wetter. Palat. Saxon. Siles. Westph. etc.) ♃. Maj. — Jun. (Folia oblongo- vel ovato-lanceolata, alterna. Spica laxa, pauciflora. Flores satis magni, erecti, ex pallide-luteo-albidi. Labellum cordatum, superne lineis 3 flavis notatum.)

2529. *C. ensifolia:* foliis lanceolatis acuminatis subdistichis, bracteis minutissimis subulatis, labello obtuso calycis laciniis duplo breviore. *Serapias Xiphophyllum*, Linn. suppl. 404. *S. grandiflora β.* Linn. syst. veg. 649. Poll. palat. n. 861. Fl. dan. t. 506. *S. ensifolia*, Smith. britt. 945. Hoffm. II. 183. Gmel. bad. III. 573. Engl. Bot. 494. *Epipactis ensifolia*, Swartz. Act. Holm. l. c. Willd. IV. 85. Decand. fl. fr. n. 2040. Pers. syn. II. 513. Spreng. hal. 252. Bönningh. l. c.

In sylvis montosis, nemoribus gramineis passim cum praecedente. ♃. Maj.—Jun. (Distinguitur a priori: foliis distichis (praecipue superioribus) lineari-lanceolatis elongatis angustioribus longioribus, bracteis multo minoribus, floribus in spica copiosioribus erectiusculis minoribus niveis. Labello obtusiusculo, antice macula flava notato.)

2530. *C. rubra:* foliis lanceolatis, floribus erectis, bracteis germine longioribus, labello acuto lineis elevatis undulatis. *Serapias rubra*, Linn. syst. veg. 816. Poll. pal. n. 862. Sm. britt. 916. Roth. II. 2. 410. Hoffm. II. 183. Gmel. bad. III. 574. Engl. Bot. t. 437. Fl. dan. t. 345. Haller. helv. t. 42. *Epipactis rubra*, Swartz. Act. Holm. l. c. Willd. IV. 85. Dec. fl. fr. n. 2042. Spreng. hal. 252. Schlechtendl. berol. I. 456. Bönningh. l. c.

In pratis sylvaticis, collibus dumetosis. ♃. Jun. Jul. (Caulis erectus, foliosus. Folia sessilia, alterna, amplexicaulia, lanceolata. Flores erecti, magni, purpurei, vel rosei. Labellum basi albidum, apice acutum purpureum, antice lineis flavescentibus notatum.)

591. EPIPACTIS. *Sumpfwurz.*

Germen pedicellatum, non contortum. Calyx patens, foliolis subconformibus. Labellum inerme, deorsum patentiusculum nec amplexans, interruptum. Hypochilium concavo-gibbum. Epichilium introrsum ad basin bigibbum. Gynostemium brevissimum, ra-

tione germinis ad posteriora declinans. Gynizus subquadratus, deorsum prominens. Rostellum apiculare, brevissimum, obtusum. Anthera marginalis, postica, cordata, obtuso-acuminata. Pollinis massae oblongo-ovatae, prope apicem adglutinatiles; granula veluti tri-quadriglobulata. (Rich. l. c. 51.) Radix fibrosa.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2531. *E. latifolia:* foliis ovatis amplexicaulibus, bracteis inferiorioribus flore longioribus, floribus nutantibus, labello acuminato calycis foliola subaequante. *E. latifolia*, Swartz. Act. Holm. 1800. 232. Willd. IV. 83. Decand. fl. fr. n. 2039. Spreng. hal. 252. Schlechtdl. berol. 455. Bönnigh. l. c. *Serapias latifolia*, Linn. syst. veg. 678. Poll. palat. n. 859. Scop. carn. n. 1128. Smith. britt. 943. Pers. syn. II. 512. Roth. II. 2. 406. Hoffm. II. 181. Gmel. bad. III. 569. Engl. Bot. 269. Fl. dan. t. 81. *S. Helleborine α. latifolia*, Linn. sp. pl. 1344.

β. sylvestris: foliis elliptico-lanceolatis inferne vaginantibus, floribus pendulis externe cum germine purpurascentibus, interne virescentibus, labello obcordato in medio macula cordiformi dilute rosea distincto. *Serapias latifolia β. sylvestris*, Pers. syn. II. 512. Fl. dan. t. 811. *S. viridiflora*, Hoffm. II. 182.

γ. montana: foliis lato-ovatis amplexicaulibus, floribus nutantibus saturate rubris, labello cordiformi acuminato. *Serapias atrorubens*, Hoffm. II. 182. Bauh. Pinax. 186.

In sylvaticis umbrosis, *β.* ad sylvarum margines; *γ.* et *δ.* praecipue in montosis sylvaticis umbrosisque. ♃. Maj. — Aug. (Caulis $1\frac{1}{2}$ — 3 pedalis, inferne vaginis, dein foliis instructus, apice spica laxa racemosa elongata bracteata terminatus, superne ex majori parte una cum pedicellis germinibusque pube tenui vestitus. Folia ovata, amplexicaulia, subvaginantia, nunc latiora nunc angustiora, subtus nitida, acuta vel acuminata. Bracteae ovato-lanceolatae vel lanceolatae, acu-

tae, flores subaequantes. Flores primum cernui, dein penduli, ex viridi fuscoque purpurascentes, vel atrorubentes, plerumque secundi.)

2532. *E. palustris:* foliis lanceolatis amplexicaulibus, bracteis flore brevioribus, floribus pendulis, labello crenato-obtuso calycis foliolis aequali. *E. palustris*, Swartz. Act. Holm. l. c. Willd. IV. 84. Decand. fl. fr. n. 2038. Pers. syn. II. 513. Spreng. hal. 252. Schlechtendl. berol. 455. Bönningh. l. c. *Serapias longifolia*, Linn. syst. veg. 879. Poll. palat. n. 860. Roth. II. 2. 407. Gmel. Bad. III. 571. Schk. t. 274. Sturm. I. 13. *S. palustris*, Scop. carn. n. 1129. Smith. britt. 943. Engl. Bot. t. 267.

In pratis dumetosis uliginosis et in sylvaticis humidis. ♃. Jun.—Jul. (Differt a praecedente: Caule crassiore, subflexuoso, foliis longioribus angustioribus, spica ampliori laxiori rariori, bracteis latioribus subbrevioribus magis reflexis, floribus duplo majoribus magis pendulis, calycis foliolis et labello albidis purpureo-pictis, exterioribus virentibus, labello majore crenato.)

2533. *E. microphylla:* foliis caulinis ovato-lanceolatis, inferioribus brevissimis, bracteis flores subaequantibus, floribus cernuis, labello ovato acuto crenulato calycis foliolis subaequali. *E. microphylla*, Swartz. Act. Holm. l. c. Willd. IV. 84. Hoffm. II. 182. Bönningh. mon. 268. *Serapias microphylla*, Ehrh. Beitr. IV. 42. Pers. syn. II. 513.

In sylvis montanis, umbrosis. (Brunsvig. Luneb. Westph. prope Bielefeld, Tecklenburg etc. passim) ♃. Jul.—Augst. (Folia vix pollicaria, ovato-lanceolata. Flores virentes. Labellum ovatum, acutum, crenulatum, calycis foliolis subaequale. Secundum Decandollium fl. fr. Suppl. p. 334. ad varietates. *E. latifoliae*, pertinet.)

592. LIPARIS. *Liparis.*

Germen pedicellatum, plerumque imperfectum et

abortivum. Calyx laxe patens. Labellum posticum, hinc ad basin Gynostemii sessile, obovale, canaliculatum, superne recurvum, indivisum. Gynostemium oblongum, subinflexum, inferne insigniter crassescens, superne ad latera Gynizi alato-marginatum. Gynizus ambitu prominulo subquadratus, depressus. Rostellum nullum. Anthera marginalis, superposita, abbreviato-subcordata: loculi subrotundi, intus simplicissimi. Pollinis massae globosae, massulis subaequalibus. (Rich. l. c. 52.) Radix fibrosa.)

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2534. *L. Loeselii:* foliis binis ovato-lanceolatis, caule 3-gono nudo, labello apice ovato recurvato. *L. Loeselii*, Rich. l. c. *Malaxis Loeselii*, Swartz. Act. Holm. 1805. 235. Willd. IV. 29. Decand. fl. fr. n. 2046. Pers. syn. II. 514. Spreng. hal. mant. 2. 17. Schlechtdl. berol. I. 456. *Ophrys Loeselii*, Linn. sp. 1341. Smith. britt. 935. Roth. II. 402. Gmel. bad. III. 561. Engl. Bot. t. 47. *O. liliifolia β. Loeselii*, Huds. angl. II. 390. *O. paludosa*, Fl. dan. t. 877. *Orchis diphyllos bulbosa. Loes.* pruss. 180. t. 58. *Serapias Loeselii*, Hoffm. II. 181.

In pratis turfosis, paludosis. (Austr. Siles. Suev. Saxon. Westph. Boruss. Berol. etc.) ♃. Jun. — Jul. (Tota planta lutescenti-virens. Caulis trigonus, humilis, semidigitalis et digitalis. Folia 2, ovali-lanceolata, utrinque glabra, nunc latiora nunc angustiora, nunc obtusa nunc subacuta, caule parum minora. Spica subracemosa, laxa 4-6-flora. Flores parvi e viridi-lutescentes.)

593. MALAXIS. *Weichkraut.*

Germen pedicellatum, plerumque abortivum. Calyx verticaliter patentissimus: lacinia impar tota explanato-pendens; compares erectae; interiores multoties angustiores, ad latera prioris recurvae aut re-

flexae. Labellum posticum, erectum, expansum, subcordatum, apiculatum, plerumque indivisum, raro cum apiculo intermedio bifidum, per levem profundumve baseos sinum Gynostemium imum amplexans et omnium laciniarum bases premens. Gynostemium brevissimum, erectum, antice sursum desinens in laminam truncatam subintegram aut demum trifidam. Gynizus in lamina leviter depressus. Rostellum nullum. Anthera tantisper intra-marginalis, tota postica, abbreviata: loculi ovati, intus simplicissimi. Pollinis massae oblongae. (Rich. l. c. 53.) Radix fibrosa.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2535. *M. paludosa:* foliis subquaternis apice scabris, caule pentagono, labello concavo acuminato. *M. paludosa*, Swartz. Act. Holm. 1800. 235. Willd. IV. 91. Pers. syn. II. 514. Smith. britt. 940. Hoffm. II. 179. Schlechtendl. I. 457. Bönningh. l. c. Engl. Bot. t. 72. *Ophrys paludosa*, Linn. sp. 1341. Poll. palat. n. 855. Roth. II. 2. 401. Thuill. Par. 464. Gmel. bad. III. 562. Fl. dan. 1234.

In turfosis paludosis rarissima. Holsat. Megap. Hannov. Suev. Palat. Westph. Berol.) ♃. Jul.—Aug. (Caulis digitalis, gracilis, pentagonus, nudus, versus radicem foliosus. Folia ovali-lanceolata, obtusa, apice tuberculis, scabra, caule triplo breviora. Spica subracemosa gracilis 9–11-flora. Flores exigui, luteo-virides. Labellum lanceolato-ovatum, integrum, reflexum.)

2536. *M. monophyllos:* folio subsolitario ovato acuto, caule triquetro, labello concavo acuminato. *M. monophyllos*, Swartz. Act. holm. l. c. Willd. IV. 90. Pers. syn. 513. Hoffm. II. 179. *Ophrys monophyllos*, Linn. sp. 1342. Wulf. in Jacq. Coll. IV. 340. t. 13. f. 2.

In alpinis sylvaticis paludosis. (Salisb. Carniol.) ♃. Jul. (Caulis rigidiusculus, triqueter, plerumque unifolius. Spica longa, laxa, multiflora. Flores exigui, virescentes. Labellum integrum.)

594. CORALLORHIZA. *Corallenwurz.*

Germen brevi-pedicellatum. Calyx in oblongum fornicatus. Labellum oblongo-obovale, inferne canaliculatum, ad utrumque marginem parvula crena subinterruptum, introrsum prominentiis longitudinalibus percursum, superne recurvo-patens. Perula brevissima, adnata. Gynostemium longum, apterum, antice marginibus prominulis subcanaliculatum. Gynizus subsemiorbiculatus. Rostellum apiculare, deorsum prominens. Anthera marginalis, superposita, abbreviata, subgloboso-didyma: loculi bilocellati, subtranversim dehiscentes. Pollinis massulae binae, distinctae, subglobosae; altera anterior, altera posterior. (Rich. l. c. 53.) Radix articulata.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2537. *C. innata:* caule vaginato aphyllo, floribus erectis, calycis foliolis lanceolatis, infimis deflexis, labello oblongo acuto. *C. innata*, Brown. Hort. Kew. V. 209. *C. Neottia*, Scop. carn. n. 1134. *Ophrys Corallorhiza*, Linn. sp. 1339. Smith. britt. 932. Roth. II. 2. 398. Gmel. bad. III. 557. Fl. dan. t. 451. *Cymbidium Corallorhizon*, Swartz. Act. holm. l. c. Willd. IV. 109. Pers. syn. II. 517. Decand. fl. fr. n. 2047. Spreng. hal. 253.

In sylvis montosis, subalpinis. (Austr. Salisb. Bavar. Suev. Siles. Saxon. Thuring.) ♃. Maj.—Jun. (Radix fibrosa, fibris ramosis tortuosis dentato-articulatis. Caulis erectus, humilis, palmaris, squamis vaginatus, aphyllus. Flores breviter pedicellati, albidi, parvi. Labellum oblongum, integriusculum.)

Diandria. *Antherae duae.*

595. CYPRIPEDIUM. *Frauenschuh.*

Germen brevi-pedicellatum, non contortum. Calyx laxe et subcruciatim patens: laciniae inferiores s. compares in unam labello subjectam et apice plus mi-

nusve fissam connatae. Labellum inerme, inflato-calceiforme. Gynostemium breviusculum, superne postico trifidum, divisuris lateralibus antrorsum infra apicem antheriferis, intermedia maxima, incurva, exantherata, (*Staminodium*). Gynizus (s. Stigma,) subpeltato-stipitatus, antheris interjectus et paullo altius situs, subdeltoideus. Clinandrium rostellumque nulla. Antherae duae, subopposito-sejunctae, fulcro suo immediate affixae, subrotundae. Pollen ceraceo-granulosum. (Rich. l. c. 52.) Radix fasciculata.

(*Orchideae*, Juss. Decand. *Orchideen*, Spreng.)

2538. *C. Calceolus:* caule folioso, foliis ovato-lanceolatis nervosis, labello calycis foliolis breviore compresso. *C. Calceolus*, Linn. sp. 1346. Willd. IV. 142. Smith. britt. 941. Decand. fl. fr. n. 2050. Roth. II. 411. Spreng. hal. 253. Gmel. bad. III. 575. Bönningh. h. Monast. 270. Engl. Bot. 1. Haller. helv. n. 1300. t. 43. Schk. t. 275. Sturm. I. 8.

In sylvaticis montosis, nemorosis petrosis collibus dumetosis graminosis. (Austr. Bavar. Norimb. Ratisb. Suev. Francon. M. Duc. Rhen. infer. prope Remagen. Hercyn. Saxon. Siles. M. D. B. super. Westph. Hannov.) ♃. Maj.—Jun. (Folia sessilia, amplexicaulia. Flores 1—2, speciosi. Calycis laciniae lanceolatae, patentes, fusco-purpureae. Labellum pedicellatum, flavum, rubro-punctatum, inflatum, calceum ligneum imitans, intus maculis lineisque pilosis praeditum.)

Hexandria. *Antherae* 6.

596. ARISTOLOCHIA. *Osterluzey.*

Perianthium tubulosum, irregulare, basi ventricosum, subglobosum. Tubus oblongus, hexagono-cylindraceus. Limbus dilatatus, inferne in ligulam extensus. Antherae sex, infra stigma gynostemio brevi adnatae, quadriloculares. Capsula 6-angularis, 6-locularis, polysperma. Semina angulo interno loculamentorum affixa.)

(*Aristolochiae*, Juss. Decand. *Aristolochien*, Spr *Asarinae*, Kunth.)

2539. *A. Clematitis:* caule erecto foliis subrotundo-cordatis obtusiusculis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris aggregatis. *A. Clematitis*, Linn. sp. 1364. Willd. IV. 163. Poll. palat. n. 863. Smith. britt. 947. Decand. fl. fr. n. 1282. Pers. syn. II. 527. Roth. II. 2. 412. Spreng. hal. 254. Gmel. bad. III. 576. Schlechtendl. berol. I. 457. Engl. Bot. t. 398. Flor. dan. t. 1235. Hayne, Abbild. IX. t. 23. Sturm. I. 6.

In dumetis, ad sepes, in vineis, ad margines agrorum. ♃. Jul. — Aug. (Caules plures ex una radice, erecti, teretiusculi, striati, simpliciusculi, glabri. Folia alterna, petiolata, sinuato-cordata, obtusa, venosa, glabra. Flores lutei.)

2540. *A. longa:* caule prostrato subscandente, foliis petiolatis cordatis ovatis integerrimis, floribus solitariis, radice longa simplici. Willd. IV. 163. Pers. syn. II. 527. Scop. carn. l. c. Decand. fl. fr. n. 2180. Mill. ic. t. 51. f. 2. *A. longa*, Linn.

In sylvaticis ad sepes (Carniol.) ♃. Jun. — Sept. (Flores solitarii axillares longe pedunculati, e viridi- vel sordide flavo violacei.)

Classis XXI.

MONOECIA. *Flores masculi et feminei in eadem planta.*

Monandria. *Stamen unicum.*

---

597. EUPHORBIA. *Wolfsmilch.*

Flores involucro 1-phyllo turbinato aut campanulato 5-fido cincti, laciniis integris aut ciliato-fis-

sis, exterius appendiculatis glandulis, cum laciniis involucri alternis substipitatis, forma variis (petala Auct.) *Fl. masculi*, articulati cum pedicellis persistentibus, bracteis ciliato laceris stipatis. Filamentum columnare, solidum. Anthera unica, bilocularis. *Flos femineus* pedicellatus, primo involucro inclusus erectus, dein exsertus, nutans, postremo fructu maturo rursus erectus. Perianthium nullum aut margo integer s. dentatus. Germen sessile, subrotundum. Styli 3, plerumque basi connati, 2-fidi. Stigmata subcylindrica aut apice incrassata. Elaterium e subrotundo-trigonum tricoccum.

(*Euphorbiaceae*, Juss. Decand. R. Brown. *Tithymali*, Adanson. *Trikokken*, ord. *Euphorbieen*, Spr.)

A. Glandulis involucri cotyledonibusque embryonis suborbiculatis.

α.) *Semina reticulato-exsculpta.*

2541. *E. helioscopia:* foliis membranaceis obovato-cuneatis obtusis vel emarginatis apicem versus serratis glabris rarius sparse pilosis, verticillo 5-fido rarius 4-fido, germinibus dorso convexis laevibus glabris. Roeper Enum. Euphorb. german. et pannon. p. 59. Willd. IV. 2. 914. Poll. palat. n. 458. Roth. II. 2. 529. Decand. flor. fr. n. 2155. Hoffm. I. 219. Gmel. Bad. II. 327. Fl. dan. t. 725. Hayne, Abbild. II. t. 20. *E. helioscopia*, Linn.

In cultis oleraceis copiose. ☉. Jul.—Aug. (Caulis pilis raris patentibus obsitus. Radii verticilli 3-2-fidi. Involucella obovata. Caruncula arilli depressa. Vix indigena.)

β.) *Semina laevia aut punctis elevatis tuberculata.*

2542. *E. platyphylla:* foliis membranaceis lanceolatis plerumque acutis serrulatis, glabris piloso-pubescentibus s. pilosis, verticillo 5-fido, rarius 4-

5-fido, germinibus dorso convexis laeviusculis vel plus minusve verrucosis glabris (pilosis). Roep. Enum. Euphorb. p. 59. Willd. II. 2. 918. Schreb. spicil. 8. Poll. palat. n. 459. Roth. II. 2. 531. M. a Bieberst. Cauc. n. 925. Besser Galiz. n. 570. Decand. fl. fr. n. 2172. Hoffm. II. 219. Gmel. Bad. II. 331. Bönningh. monast. 140. *E. platyphylla*, Linn.

In cultis, agris argillosis, ad fluviorum ripas, in sylvis. German. mediae et austral., rarior in German. boreal. ♃. ☉. Jun. — Augst. (A congeneribus facile dignoscitur: foliis ovato-lanceolatis acutiusculis subpilosis, e medio ad apicem serrulatis foetidis, involucellis rhomboideis carina ciliatis, saepe undique pilosis. Elateriis plerumque verrucosis scabris.)

2543. *E. coralloides:* foliis membranaceis lato-lanceolatis subpetiolatis obtusiusculis integerrimis vel tenuissime serrulatis piloso-pubescentibus, verticillo 5-fido rarius 4-fido, germinibus dorso convexis laeviusculis lanatis s. pilosis. Roeper Enum. Euphorb. p. 60. Willd. II. 2. 916. Pers. syn. II. 17. *E. coralloides*, Linn.

In montosis sylvaticis umbrosis humidiusculis aquosis prope Rastadt. Etlingen. ♃. . . . . .

2544. *E. dulcis:* foliis membranaceis lato-lanceolatis obtusis apice denticulatis, verticillo 5-fido, (involucellis subcordatis), germinibus pilosis, demum verrucosis. *E. dulcis*, Linn. Am. acad. III. 122. Willd. II. 2. 909. Pers. syn. II. 16. Roth. II. 2. 527. Hoffm. II. 218. Decand. flor. fr. n. 2167. Jacq. austr. t. 213. Rchb. pl. crit. cent. II. Dec. V. p. 34. t. 143. f. 266.

In nemorosis montosis (Austr. Siles. Bavar. Saxon. Salisb. Suev.) ♃. Maj.

2545. *E. purpurata:* foliis membranaceis lanceolatis integerrimis subtus glaucis, verticillo 5-fido, (involucellis subcordatis), germinibus verrucosis gla-

bris. *E. purpurata*, Thuill. Paris. II. 235. Pers. syn. II. 16. Decand. fl. fr. n. 2168. Reichb. pl. crit. cent. II. Dec. V. p. 34. t. 143. f. 267. *E. dulcis*, Lam. Enc. II. 431. *E. dulcis α*. Roep. l. c.

In German. austral. ♃. (M. Duc. Bad. et Rhen. inf.) (Flores purpurascentes, caeterum antecedenti valde similis.)

2546. *E. angulata:* foliis membranaceis lanceolatis-ellipticis obtusis serrulatis, verticillo 5-fido, (involucellis ovato-rhombeis serrulatis,) germinibus glabris verrucosis, caule acute anguloso. *E. angulata*, Jacq. coll. II. 309. Icon. rar. t. 481. Willd. II. 2. 911. Pers. syn. II. 16. Besser Galiz. n. 564. Wahlenb. carpat. 142. n. 464. Rchb. pl. crit. l. c. t. 144. *E. hyberna*, Wahlenb. helv. n. 511.

In Austr. ♃. . . . . (Habitus *E. dulcis*, sed caulis rectus angulatus, involucra latiora, germina glabra nec pilis inspersa, tuberculis conoideis.)

2547. *E. carniolica:* foliis membranaceis lanceolatis acutis integerrimis utrinque piloso-pubescentibus, verticillo 5-fido, ramis nutantibus, (involucellis ovatis integerrimis), germinibus glabris verrucosis. *E. carniolica*, Jacq. austr. t. 14. Host. syn. II. 262. Willd. II. 2. 910. Pers. syn. II. 16. Dec. fl. fr. n. 2170. Gm. bad. II. 326. *E. dulcis β*. Roep. l. c. *Tithymalus pilosus*, Scop. carn. n. 576. t. 21.

In sylvaticis alpinis. (Carniol.) ♃. . . . . (Caules teretes, erecti, superne rariter villosuli. Folia integerrima, ex luteo viridia.)

2548. *E. verrucosa:* foliis lato-lanceolatis sessilibus obtusiusculis mucronulatis s. acutis serrulatis pubescentibus interdum glabris, verticillo-5 fido, germinibus dorso convexis undique verrucosis glabris. Roep. Enum. Euphorb. p. 61. Willd. II. 2. 915. Pers. syn. II. Roth. II. 2. 630. Host. syn. 264. Hoffm. II. 218. Decand. flor. fr. n. 2171. Hagenb. basil. I. 437. *E. verrucosa*, Linn. *Tithymalus verrucosus*, Scop. carn. n. 577.

In sylvaticis montosis calcareis German. mediae et austral. ♃. Maj.—Jun. (Caules caespitosi. Involucella ovato-cordata, serrulata et flores flavissimi.)

2549. *E. epithymoides:* foliis membranaceis s. subcoriaceis lato-lanceolatis sessilibus emarginatis obtusis acutiusculis s. mucronulatis integerrimis interdum subserrulatis, piloso-pubescentibus vel glabris, verticillo 5-fido, rarius 4-fido, germinibus dorso convexis filamentoso-muricatis glabris s. pilosis. Roep. Enum. Euphorb. p. 62. Willd. II. 2. 909. Pers. syn. II. 16. Hoffm. II. 217. Jacq. austr. t. 335. *E. epithymoides*, Linn.

In asperis saxosis, arenosis. (Austr. Morav. Carniol.) ♃. Maj.—Jun. (Antecedenti affinis sed capsula muricata nec verrucosa. Semina griseo-fusca.)

2550. *E. hiberna:* foliis membranaceis s. membranaceo-coriaceis lato lanceolatis sessilibus obtusis seu acutis integerrimis, pubescentibus vel subglabris, verticillo 5-fido rarius 6-fido, germinibus dorso convexis muricato-verrucosis glabris. Roep. Enum. l. c. Willd. II. 2. 923. Pers. syn. II. 17. Decand. flor. fr. n. 2174. Lepech. it. 1. 221. Dillen hort. eltham. 387. t. 290. f. 374. *E. hiberna*, Linn.

In Austria? ♃. . . . . . (Semina nigro-fusca splendentia. — An Germaniae incola?)

2551. *E. palustris:* foliis membranaceis seu ovato-lanceolatis sessilibus acutis vel obtusiusculis subintegerrimis glabris, ramis florigeris in pseudumbellam multifidam aggregatis, rarius verticillo 5-fido, germinibus dorso convexis undique tuberculato-verrucosis glabris. Roeper Enum. l. c. 62. Willd. II. 2. 922. Poll. palat. n. 462. Roth. II. 2. 534. Pers. syn. II. 18. Hoffm. II. 220. Decand. flor. fr. n. 2175. Schlechtdl. berol. 294. Bönningh. l. c. 140. Hayne, Abbild. II. t. 23. Fl. dan. t. 866. *E. palustris*, Linn.

In palustribus, pratis humidis locisque uliginosis.

♃. Maj. — Jun. (Planta excelsa, e longinquo facie *Salicis*. Caules teretes, glabri. Folia sessilia, lanceolata seu ovato-lanceolata, ramorum sterilium angustiora, obtusa, glabra, juniora interdum margine serrulata. Involucella late rotundata aut ovata, vix mucronata. Elaterium magnum tuberculis numerosis obsitum.)

2552. *E. pilosa:* foliis membranaceis sessilibus serrulatis pilosis, superioribus lanceolatis inferioribus oblongis obtusiusculis, verticillo 5-fido, involucellis ovatis, germinibus dorso convexis asperis pilosis. *E. pilosa*, Linn. sp. 659. Willd. II. 2. 917. Pers. syn. II. 17. Decand. fl. fr. n. 2166. M. a Bieberst. cauc. III. 328. Rchb. pl. crit. cent. II. Dec. V. p. 35. t. 145. *E. filicina*, Portenschl. En. pl. in Dalm. lect. 15. t. 8.

In humidiusculis, ad fluviorum ripas. (Austr. Carinth.) ♃. (Habitu *E. palustri*, simillima, paulo tamen major.)

2553. *E. mollis:* foliis lanceolatis obtusis subsessilibus utrinque villosis mollibus integris, verticillo 5-fido, in volucellis ovali-ellipticis, germinibus non verrucosis longe pillosis. *E. mollis*, Gmel. bad. II. 330.

In umbrosis montosis sylvaticis humidiusculis retro *Ettlingen* in umbrosis prope *Rastadt*. ♃. Jun. — Augst. (Caules e radice plures, bi-tripedales, erecti, teretes, glabri, ramosi, virides, inferne purpurascentes. Folia alterna, utrinque villosa, mollia, laete viridia, tenuia, integra, patentia. Glandulae rotundae, integrae, e fusco-virides. Germina pilis longis niveis splendentibus dense obsita. Semina ovata, fusca, glabra.)

2554. *E. procera:* foliis membranaceis lanceolatis pubescentibus apice serrulatis, verticillo 5-fido, involucellis ovalibus, germinibus laevibus glabris. *E. procera*, M. a. Bieberst. cauc. I. 378. III. 329. Reichb. Pl. crit. l. c. t. 146. *E. villosa*, Waldst.

et Kit. pl. r. hung. I. 96. t. 93. Besser Galiz. I. 306. *E. pilosa* γ. Roeper. Enum. Euphorb. p. 63.

In montanis siccis (Siles.) ♃. Jun. — Jul.

2555. *E. Gerardiana*: foliis membranaceo-rigidulis, lanceolatis, sessilibus, acutis vel obtusiusculis, mucronatis, integerrimis, glabris; ramis florigeris subverticillo in pseud-umbellam multifidum aggregatis, vel rarius verticillo 5-fido; glandulis obtuse triangularibus, germinibus dorso convexis, punctis elevatis minutissimis obsitis glabris. Roeper Enum. Euphorb. 65. Willd. II. 2. 920. Pers. syn. II. 17. Hoffm. I. 220. Decand. fl. fr. n. 2160. *E. Gerardiana*, Jacq. austr. t. 436. *Tithymalus Paralias*, Scop. carn. I. 338.

In arenosis siccioribus, pratis, collibus. ♃. Jun. — Jul. (Distinguitur ab *E. Esula*, colore glauco, foliis erectis et glandulis (petalis) integris obtusis.)

2556. *E. Cajogala*: foliis sparsis, lineari-lanceolatis obtusis apice mucronulatis tubtrinerviis, ramis florigeris sub verticillo in pseud-umbellam mutifidam aggregatis, (involucellis diphyllis cordatis) germinibus dorso convexis glabris. *E. Cajogala*, Ehrh. Beitr. II. 112. Gmel. bad. II. 359. *E. linariaefolia*, Lam. Enc. II. 437.

In montosis, collibus ad viarum marginalia (M. D. Bad. sup.) ♃. Jul. — Augst. (Caules ex una radice plures, pedale, sesquipedales, erecti, teretes, glabri viridescentes. Folia plana erecta, firmula, glauca, glabra.)

B. Glandulis involucri triangularibus lunatis, lunato-bicornibus, cotyledonibus linearibus.

α.) *Folia ramorum florigerorum libera.*

†. *Folia caulina sparsa.*

2557. *E. lucida*: foliis membranaceo-coriaceis lanceolatis sessilibus obtusis mucronulatis s. acutis in-

tegerrimis glabris, ramis florigeris sub verticillo in pseud-umbellam multifidam congestis, (rarius verticillo 5-fido), glandulis lunato-bicornibus, germinibus in dorso convexo punctato-scabris glabris. Roep. En. Euph. p. 63. Waldst. et Kit. Pl. r. Hung. I. 54. t. 54. *E. lucida*, Waldst. et Kit.

In pascuis nemorosis (Siles.) ♃. (Folia margine diaphana, cartilaginea.)

2558. *E. Esula:* foliis membranaceis lanceolatis sessilibus obtusiusculis mucronatis integerrimis vel superne denticulato-scabris glabris, ramis florigeris sub verticillo in pseud-umbellam multifidam congestis, rarius verticillo 5-fido, glandulis lunatis subbicornibus, germinibus dorso convexo punctato-scabris glabris. Roeper Enum. Euphorb. 64. Willd. II. 919. Poll. palat. n. 460. Roth. II. 2. 532. Dec. fl. fr. n. 2159. M. a Bieberst. cauc. n. 920. Besser Galiz. n. 571. Hoffm. I. 219. Wahlenb. carp. 143. n. 466. Schlechtend. berol. 293. Bönningh. l. c. 140. *E. Esula*, Linn.

In agris, adque eorum versuras, et ad vias. ♃. Mai. —Jun. (Affinis *E. Cyparissias*, attamen diversa: caule plerumqne altiore, foliis latioribus lanceolatis basi valde attenuatis venosis (nunc obtusis nunc mucronatis nunc acutis) involucro plerumque patente, ramis verticilli plerumque paucioribus, involucellis majoribus magis acutis (interdum lanceolatis), ramis infra umbellam floriferis, elateriis majoribus ad angulos vero verrucosis, stylis minus profunde divisis, stigmatibus subclavatis.)

2559. *E. Cyparissias:* foliis membranaceo rigidulis linearibus sessilibus obtusis seu acutiusculis integerrimis glabris, ramis florigeris sub verticillo in pseud-umbellam multifidam aggregatis, rarius verticillo 5-fido, glandulis lunatis subbicornibus, germinibus in dorso convexo punctato-scabris glabris. Roeper Enum. Euphorb. 65. Willd. II. 2. 920. Poll. palat. n. 461. Weig. obs. 31. Roth. II. 2. 532. De-

cand. fl. fr. n. 2158. Besser. Galiz. n. 572. Hoffm. I. 220. Wahlenb. carp. 143. n. 467. Schlechtend. 293. Bönnigh. l. c. Jacq. austr. t. 435. Hayne l. c. t. 22. *E. Cyparissias*, Linn.

In siccis collibus herbidis montanis, in sylvaticis ad vias. ♃. Maj. — Jun. (Planta varians, caule altiore humiliore magis minusve ramoso, ramis nunc sterilibus caule brevioribus, aut floriferis caulem superantibus, foliis latioribus et angustioribus semper linearibus. Involucris lanceolato - linearibus, involucellis cordato - subrotundis acutis; elateriis ad angulos punctato - scabris.)

2560. *E. saxatilis:* foliis coriaceis spathulato-linearibus s. ovatis sessilibus obtusis, seu emarginatis integerrimis glabris, verticillo 5-rarius 4-fido, glandulis lunatis s. lunato - bicornibus, germinibus dorso convexis punctis elevatis minutissimis obsitis glabris. Roeper Enum. Euphorb. p. 65. Willd. II. 2. 912. Pers. syn. II. 16. Host. syn. 262. *E. saxatilis*, Jacq. austr. t. 345.

In saxosis rupestribus (Austr. Carniol.) ♃. (Caules digitales adscendentes simplices. Folia glauca, glabra.)

2561. *E. nicaeensis:* foliis coriaceis lanceolatis vel ovato - lanceolatis sessilibus acutis vel obtusis mucronatis margine scabris glabris, ramis florigeris sub verticillo in pseud - umbellam multifidam aggregatis vel rarius verticillo 5 - fido, glandulis lunatis vel lunato - bicornibus, germinibus dorso convexis punctis elevatis minutissimis obsitis vel laevibus glabris vel lanatis pilosisve. Roeper Enum. Euphorb. 65. Willd. II. 2. 920. Pers. syn. II. 17. Host. syn. 267. Decand. fl. fr. n. 2161. *E. nicaeensis*, Allion. ped. n. 1039. t. 69. f. 1. *E. Myrsinites*, Wulf. *Tithymalus Seguierii*, Scop. carn. t. 20.

In Austria. ♃. . . . . (Caules plures ex una radice sublignosi, laeves superne interdum ramosi, folia firma laevia, patentia fere spathulata et subretusa. Ver-

ticilli radii bis bifidi, involucri universal. fol. ovata mucronata partial. fere semicircularia. Fructus laeves magni.)

2562. *E. Paralias:* foliis crasso-coriaceis lanceolatis sessilibus acutis s. obtusiusculis integerrimis glabris, verticillo 5-fido, rarius ramis florigeris subverticillo in pseud-umbellam multifidam collectis, glandulis lunatis sub-erosis, germinibus in dorso convexo sulco longitudinali exaratis, punctis elevatis minutissimis obsitis rugulosis glabris. Roep. Enum. Euphorb. p. 66. Willd. II. 2. 912. Pers. syn. II. 16. Roth. II. 2. 527. Ehrh. Beitr. 2. 128. Decand. fl. fr. n. 2153. Hoffm. II. 218. *E. Paralias*, Linn.

In arenosis maritimis Germau. austral. ♃. Jun. —Aug. (Caules frutescentes. Folia approximata, imbricata sempervirentia. Involucella connato-perfoliata.)

2563. *E. segetalis:* foliis membranaceis rigidulis lineari-lanceolatis sessilibus vel in petiolum attenuatis acutis s. obtusiusculis mucronatis integerrimis glabris, verticillo 5-fido, glandulis lunatis longissime bicornibus, germinibus in dorso convexo punctis elevatis scabris glabris. Roeper En. Euphorb. p. 66. Willd. II. 2. 914. Pers. syn. II. 16. Huds. angl. 182. Roth. II. 2. 528. Decand. fl. fr. n. 2154. Hoffm. I. 218. Jacq. austr. t. 450. *E. segetalis*, Linn.

Inter segetes (Austr. Siles. Bavar.) ♃. Jun.—Jul. (Elateria laevia, dorso scabra. Verticillus saepe longitudine totius plantae. Involucella suborbiculata.)

2564. *E. exigua:* foliis membranaceis rigidulis linearibus vel lineari-cuneatis sessilibus acutiusculis obtusis s. retusis submucronatis integerrimis glabris, verticillo 3-5-fido, glandulis longissime bicornibus, germinibus in dorso convexo punctis elevatis scabris glabris. Roeper Enum. Euphorb. p. 67. Willd. II. 2. 903. Pers. syn. II. 16. Poll. palat. n. 457. Weig. obs. 31. Roth. II. 2. 525. Decand. fl. fr. n. 2148. Besser,

galiz. n. 561. Hoffm. I. 217. Wahlenb. carp. 141. n. 461. Bönningh. l. c. 139. *E. exigua*, Linn.

In agris, inter segetes. ⊙. Jul. — Aug. (Planta tota glabra. Caulis semipedalis aut minor basi ramosus, ramis curvato-adscendentibus. Folia magis minusve conferta, linearia, obtusa. Involucrum e foliolis linearibus acutiusculis basi parum dilatatis. Involucella lanceolata, acuminata. Elateria glabra.)

2565. *E. falcata:* foliis membranaceis rigidis lanceolatis sessilibus acutis mucronatisve margine denticulato-scabris glabris, verticillo 3-4-5fido, glandulis lunatis, germinibus dorso convexis laevibus glabris. Roep. Enum. Euphorb. p. 67. Willd. II. 2. 903. Pers. syn. II. 16. Poll. palat. n. 456. Roth. II. 2. 524. Decand. fl. fr. n. 2147. Hoffm. I. 216. Schlechtdl. 293. *E. falcata*, Linn.

Inter segetes, in cultis, agris, rarior. ⊙. Jul. — Augst. (Planta tota glabra. Caulis palmaris aut pedalis, subsimplex. Folia basi longe attenuata, inferiora obtusa, superiora cuspidata. Involucrum foliis simile. Involucella ovato-subrotunda, subcordata, breviter cuspidato-acuminata. Elateria glabra, laevia.)

2566. *E. Peplus:* foliis membranaceis suborbiculatis in petiolum attenuatis obtusissimis integerrimis glabris, verticillo 3-fido rarissime 5-fido, glandulis lunatis longissime bicornibus, germinibus in dorso bicarinato-alato ruguloso-scabris glabris. Roeper En. Euphorb. p. 67. Willd. II. 2. 903. Pers. syn. II. 16. Poll. palat. n. 456. Roth. II. 2. 524. Decand. fl. fr. n. 2146. Hoffm. I. 216. Wahlenb. carp. 141. n. 460. Schlechtendl. 291. Bönningh. l. c. Fl. dan. t. 1100. *E. Peplus*, Linn.

In cultis, oleraceis, inque ruderatis ad vias. ⊙. Augst. — Septbr. (Glabra. Caulis nunc simplex nunc basi ramosus s. ramosissimus, ramis caulem aequantibus. Folia obovata, obtusa, apice subemarginata, basi in petiolum brevem attenuata, nunc majora nunc minora. Involucrum foliis simile. Involucella sessilia,

ovata, subrotunda, saepe subobliqua, superiora apice saepe mucrone brevi terminata. Elateria glabra.)

††. *Folia opposita decussata.*

2567. *E. Lathyris:* foliis subcoriaceis linearibus sessilibus acutiusculis vel obtusis mucronatis integerrimis glabris, verticillo 4-fido, rarius bifido aut 5-fido, glandulis lunatis bicornibus, cornubus dilatato-obtusis, germinibus dorso convexis, sulco longitudinali profundo exaratis, laevibus glabris. Roep. Enum. Euphorb. p. 67. Willd. II. 2. 906. Pers. syn. II. 15. Roth. II. 2. 526. Decand. fl. fr. n. 2150. Hoffm. I. 217. Bönningh. l. c. *E. Lathyris*, Linn.

In cultis, oleraceis, rarius, vix indigena. ♃. (♂.) Jul. (Folia in plantis sterilibus linearia, glaucescentia, decussata in fertilibus, praecipue superne, subovata, sinuato-dentata, viridia.)

β.) Folia ramorum florigerorum connata.

2568. *E. amygdaloides:* foliis coriaceis seu coriaceo-membranaceis lato-lanceolatis in petiolum attenuatis acutis vel obtusis mucronatis integerrimis pubescentibus, verticillo 5-fido s. ramis florigeris sub verticillo in pseud-umbellam 6-8-fidam aggregatis, glandulis lunatis bicornibus, germinibus dorso convexis, punctis minutissimis elevatis obsitis glabris. Roep. Enum. Euphorb. p. 68. Willd. II. 924. Pers. syn. II. 17. Host. syn. 266. Gmel. bad. II. 333. M. a Bieberst. cauc. n. 917. *E. amygdaloides*, Linn. *E. sylvatica*, Jacq. austr. t. 375. Scop. carn. n. 570. Roth. II. 2. 531. Decand. fl. fr. n. 2163. Besser galiz. n. 567. Hoffm. I. 219.

In sylvaticis montanis, German. mediae et austral. ♃. Jun. — Aug. (Planta suffruticosa, foliis perennantibus.)

598. ZANNICHELLIA. *Zannichellie.*

Flores solitarii. *Masc.* Perianthium nullum. Filamentum unicum, simplex, longum, rectum. Anthera

sagittata, erecta. *Femin.* Perianthium ventricosum, campanulatum, tridentatum. Germina 2-6, corniculata, conniventia. Styli totidem, patentiusculi. Stigmata ovata, plana, patentia. Camarae totidem, subfalcatae, erecto-patentes, stylo reclinato rostratae dorso tuberculatae crustaceo-coriaceae compressae. Semina oblonga.

(*Alismaceae*, Decand. *Potamophilae*, Rich. *Najaden*, Spreng.)

2569. *Z. palustris:* caulibus filiformibus articulatis, foliis oppositis angustis linearibus, apice emarginatis, anthera 4-loculari, stigmatibus integerrimis. *Z. palustris*, Linn. sp. 1345. Willd. IV. 181. Poll. palat. n. 866. Decand. fl. fr. n. 1869. Roth. II. 2. 420. Gmel. bad. III. 588. Flor. dan. t. 67. Schk. t. 280.

In paludibus, stagnis, fossis aquaticis. ☉. Jul.— Augst. (Caules tenues, ramosi, glabri. Folia opposita, lineari-setacea, apice emarginata, glabra. Flores axillares, minuti. *Z. repens*, Bönningh. l. c. 272. distinguitur: caule firmiore, e geniculis radicante, non fluitante, utriculis subsessilibus aut incluse pedicellatis, dorso integerrimis aut vix corrugatis, nunquam denticulatis, laevissimis, stylo duplo breviore, stigmate denique repando nec integerrimo.)

599. NAJAS. *Najade.*

Masc. Perianthium bilobum aut nullum. Anthera oblonga, sessilis ventricosa, apice dehiscens, denticulata. *Fem.* Perianthium nullum. Germen simplex. Stylus filiformis. Stigma 2-3-fidum acutum. Utriculus ovali-cylindricus, glaber, 1-spermus.

(*Najades*, Juss. Decand. *Najaden*, Spreng.)

2570. *N. major:* foliis lanceolatis planis dentatis apice tridentatis, perianthio florum masculorum bilobo. *N. major*, Roth. II. 2. 499. Decand. flor. fr. n. 1466. Chamisso adn. p. 12. Schlechtendl. berol. I.

498. *N. marina*, Linn. sp. 1441. *N. monosperma*, Willd. IV. 331. Pers. syn. II. 551. Sturm. Fl. Germ. I. 41. *N. muricata*, Thuill. 510. *Ittnera Najas*, Gmel. Bad. III. 590.

In lacubus versus littus, in paludosis locis aquosis nundatis hinc inde. ☉. Jul.—Aug. (Caulis dichotomus, inferiore parte humo incumbens, radicans, superiore erectus. Folia sessilia, sublanceolata, utrinque sinuato-dentata, dentibus acutis patentibus parum sursum curvatis, apice 3-dentata, basi auriculis duabus rotundatis aucta subvaginante.)

2571. *N. minor:* foliis lineari-subulatis recurvatis aculeato-dentatis, perianthio florum masculorum nullo. *N. minor*, Allion. ped. n. 2106. Roth. II. 2. 500. Decand. fl. fr. n. 1467. Schlechtendl. l. c. Schk. t. 296. *Najas marina β.* Linn. sp. 1441. *N. subulata*, Thuill. 510. *Caulinia fragilis*, Willd. IV. 182. *Fluvialis minor*, Michel. gen. pl. 11. t. 8. f. 3. Hoffm. II. 251. *Ittnera minor*, Gmel. Bad. III. 592.

In aquis stagnantibus in lacubus, ut praecedens, quacum saepe sociatim occurrit. ☉. Jul. — Augst. (Praecedente omnibus partibus tenerior et fragilior. Folia lineari-setacea, sinuato-argute dentato-aculeolata, recurva, fragilia, in inferiore caulis parte magis remota, ad dichotomiam posita, superne conferta, fasciculos aut rosulas formant. Anthera ante dehiscentiam amoene rubella.)

Triandria. *Stamina* 3.

600. TYPHA. *Rohrkolbe.*

Flores in spicam cylindricam terminalem densissimam inferne femineam dispositi. *Masc.* Perianthium simplex, obsoletum, triphyllum. Filamenta longitudine perianthii. Antherae oblongae, pendulae. *Fem.* Perianthium nullum. Germen ovatum, pedicello seti-

formi insidens. Stylus subulatus. Stigma capillare, persistens. Caryopsis ovata, pedicello a basi ad medium pilis longissimis basi angulo flexis obsito, imposita.

(*Typhaceae*, Juss. Decand. *Aroideen*, Spreng.)

2572. *T. latifolia:* foliis linearibus planis, spica mascula femineaque approximatis, utraque cylindrica. Dec. fl. fr. n. 1805. Willd. IV. 197. Scop. carn. n. 1144. Poll. palat. n. 870. Roth. II. 2. 470. Spreng. hal. Gmel. bad. III. 602. Schlechtendl. berol. I. 459. Curt. Lond. t. 171. (sub Typha majore) Schk. t. 281. *T. latifolia*, Linn.

In paludibus, praesertim turfosis, inque fossis. ♃. Jun. — Augst. (Magna, humanam altitudinem saepe superans, radice repente, culmo erecto tereti enodi inferne folioso. Folia erecta, 7 lin. lata, pallide viridia, culmum subaequantia. Spica feminea inferior crassa, dein intense fusca, spica mascula angustior, continua, flava, dein marcescens et plane evanida.)

2573. *T. angustifolia:* foliis linearibus canaliculatis, spica mascula femineaque remotis, utraque cylindrica. Decand. flor. fr. n. 1806. Willd. IV. 197. Scop. carn. n. 1145. Poll. palat. n. 871. Roth. II. 2. 471. Hoffm. II. 250. Fl. dan. t. 815. *T. angustifolia* α Linn. sp. 1377. *T. media*, Gmel. Bad. III. 602. *T. minor*, Curt. Lond. 3. n. 29. 162.

In fossis paludibus passim cum praecedente. ♃. Jun. — Aug. (Culmus parum humilior. Folia subcanaliculata, 3 lin. lata, saturate viridia, culmum florentem superantia. Spica mascula a foeminea uncia vel sesquiuncia distat, utraque quam in antecedente multo gracilior.)

2574. *T. media:* foliis linearibus (planiusculis) spica mascula femineaque remotis utraque cylindracea. Decand. fl. fr. n. 1806. Pers. syn. II. 532. Schl. cat. 59. *T. minor*, Smith. britt. 960. Willd. IV. 197. *T. angustifolia β.* Linn. sp. 1378. *T. elatior*, a Boenningh. Fl. monast.

In paludibus (Suev. M. D. Bad. sup.) Westphal. Siegburg etc. ♃. Jul. (Differt ab affini antecedente: culmo altiore omnium maximo, foliis latioribus 4 — 5 lin. latis, nec non spicis crassioribus magis approximatis 2 — 6 lineas ab invicem distantibus.)

2575. *T. minima:* foliis setaceo-linearibus canaliculatis, spica mascula femineaque remotis, feminea elliptica. Decand. flor. fr. n. 1807. Willd. IV. 198. Pers. syn. II. 532. Hoffm. II. 251. *T. minima,* Funk. *T. elliptica,* Gmel. bad. III. 603. (excl. syn. plur.)

In arenosis udis (Salisb. M. D. Bad. sup.) ♃. Jun. — Jul. (Minutie omnium partium a reliquis speciebus facillime distinguitur.)

601. SPARGANIUM. *Igelkolbe.*

Flores in spicas globosas dispositi. *Masc.* Perianthium triphyllum, foliolis linearibus deciduis. Filamenta capillaria, perianthio longiora. Antherae oblongae. *Fem.* Perianthium ut in masculis. Germen ovatum, desinens in stylum brevem, subulatum. Stigmata 1 — 2, acuta canaliculata, persistentia. Fructus: Caryopsis turbinata cum acumine, inferne angulata.

(*Typhaceae,* Juss. Decand. *Aroideen,* Spreng.)

2576. *S. simplex:* foliis basi triquetris lateribus planis, pedunculo communi simplici, stigmate lineari. Smith. britt. 961. Willd. IV. 199. Decand. fl. fr. n. 1809. Pers. syn. II. 533. Hoffm. II. 187. Gmel. bad. III. 604. Gaud. Agrost. helv. II. 201. Schlechtdl. I. 460. Fl. dan. t. 932. Schk. t. 282. *S. simplex,* Huds. Ang. 401. *S. erectum β. non ramosum,* Linn. sp. 1378. Poll. palat. n. 872. *β.* Willd. prodr. fl. berol. n. 116.

In aquosis, ad margines fluviorum lacuum, in fossis, ad paludes etc. ♃. Jun. — Jul. (Differt ab affini specie sequente, caule breviore simplici, foliis ensiformibus inferne tantum triquetris, angustioribus, mi-

nus profunde canaliculatis. Amenta infima femina subpedunculata, superiora mascula alterna sessilia.)

2577. *S. ramosum:* foliis basi triangularibus, lateribus concavis, pedunculo communi ramoso, stigmate lineari. Smith. britt. 961. Willd. IV. 199. Decand. fl. fr. n. 1808. Pers. syn. II. 533. Gmel. bad. III. 605. Gaud. Agrost. II. 199. Lam. illustr. t. 748. engl. Bot. t. 744. Schk. t. 282. *S. ramosum*, Sm. *S. erectum*, *α*. Linn. sp. 1378. Poll. palat. n. 872. Poir. Enc. VI. 325.

Iisdem in locis, ac praecedens. ♃. Jun. — Jul. (Differt a praecedente, caule longiore ramoso, foliis longioribus, latioribus magis triquetris, amentis longe majoribus sessilibus.)

2578. *S. natans:* foliis decumbentibus planis, pedunculo communi simplici, stigmate ovato brevissimo. amento masculino subsolitario. Smith. britt. 962. Willd. IV. 200. Pers. syn. II. 533. Decand. fl. fr. n. 1810. Poll. palat. n. 873. Roth. II. 2. 470. Gmel. bad. III. 606. Kunth. berol. 242. Gaud. Agrost. l. c. Bönningh. monast. 275. Flor. dan. t. 260. *S. natans*, Linn.

In fossis, paludibus, purioribus, rarius. ♃. Jun. —Jul. (Praecedentibus tenerior: caule debili, foliis decumbentibus angustioribus planiusculis natantibus, pedunculo communi simplici, amento masculino subsolitario distinguitur.)

602. CAREX. *Segge.*

Flores in spicam oblongam imbricatam varie dispositi. *Fl. masc.* Perianthium squama simplex, lanceolata, acuta vel obtusa, concava, persistens. Filamenta 3, capillaria, erecta, exserta. Antherae erectae, longae, lineares. *Fl. fem.* in eadem vel (in quibusdam) in distincta planta. Perianthium squama simplex subimbricata, uniflora. Urceolus 1-phyllus, ventricosus ore pervio germen includens. Germen triquetrum. Stylus simplex. Stigmata 2—3 subulata, in-

curva, longa, pubescentia. Caryopsis ovato-acuta, triquetra, perianthio urceolo persistente inclusa.

(*Cyperaceae*, Juss. Decand. *Cyperoiden α. Cariceèn*, Spreng.)

A. Stigmatibus duobus.

α.) *Spica unica simplici.*

2579. *C. dioica:* spica dioica, foliis culmisque laevibus, fructibus erectiusculis ovatis margine superne serrulatis, radice repente. Decand. flor. fr. n. 1695. Willd. IV. 207. Smith. britt. 963. Pers. syn. II. 534. Goodenough. transact. Linn. soc. II. 139. Roth. II. 2. 423. Hoffm. II. 188. Gmel. bad. III. 609. Gaud. Agrost. II. 70. Schlechtendl. 461. Schk. caric. p. 7. t. A. 1. Fl. dan. t. 369. *C. dioica*, Linn. *C. laevis*, Hoppe. *C. Linneana*, Host. gr. III. t. 17. *C. capitata*, Suter. Helv. II. 239.

In pratis uliginosis, pascuis paludosis. ♃. April—Maj. (Radix tenuis, repens. Culmi semipedales, graciles, glabri, folia superantes. Spica solitaria, terminalis: mascula linearis, feminea fructifera ovalis. Fructus *) ovati, acuminati, erecto-patentes, squamas margine scariosas superantes, apice serrulati.)

2580. *C. Davalliana:* spica dioica, foliis culmisque retrorsum scabris, fructibus recurvatis oblongo-lanceolatis triquetris nervosis margine superne scabris, radice fibrosa. Decand. fl. fr. n. 1696. Willd. IV. 208. Pers. syn. II. 535. Hoffm. II. 189. Gaud. Agrost. II. 71. Scheuchz. gram. 497. t. 11. f. 9 et 10. *C. Davalliana*, Smith. britt. 964. Linnean Transact. V. 266. *C. Dioica β. Davalliana*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 138. *C. dioica*, Willd. Act. Acad. Berol. 1794. p. 36. Vill. Delph. II. 193. Sut. Helv. II. 239. Schk. car. t. A. Q. W. 2. Host. gram. I. t. 41. *C. scabra*, Hoppe.

---

*) Fructum appellamus urceolum persistentem, cui inest caryopsis.

In locis paludosis uliginosis, priore rarior. ♃. Maj. — Jun. (Differt a praecedente simili: radice fasciculata nec repente, culmis foliisque retrorsum aculeolato - scabris, saepe majoribus, fructibus recurvatis, lanceolatis rostratis, hinc gibbis.)

2581. *C. pulicaris:* spica androgyna superne mascula, fructibus oblongis teretiusculis glabris reflexis utrinque attenuatis, squama oblonga persistenti longioribus. Decand. fl. fr. n. 1697. Willd. IV. 213. Pers. syn. II. 535. Smith. britt. 965. Roth. II. 2. 424. Gooden. Linn. Transact. l. c. Hoffm. II. 189. Gmel. bad. III. 611. Sut. Helv. II. 239. Gaud. l. c. 73. Schk. car. t. A. 3. Sturm. I. 2. Flor. dan. t. 166. Leers, herb. 195. t. 14. f. 1. *C. pulicaris,* Linn.

In pratis uliginosis, pascuis humidis spongiosis rara. ♃. Maj. (Spica terminalis androgyna, apice mascula. Fructus oblongo - lanceolati, utrinque vix carinati, reflexi non recurvati. Folia setacea, canaliculata, culmo breviora. Culmus erectus, terertiusculus, 4 — 12 uncialis. Radix fibrosa.)

β.) Spicis pluribus androgynis apice masculis.

2582. *C. capitata:* spica androgyna superne mascula, fructibus subrotundo - ovatis acuminatis glaberrimis compressis, squama subrotundo - ovata longioribus patulis. Willd. IV. 210. Pers. syn. II. 535. Wahlenb. Act. holm. 1803. 139. Schrank. boic. t. 274. Sternb. et Hoppe, Regensb. Denkschr. 1815. 168. Schk. caric. t. Y. f. 8. *C. capitata,* Linn.

In alpinis subalpinis (Suev. Carniol.) ♃. Jun.

2583. *C. arenaria:* spiculis alternis confertis, superioribus masculis, inferioribus femineis, intermediis androgynis, fructibus ovatis marginatis bifidis margine scabris, culmo incurvo. Dec. fl. fr. n. 1702. Willd. IV. 223. Pers. syn. II. 530. Gooden. Linn. Transact. II. 153. Roth. II. 2. 425. Hoffm. II. 191.

Gmel. bad. III. 612. Schlechtdtl. I. 462. Bönningh. l. c. 276. Schk. car. t. 286. B. n. 6. Sturm. I. 2. Host. gram. t. 49. Off. Pfl. *C. arenaria*, Linn.

In arenosis siccis graminosis, inque arena mobili, in littoribus et ad ripas fluviorum. ♃. April — Maj. (Radix valde repens, longa geniculata, stolonifera, squamis rufis tecta, trita therebinthum redolens. Culmi pedales, scaberrimi, incurvi. Spica nutans, composita, spiculis superioribus confertioribus, inferioribus subremotis, bractea sua brevioribus, omnibus apice masculis. Fructus ovato-lanceolati, marginati, ore profunde bifido.)

2584. *C. intermedia:* spiculis alternis confertis, inferioribus remotiusculis, superioribus et inferioribus femineis, mediis masculis, fructibus ovatis marginatis bifidis ciliato-serratis, culmo erecto. *C. intermedia*, Gooden. l. c. 154. Willd. IV. 224. Smith. britt. 973. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 144. Hoffm. II. 192. Gmel. bad .III. 614. Gaud. Agrost. l. c. Schlechtendl. 462. Schk. car. t. B. f. 7. Host. gram. t. 50. Hayne, Abbild. V. t. 8. *C. disticha*, Huds. Angl. 2. 347. Schreb. spicil. 63. Roth. II. 2. 426. Willd. prodr. fl. berol. n. 85. Decand. fl. fr. n. 1703. *C. spicata*, Poll. palat. n. 875. *C. arenaria*, Leers herb. 198. t. 14. f. 2. I. II.

In pratis humidis, ad fluvios, lacus, fossas. ♃. Maj. (A priore differt: spica composita magis elongata, plerumque minus crassa, spiculis multo brevioribus bracteis suffultis, infima vix sua spica duplo longiore, squamis minoribus minus acuminatis, fructibus longius glumas superantibus.)

2585. C. *chordorhiza:* spiculis subternis approximatis, fructibus ovatis acuminatis, culmo basi ramoso, foliis culmeis erectis. Decand. flor. fr. n. 1711. Willd. IV. 219. Pers. syn. II. 536. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 142. Gaud. Agrost. II. 82. Schlechtendl. 461. Schk. car. t. G. Ii. f. 31. C. *chordorhiza*, Linn. suppl. 414.

In udis spongiosis paludum turfosorum. ♃. Apr. —Maj. (Bavar. prope Monach. Berol.). Radix longe lateque repens, ramosa. Culmi oblique adscendentes, pedales et ultra, laeves, basi foliosi. Folia culmo breviora, plana, margine scabra. Spiculae arcte congestae. Squamae ovatae, magis minusve acuminatae, fuscescentes, submembranaceae, nervo medio viridi. Fructus ovato-globosi, nervosi, ore oblique truncato apiculati.)

2586. C. *schoenoides:* spiculis oblongis confertis, fructibus ovato-acuminatis bifidis multinerviis patentibus, bracteis serrulatis. Decand. fl. fr. n. 1704. Willd. IV. 226. Pers. syn. II. 537. Hoffm. II. 193. Schlechtdl. I. 463. Host. gram. I. 35. t. 45. Schk. t. Qqq. f. 157. *C. schoenoides*, Host.

In collibus herbidis (Austr. prope Vindobon.) ♃. Maj. (Habitus *C. arenariae et intermediae.* Radix crassa, teres, lignosa valde repens, squamis oblongis vestita. Culmi erecti, triquetri, ad angulos scabri, versus basin foliacei. Folia carinata, glabra, saturate viridia, margine dorsoque angulosa, scabra. Spica oblonga, incurva, subdisticha, acuta, e spiculis 4—6 sessilibus ventricosis, quarum superiores masculae, inferiores femineae, composita. Squamae oblongo-ovatae, acutae, obscure ferrugineae, aliae laeves, aliae compressae carinaque scabrae. Fructus ovatus, lineis elevatis distinctus, hinc planus illinc convexus, margine aculeatus, in apicem bifidum attenuatus.)

2587. *C. vulpina:* spiculis numerosis ternatim quinatimve aggregatis oblongis confertis superne masculis, fructibus ovatis bidentatis, compresso-triquetris patentibus, bracteis serrulatis. Decand. fl. fr. n. 1705. Willd. IV. 231. Scop. carn. n. 1169. Poll. palat. n. 876. Smith. britt. 376. Gooden l. c. 161. Lam. Enc. III. 382. Roth. II. 2. 428. Gmel. bad. III. 615. Hoffm. II. 192. Gaud. Agrost. II. 91. Schk. car. t. C. f. 10. Host. gram. t. 56. Fl. dan. t. 308. Leers. Herb. 199. t. 14. f. 5. *C. vulpina*, Linn.

Ad margines fossarum, rivulorum, in pratis humidis ad paludes etc. ♃. Maj. — Jun. (Inter affines maxima. Radix fibrosa, lignosa. Culmi 1 - 3 - pedales, rigidi, acute triquetri, angulis scaberrimis. Spica crassa, decomposita, spiculis apice masculis, bractea basi ovata suffultis. Fructus divergentes, compresso-triquetri, squamas superantes, apice bifidi et scabri. Interdum fructus monstrose excrescentes.)

2588. *C. nemorosa:* spiculis ovatis sessilibus remotis (androgynis) fructibus patentibus ovatis acuminatis bidentatis marginatis compressis, squamis mucronatis, bracteis foliaceis spica longioribus. *C. nemorosa*, Lumnitz. poson. n. 926. Rebentisch prodr. n. 71. Willd. IV. 282. Pers. syn. II. 537. Mössl. 1280. Bönningh. monast. 278.

In nemorosis udis, fossis umbrosis. ♃. Maj. — Septbr. (A praecedente simillima, quacumque saepe confusa, differt: bracteis foliaceis, setaceis basi non ovatis, inferioribus praecipue longissimis, squamis mucronato - aristatis, fructibus compressis, nec triquetris, temporeque florendi usque in autumnum.)

2589. *C. muricata:* spiculis ovatis approximatis, fructibus horizontalibus ovatis plano - convexis bidentatis basi marginatis, margine ciliato - serratis. Decand. fl. fr. n. 1708. Willd. IV. 234. Pers. syn. II. 538. Smith. britt. 976. Gooden. l. c. 158. Roth. II. 2. 430. Hoffm. II. 194. Gmel. bad. III. 617. Suter. helv. II. 243. Gaud. Agrost. I. c. 93. Schlechtdl. 465. Bönningh. l. c. 278. Schk. car. t. E. Dd. f. 22. Host. gram. t. 54. *C. muricata*, Linn. *C. canescens*, Leers Herb. 201. t. 14. f. 3.

In umbrosis humidiusculis, ad sepes, in pratis sylvis frequens. ♃. April. — Maj. (Radix crassa, dura, fibris plurimis firmata. Culmi 1 - 2 - pedales, graciles, triquetri, superne tantum scabri. Spica basi interrupta, spiculis apice masculis. Fructus patentes, ovati, plano - convexi, bidentati, basi marginati, margine ciliato - serrati.)

2590. *C. divulsa:* spiculis ovatis, superioribus approximatis inferioribus remotis, fructibus erectiusculis ovatis plano-convexis marginatis bidentatis, margine glabris. Decand. fl. fr. n. 1707. Willd. IV. 235. Pers. syn. II. 538. Smith. britt. 975. Hoffm. II. 194. Gmel. bad. III. 616. Bönningh. l. c. 279. Host. gram. t. 55. Schk. car. t. D d. f. 89. Mich. ger. t. 33. f. 10. C. *divulsa*, Gooden l. c. 160.

In pratis humidis, sylvis demissis. (Austr. Francon. Westphal.) ♃. Maj. — Jun. (Antecedenti affinis. Radix dura fibrosa. Culmus debilis, pedalis, sesquipedalis, triqueter angulis superne scabriusculis. Spica elongata, spiculis superne approximatis, inferioribus sensim magis remotis, infima pedunculata, interdum composita, omnibus ovatis, apice masculis. Fructus erecto-patuli, ovati, hinc convexi, laeves, virescentes.)

2591. *C. stenophylla:* spiculis in capitulum oblongum aggregatis, inferioribus bractea ovata mucronata suffultis, fructibus ovatis compressis nervosis bidentatis, foliis angustissimis junciformibus. Willd. IV. 618. Pers. syn. II. 536. *C. stenophylla*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 142. *C. glomerata*, Host. gram. t. 44. *C. juncifolia*, Schk. t. g. I. i. n. 32. Host. syn. 504. Hoffm. II. 195.

In collibus herbidis, campis, pratis (Austr.) ♃. April — Maj. (Radix repens, stolonifera, fusca, valde ramosa. Culmi floriferis 2—3 unciales, capsuliferi duplo longiores. Spica conglomerata, in diversis culmis magnitudine et figura diversa, spiculis 6 — 10 approximatis imbricatisque, quaque bractea ovata latiuscula acuta fusca ad basim stipata, infima saepius mucronata, vel in foliolum protensa, reliquis aphyllis inermibusque. Squamae ovatae, basi dilatatae, apice acutiusculae, ex fusco-ferrugineae margine albo-membranaceae. Fructus ovati, utrinque acuminati, hinc plani illinc convexi, ex fusco-ferruginei, margine versus apicem asperi et in rostrum breve subdentatum desinentes.)

2592. *C. teretiuscula:* spicis coarctato-paniculatis acutiusculis, fructibus ovatis bidentatis margine ciliato-serratis, culmo inferne tereti, superne obtuse triquetro. Willd. IV. 244. Pers. syn. II. 539. Smith. brit. 977. Hoffm. II. 196. Gmel. bad. III. 619. Gaud. Agrost. II. 88. Schk. car. t. D. T. n. 19. 64. *C. teretiuscula,* Good. l. c. 163. *C. diandra,* Schrank. boic. 281. Roth. II. 2. 437. Hoppe, Taschenb. 1797. p. 98.

In paludosis turfosis (Bavar. Palat. Francon. Erlang. Ratisb. M. D. Bad. sup. Nassov. Brem. Wittenb. Saxon. ♃. Maj. (Radix fibrosa. Culmus erectus, florifer 6—9-fructifer 9—18 uncialis, basi tantum foliatus. Folia fere longitudine culmi, carinata, angusta, vaginantia. Spica oblonga, supradecomposita, constans spiculis sessilibus ovatis acutis compositis. Squamae ovatae, acutae. Fructus ovati, hinc plani, illinc convexi, ad angulos asperi, apice bidentati.)

2593. *C. paradoxa:* spiculis anguste paniculatis, ramis inferioribus ramotiusculis, fructibus subrotundo-ovatis rostellatis bidentatis, margine superne ciliato-serratis. Decand. flor. fr. n. 1714. Willd. IV. 243. Pers. syn. II. 539. Hoffm. II. 196. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 142. Gaud. Agrost. II. 90. Schk. car. t. E. f. 21. *C. paradoxa,* Willd. Act. Acad. Berol. 1794. p. 39. t. 1. f. 1. *C. canescens,* Host. gram. t. 57.

In pratis paludosis, ad fossas, rivulos. ♃. Maj. (Radix fusca, lignescens, fibris plurimis firmata, densam foliorum culmorumque cespitem sustinens. Culmus erectus, flavens, 6—9-fructifer 12—18 uncialis. Folia culmo florente longiora. Spica paniculata. Rami breves, saepius adpressi. Spiculae oblongae, acutae. Glumae oblongo ovatae, rufae. Fructus ovati, utrinque imprimis dorso gibbi, lineis elevatis distincti, margine aculeis brevissimis exasperati, apice in rostellum bifidum attenuati.)

2594. C. *paniculata:* spiculis paniculatis, ramis alternis remotiusculis, fructibus ovatis superne

marginatis bidentatis margine ciliato-serratis, culmo triquetro. Decand. flor. fr. n. 1715. Willd. III. 244. Pers. syn. II. 539. Leers herb. n. 713. t. 14. f. 4. Roth. II. 2. 436. Smith. britt. 978. Gooden. l. c. 164. Hoffm. II. 197. Gm. bad. III. 620. Gaud. Agrost. II. 86. Schk. car. t. D. N. f. 20. Host. gram. t. 58. C. *paniculata*, Linn.

In palustribus, ad fossas. ♃. Maj. — Jun. (Radix valida, dura, fibris crassis firmata, cespitosa. Culmi erecti, basi vaginis rufis membranaceis externis tecti. Spica 2 — 4 uncialis, paniculata. Rami alterni, fere dimidium paniculae aequantes, satis patentes. Spiculae ovatae, obtusae. Squamae ovato-acuminatae, fusco-ferrugineae, margine membranaceae, pellucidae albae. Fructus ovati, striati, hinc plani inde convexi, patentes, versus dimidium membrana scabra marginata, quae cum fructu in rostrum bifidum attenuatur. — A praecedente differt: habitu majori, culmo acute triquetro, foliis latioribus carinatisque, ramis paniculae longioribus magis patentibus, squamis ovatis acuminatis, ad marginem albis, fructibus membrana marginatis.)

2595. C. *Bertoloni:* spiculis congestis subternis androgynis, terminali mascula solitaria, fructibus ovatis plano-convexis apice bidentatis. foliis canaliculatis strictis. C. *Bertoloni*. Schk. car. t. C. 18. Rrrr. 208. Mössl. 1279. Bot. Zeit. 1819. II. 567. C. *cuspidata*, Bertoloni. Mem. della soc. med. di gen. t. 2.

In alpibus (Carinth.). ♃. . . . . (Culmus 6 — 12 uncialis. Folia culmo breviora, stricta, angusta. Bractea ovata ad spicae basin collocata, aristata, nervoque dorsali viridi instructa. Squamae albo-marginatae, fuscae, aristatae. Fructus striati.)

2596. C. *Hostii:* spica glomerata, spiculis congestis superne masculis, fructibus ovatis compressis nervosis tridentatis. C. *Hostii*, Schk. car. t. T. i. 32. Mössl. 1280. Bot. Zeit. 1819. II. 567.

In pratis pascuis (Austr.) ♃. . . . . (Radix repens. Culmus basi tantum foliis nonnullis angustis brevibus instructus, pedalis. Spica $\frac{1}{2}$ — 1 uncialis.)

* C. *austriaca:* spiculis ovatis subquaternis subremotiusculis, bractea foliacea erecta ad basin spiculae inferioris longitudine spicae, fructibus subrotundo-ovatis utrinque acutis ore obliquo membranaceis, glumis ovatis acutis aequantibus. C. *austriaca,* Schk. car. t. Qqq. 157. Bot. Zeit. 1819. II. 167.

In Austria? ♃. . . . . .

γ.) *Spicis androgynis apice femineis.*

2597. C. *cyperoides:* spiculis aggregatis globoso-capitatis involucratis, fructibus lanceolatis utrinque attenuatis bicuspidatis. Decand. flor. fr. n. 1717. Willd. IV. 215. Pers. syn. II. 535. Roth. II. 2. 425. Hoffm. II. 198. Gmel. Bad. III. 621. Schk. car. t. A. f. 5. Host. gram. I. 34. t. 44. C. *cyperoides,* Linn. C. *bohemica,* Schreb. gram. II. 52. t. 28. f. 3. Michel. gen. 70. t. 33. f. 19. *Schelhammeria capitata,* Mönch. suppl. 119.

In pratis paludosis aliisque locis humidis spongiosis, sed rarissima! (Bohem. Austr. Bavar. Francon. Erlang. Saxon.) ♃. Aug. — Septbr. (Jam habitu ab omnibus recedit. Radix fibrosa. Culmi florentes 6 — 9 - fructiferi 8 — 12 - unciales, erecti, fistulosi, foliacei, amoene virides, superne ad unum alterumve angulum scabri. Folia carinata, acuminata, culmea culmum superantia. Spica terminalis parum inclinata. Spiculae sessiles, oblongae, subtriquetrae, obtusae, multiflorae, in capitulum congestae. Bracteae foliosae spicam multum superantes. Squamae lineari - lanceolatae, acuminatae, albido - virentes, margine dorsoque asperae. Fructus lanceolato - ovati, margine asperi, basi valde attenuati, apice in rostrum longum desinentes.)

2598. C. *bicolor:* spiculis ternis pedunculatis, terminalibus erectis, fructibus obovatis obtusis, squa-

mis ovatis obtusis. Decand. flor. fr. n. 1724. Willd. IV. 222. Pers. syn. II. 536. Sut. helv. II. 254. Gaud. agrost. II. 97. Schk. car. t. Aaaa. f. 181. C. *bicolor*, Allion. pedem. n. 2211. C. *androgyna*, Balb. add. 97. et Misc. 42.

In alpibus (Salisb. Carinth.) ♃. . . . . . (Radix fere repens, stolonifera. Culmus erectus, demum saepe superne (ob pondus spicarum) nutans, inferne foliosus, foliis longior. Spiculae plerumque ternae, ovato-oblongae, obtusae, florentes atro-fuscae, maturae ex albo et fusco variegatae, terminalis androgyna, reliquae plerumque totae femineae. Squamae ovatae, obtusae, atro-purpureae, nervo dorsali prominulo albido vel viridulo infra apicem evanido. Fructus compressi, obovati, obtusissimi, mucronulati, apice integerrimi.)

2599. *C. remota:* spiculis alternis remotis solitariis, bracteis foliaceis longissimis, fructibus ovatis acuminatis subbifidis compressiusculis. Decand. fl. fr. n. 1723. Willd. IV. 239. Pers. syn. II. 538. Gooden. l. c. 150. Smith. brit. 969. Poll. palat. n. 878. Roth. II. 2. 433. Hoffm. II. 204. Gmel. bad. III. 630. Schlechtdl. berol. I. 466. Schk. car. t. E. f. 23. Leers herb. 200. t. 15. f. I. Fl. Dan. t. 370. Host. gram. t. 52. *C. remota*, Linn. *C. axillaris*, Schrank. boic. 275. Hoppe Taschenb. 1797. 96. (nec Gooden.)

In sylvis umbrosis udis, ad fossas, rivulos, in pratis. ♃. Maj. — Jun. (Radix ramoso-fibrosa, dura. Culmi florentes pedales, erecti, fructiferi altiores, debiles, recurvi. Folia carinata, angusta, alterna, culmum florentem subaequantia. Spica longa, constans e spiculis oblongo-ovatis albo-flavescentibus, inferioribus remotis axillaribus, bracteis longissimis filiformibus sensim brevioribus suffultis, superioribus magis approximatis. Squamae lanceolatae albo-flavescentes, nervo dorsali viridi instructae, fructu breviores. Fructus erecto-patuli margine scabri.)

2600. *C. Grypos:* spiculis tribus alternis appro-

ximatis subrotundis, fructibus ovato oblongis apice bifidis incurvis squama subrotunda longioribus, culmo incurvo tereti. *C. Grypos*, Schk. t. Hhhh. 193. Mössl. 1281. Bot. Zeit. 1819. II. 567.

In alpibus (Salisb.) ♃. . . . . (Culmus 8-10 uncialis, basi vaginis fuscis tectus. Folia angusta, culmo florifero breviora. Spiculae subrotundae bractea destitutae. Fructus apice submuricati.)

2601. *C. stellulata:* spiculis subquaternis remotiusculis, fructibus ovato-acuminatis bidentatis margine ciliato-serratis stellatim divergentibus, squamis ovatis acutis. Decand. fl. fr. n. 1722. Willd. IV. 236. Smith. britt. 966. Hoffm. II. 203. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 147. Gmel. bad. III. 628. Schlechtend. I. 465. Schk. car. t. C. f. 14. Host. gram. t. 53. *C. stellulata*, Gooden. l. c. 144. *C. echinata*, Roth. II. 2. 431. *C. muricata*, Poll. pal. n. 877. Leers. herb. n. 709. t. 14. f. 8. Huds. Angl. 406. *C. Leersii*, Willd. prodr. fl. berol. n. 95.

In humidis palustribus, graminosis. ♃. Maj.—Jun. (Habitus *C. muricatae*, sed minor atque gracilior. Radix fibrosa, dura. Culmi florentes 2-4 fructiferi 4-8 pollicares, erecti. Folia longitudine culmi florentis, canaliculata ad marginem asperiuscula. Spiculae 3-4 remotae, subsessiles, bractea membranacea stipatae, subalternae, ovatae. Squamae ovatae, pallide virescentes, margine albae, membranaceae, in maturitate dorso rufescentes. Fructus ovati, hinc plani, inde convexi, divaricati, ad marginem asperiusculi, in rostrum subbifidum attenuati.)

2602. *C. brizoides:* spiculis subquinis alternis subdistichis curvatis oblongo-lanceolatis approximatis, fructibus ovatis marginatis bifidis, (radice repente.) Willd. IV. 233. Pers. syn. II. 538. Roth. II. 2. 430. Hoffm. II. 202. Gmel. bad. III. 626. Gaud. Agrost. II. 102. Schk. car. t. C. et U. f. 12. Host. gram. t. 47. *C. brizoides*, Linn.

In pratis humidis, ad margines sylvarum, ad rivu-

los. ♃. Maj. — Jun. (Radix repens, squamis oblongis tecta, fibris plurimis firmata. Culmus in planta florente semipedalis, post florescentiam pedalis, erectus, striatus, gracilis, ad angulos scaber. Folia uncialia, carinata. Spiculae 5-6, approximatae, oblongae aliae bracteatae, aliae ebracteatae, spicam terminalem 6-9 lin. subdisticham formant. Squamae albo flavescentes splendentes, masculae ovatae obtusiusculae, femineae ovato-lanceolatae acutae. Fructus ovati, squamas vix superantes, margine membranacei, ciliati, in apicem bifidum lente attenuati.)

2603. *C. microstachya:* spiculis 3-4 oblongis acutis approximatis, terminali subcylindrica majori saepius refracta, fructibus ovatis acuminatis compressis ore indivisis, squamam ovatam subaequantibus. *C. microstachya*, Ehrh. Beitr. III. 72. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 146. Willd. IV. 250. Hoffm. II. 201. Schk. car. t. C. f. 11. (?)

In uliginosis (prope Brem.) ♃. Maj. — Jun. (Habitus praecedentis. Radix fibrosa. Culmus florens 6-8uncialis, fructifer altior, erectus, versus apicem ad angulos asper, inferne laevis et foliorum vaginis usque ad medium vestitus. Folia culmum aequantia, longe vaginantia, setaceo-carinata. Spica composita albescens. Spiculae 3-4, ad apicem et basin masculae, in medio femineae, inferiores oblongae rectae, terminalis plusquam duplo longior cylindrica acuta, recta vel refracta. Bractea cordato-ovata. Fructus ovati, externe convexi, margine ciliati, in orificium bifidum attenuati.)

2604. *C. elongata:* spiculis subduodenis alternis approximatis cylindraceis, fructibus ovato-acuminatis emarginatis nervosis patulis, squamis ovatis obtusis. Decand fl. fr. n. 1724. Willd. IV. 240. Pers. syn. II. 539. Roth. II. 2. 434. Poll. palat. n. 879. (excl. Moris. syn.) Hoffm. II. 205. Gmel. bad. III. 631. Sut. Helv. II. 245. Gaud. Agrost. II. 103. Schk. car. t. E. f. 25. Host. gram. 3. t. 75. *C. elongata*, Linn. *C. multicaulis*, Ehrh. gram.

In palustribus, ad fossas, rivulos. ♃. Maj. — Jun. (Radix repens. Culmi florentes 6 - 8, fructiferi 8 - 12 pollicares, erecti scabri. Spica 2 - 4 pollicaris, elongata, spiculis oblongis obtusis patulis, inferioribus parum remotioribus. Bracteae breves squamaeformes. Squamae ovatae, fuscae, margine albidae, fructibus ovatis sensim attenuatis ore bidentatis, breviores.)

2605. *C. leporina:* spiculis subnudis ovalibus obtusis alternis approximatis, fructibus marginatis, culmo fistuloso. Gaud. Agrost. II. 105. Vill. Delph. II. 200. Roth. II. 2. 427. Poll. palat. n. 878. Lam. Enc. III. 382. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 145. Gm. bad. III. 623. Leers. herb. 199. t. 14. f. 6. *C. leporina*, Linn. *C. ovalis*, Gooden. l. c. 148. Sm. britt. 986. Decand. fl. fr. n. 1718. Willd. IV. 229. Hoffm. II. 199. Schlechtend. 463. Bönningh. l. c. 277. Schk. car. t. B. f. 8. Host. gram. 1. t. 51.

In sylvaticis, pascuis humidis, locisque udis palustribus. ♃. April. — Maj. (Radix dense fibrosa. Culmi 6 - 12 uncias longi, ad angulos scabri, caeterum laeves, fistulosi, foliis longiores, inferne foliosi, saepe adscendentes vel curvati. Spiculae 3 - 8, ovales, oblongae, obtusae, crassiusculae, tactu molles, valde approximatae, alternae, subnudae, omnes distinctissimae, 4-6 lineas longae. Bracteae squamis similes, sed multo majores, praecipue in spicula inferiori, cujus squama saepe in aristam desinit. Squamae oblongae, acutae subferrugineae, margine scariosae. Fructus squamis breviores, lanceolati, oblongi, acuminati, margine cartilagineo albido scabroque instructi, apice rostrato scarioso et integro.)

2606. *C. approximata:* spiculis subternis contiguis, bractea aristata, squamis concinne imbricatis fructum integrum laevem aequantibus. Gaud. Agrost. II. 107. Hoffm. II. 200. *C. approximata*, Hoppe. *C. leporina*, Willd. IV. 229. Dec. fl. fr. n. 1718. *C. Lachenalii*, Schk. car. t. Y. f. 29. et *C. leporina*, Ejusd. Nachtr. p. 17. t. Fff. f. 129.

In alpinis uliginosis (Carinth. Salisb.) ♃. Jun. — Jul. (Radix repens, fibrosa. Culmi erecti, crassi, 3-6 unciales sublaeves. Folia culmum florentem aequantia, fructifero multo breviora, plana, carinata, laeviuscula. Spiculae plerumque ternae, rarius quaternae, valde approximatae contiguaeque, ovatae, inaequales, suprema reliquis longior. Bractea spiculae infimae ampla, ovata, obtusa, dorso viridi vel luteo, marginibus fuscis in aristam scabram spicula breviorem producta. Squamae ovatae obtusiusculae, nervo dorsali viridi evanido, fuscae, margine scarioso albido. Frutus squamis vix longiores, ovati, hinc convexi, inde plani, margine proprio omnino destituti, laevissimi, breviter rostrati, apice scarioso, integro vel obiter emarginato. A sequenti specie differt: culmo humiliore obtuse triquetro laevi, foliis planis laevibus, fructu acutiori squamam aequante.)

2607. *C. Heleonastes:* spiculis quaternis alternis subulato-ellipticis approximatis, fructibus compresso-triquetris ovatis acutis. Willd. IV. 228. Wahlenb. Act. holm. 1803. 146. Schk. Car. t. I i. f. 97. *C. Heleonastes,* Ehrh. Beitr.

In paludibus (Bavar. Salisb.) ♃. Maj. . . . .

2608. *C. Schreberi:* spiculis quinis ovato-oblongis alternis confertis, fructibus ovatis bidentatis squamis brevioribus, radice repente. Willd. IV. 225. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 145. Decand. fl. fr. n. 1719. Hoffm. II. 200. Gmel. bad. III. 624. Gaud. Agrost. II. 109. Schlechtend. 463. Bönningh. l. c. 277. Schk. car. t. B. f. 9. Host. gram. 1. t. 46. *C. Schreberi,* Willd. sp. pl. *C. praecox,* Schreb. spicil. fl. Lips. 63. Roth. II. 2. 428. Willd. prodr. fl. berol. n. 88. Suter Helv. II. 243.

In pratis siccis, in collibus, ad vias (Saxon. Lips. Megalop. Barb. Berol. Francon. Westphal. Erlang. Wirceb. M. D. Bad. sup. etc.) ♃. Mart. — April. (Radix repens, teres, gracilis, fibrillis capillaribus firmata. Culmi florentes 3-6, fructiferi 6-9 unciales,

erecti, inferne foliacei, ad angulos asperi. Folia culmum florentem subaequantia, erecta, canaliculata, subulata, apicem versus carinata, margine aspera. Spica disticha, mox erecta, mox incurva. Spiculae 3-6, alternae, sessiles, ovato-teretes, acutae, subcontiguae. Bractea ovata, saepius apiculata, vel acuta. Squamae ovato-lanceolatae, acuminatae, ferrugineae. Fructus ovati, striati, margine saepius asperiusculi, hinc plani illinc convexi, in orificium breve bifidum attenuati.)

2609. C. *canescens:* spiculis subsenis subrotundis alternis approximatis sessilibus obtusiusculis, fructibus ovatis plano-convexis acutiusculis erectis, squama ovata acuta longioribus. C. *canescens*, Linn. suec. 842. Lightf. scot. 2. 550. Wahlenb. Act. holm. 1803. 147. Gmel. bad. III. 627. C. *curta*, Gooden l. c. 145. Smith. britt. 967. Willd. IV. 241. Pers. syn. II. 539. Hoffm. II. 203. Bönningh. l. c. 279. Schk. t. C. f. 13. Host. gram. 1. t. 48. C. *cinerea*, Poll. palat. n. 880.

β. *brunnascens:* tota tenerior, spiculis rotundato-ovatis, magis approximatis, brunneo-griseis (spadiceis), squamis nitidis ovatis fructum subaequantibus. Pers. syn. l. c. C. *Gebhardii*, Schk. car. f. 192.

In pascuis udis, aquosis humidis, ad margines sylvarum uliginosarum. ♃. Maj. (Radix fibrosa. Culmi florentes 4-6, fructiferi 6-12 unciales, erecti, ad angulos scabri, inferne foliati. Folia carinata, culmum superantia, erecta, margine scabra, externa plane vaginantia. Spica erecta, unciam ad sesquiunciam vix longa, composita, spiculis alternis subremotiusculis sessilibus 3-6, florentibus ovali-teretiusculis, fructiferis ovalibus brevibus ex viridi-canescentibus erectis. Bractea infima, reliquis longior, setacea, spicula saepissime brevior. Squamae ovatae, acutae, cinereo incanae, dorso viridulae. Fructus ovati, glabri, striati, apice subbifidi.)

2610. C. *argyroglochin:* spiculis (4-6) al-

ternis obovatis, fructibus ovatis acuminatis glabris ore bifidis longitudine squamae argenteo-albae, bracteis spiculis longioribus. C. *argyroglochin*, Hornem. oecon. Planttelaere ed. 3. V. I. p. 927. Sternb. Bot. Zeit. 1823. I. 284. Fl. Dan. t. 1710.

In sylvis humidis Lauenburgiae inter Friedrichsruh et Runbeck. ♃. .... (Radix horizontalis repens? Culmus erectus 3-queter. Folia linearia acutiuscula, basi dilatata subamplectentia, inferioria superioribus multo breviora. Squamae argenteo-albae.)

δ.) *spicis sexu distinctis.*

2611. C. *saxatilis:* spicis subtribus ovatis sessilibus alternis, infima subpetiolata mascula oblonga, squamis ovatis obtusis, fructibus ovatis apice integris. De la Vigne in Hoffm. D. Fl. II. 206. Willd. IV. 272. Pers. syn. II. 541. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 168. Schk. cart. t. J. et T t. f. 40. C. *saxatiles*, Linn.

In alpinis saxosis (Silesiae) ♃. Jun. (Radix repens, stolonifera. Culmus 4-8 pollicaris, erectus vel incurvus. Folia carinata, rigidula, patentia. Spica mascula solitaria, terminalis, ovato-oblonga. Squamae obovatae, obtusae, purpureo-nigrescentes. Spicae femineae 2-3, remotiusculae, ovatae, superior ovata sessilis inferior s. inferiores oblongae, subsessiles. Squamae ovatae, acutiusculae, concolores. Fructus obovati, hinc plani, inde convexi, apice obtusi.)

2612. C. *mucronata:* spicis sessilibus, mascula solitaria, feminea subsolitaria approximata elliptico-subrotunda, brevissima, fructibus oblongo triquetris incurvato-rostratis bidentatis, squamis oblongis acutis. C. *mucronata*, All. pedem. n. 2318. Willd. IV. 264. Pers. syn. II. 541. Decand. fl. fr. n. 1727. Hoffm. II. 207. Gaud. Agrost. II. 117. Schk. car. t. K. f. 44. Mich. gen. 64. t. 32. f. 3. C. *bracteata*, Sut. Helv. II. 250.

In summis alpium (Salisb.) ♃. Jun.—Jul. (Radix fibrosa. Culmus florens 3-6, fructifer 4-8 polli-

caris, erectus, subcylindricus, inferne foliosus. Folia angusta, canaliculato - cylindrica. Spica mascula terminalis, lanceolato-oblonga. Squamae ovatae, acutae, brunneae, albo - marginatae. Spica feminea ovata, sessilis. Bractea ovato-setacea, spicam plerumque superans. Squama ovata, brunnea. Fructus ovato-lanceolati, utrinque acuminati, hinc plani, illinc convexi, margine asperi, in rostrum incurvum apice bidentatum attenuati.)

2613. C. *cespitosa:* spica mascula solitaria, femineis cylindraceis obtusis subternis distantibus erectis, fructibus ovatis obtusis ore pertusis squama oblonga obtusa majoribus, foliis patulis. Willd. IV. 287. Pers. syn. II. 546. Gooden l. c. 195. Smith. britt. 1000. Decand. fl. fr. n. 1728. Hoffm. II. 208. Roth. II. 2. 452. Gmel. bad. III. 633. Gaud. Agrost. II. 119. Schlechtend. berol. 479. Schk. car. t. A a et B b. f. 83. a-e. Host. gram. 1. t. 91. C. *cespitosa,* Linn. C. *alpina,* Sut. Helv. II. 253. et C. *cespitosa,* Ejusd. l. c. (excl. Hal. syn.)

In paludosis. ♃. Maj. — Jun. (Radix teres, repens, fibris duris validisque firmata. Culmi erecti, florentes 9 pollicares, post florescentiam altiores. Folia culmos florentes aequantia, subglauca, margine carinaque asperiuscula. Spicae masculae 1-3 oblongo-cylindricae, obtusiusculae. Spic. fem. 2-3, oblongo-lanceolatae, superiores sessiles, bractea basi cordata nigrescente dein setacea subulata stipatae, inferior saepe pedunculata, squamae ovatae, glabrae, superiore parte purpureo-nigrescentes, superiores obtusae, inferiores acutae, masculinae majores. Fructus ovati, acuti, erecti, glabri, laeves, molles, basi plicati, apice indivisi.)

2614. C. *stricta:* spica mascula solitaria, femineis cylindraceis attenuatis subtribus erectis distantibus, fructibus ovatis acutiusculis, ore pertusis, squamis lanceolatis acutiusculis, foliis strictis reticulo basi connexis. Decand. fl. fr. n. 1729. Willd. IV. 287. Pers. syn. II. 546. Gooden. l. c. 196. Smith. britt.

1000. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 165. Hoffm. II. 208. Gaud. Agrost. l. c. Schk. t. V. f. 73. Host. gram. I. t. 94. C. *stricta*, Gooden. C. *acuta*, Leers herb. 207. t. 16. f. 1. (secund. Gaud.)

In palustribus (Austr. — Franc. — Wittenb. ad Rhen inf. prope Godesberg.) ♃. April. — Mai. (Radix dura, stolonifera, fibris validis firmata. Culmi striati ad angulos scabri erecti, vel apice incurvi, floriferi pedales, fructiferi bipedales et altiores magnos et densos caespites formant. Folia culmos florentes superantia, trifaria, carinata, margine dorsoque scabra, juniora brevia stricta, adulta valde elongata et deflexa, infima externa mere squamosa, pungentia, vaginantia, ad marginem membranaceum in fila candida fatiscentia. Spicae masculae saepius 2-3, cylindricae, terminalis reliquis longior. Squamae lanceolatae purpureo-fuscae. Spicae femineae 2-3, pedunculatae, cylindricae, acutae, masculis majores. Squamae ovatae, purpureo-nigrescentes. Bractea foliacea, basi subvaginans. Fructus ovati, lati, compressi, glabri, plicati, apice indivisi. A praecedente crescendi modo, magnitudine et vaginarum indole recedit, a sequente spicis foem. erectis subpedunculatis densioribus, facile distinguitur.

2615. C. *acuta:* spiculis masculis binis ternisve, femineis subquaternis pedunculatis nutantibus cylindraceis remotis, fructibus oblongis brevissime rostellatis, ore integro pertuso sqamam oblongam acutam subaequantibus. Willd. IV. 304. Pers. syn. II. 546. Poll. palat. n 893. Leers herb. n. 723. t. 16. f. 1. Gooden. l. c. 203. Smith. britt. 1001. Hoffm. II. 209. Gaud. Agrost. l. c. 123. Schlechtd. berol. 479. Schk. car. t. Ee. Ff. f. 92. a. b. Host. gram. 1. t 95. C. *acuta*, Linn. C. *gracilis*, Curt. Lond. t. 282. Gm. bad. III. 634. C. *mutabilis*, Willd. prodr. n. 109.

In palustribus ad ripas fluviorum, stagnorum. ♃. April. — Maj. (Radix repens, stolonifera, fibris validis firmata. Culmus erectus vel apice inclinatus, ad

angulos asperrimus, floriferus sesquipedalis, bipedalis, fructifer altior. Folia carinata, vaginantia, ad margines et carinam aspera, radicalia vaginantia, longissima, caulina et floralia spicas masculas superantia. Spicae masc. 2-3, longae, obtuse triquetrae, saepius inclinatae. Squamae vel lanceolatae vel oblongae, purpureo-nigrescentes, rufescentesve, nervo dorsali viridi ornatae. Spicae fem. 3-4, cylindricae, longae, graciles plus minusve pedunculatae, superiores interdum apice masculae, subnutantes, inferiores versus maturitatem pendulae. Squamae ovatae vel lanceolatae, purpureo-nigrescentes. Bracteae foliaceae, spicas masculas superantes. Fructus ovati, subtriquetri, laeves, rufescentes, in apicem brevem integrum terminati.)

B. Stigmatibus tribus.

α.) *Spica unica simplici.*

2616. C. *pauciflora:* spica ovato-oblongà androgyna subquadriflora, flore masculo terminali subsolitario, fructibus distantibus utrinque subulatis divaricatis, squamis femineis caducis, foliis planiusculis. C. *pauciflora,* Lightf. 2. 543. t. 6. f. 2. Gooden l. c. 143. Smith. brit. 966. Willd. IV. 211. Decand. fl. fr. n. 1700. Hoffm. II. 190. Gaud. Agrost. II. 74. Gmel. bad. III. 611. Schk. t. A. 4. Host. gram. I. t. 42. C. *patula,* Huds. Angl. 402. C. *leucoglochin,* Linn. suppl. 413. Pers. syn. II. 535. Roth. II. 2. 425.

In uliginosis et turfosis montium. (Styr. Suev. M. D. Bad. sup. Baruth. Hercyn. Bohem. Morav. Siles. Duc. Cellens.) ♃. Maj. — Jun. (Radix fibrosa. Culmi 2-5 unciales, erecti, trigoni, tenues, nudiusculi. Folia basi culmos vestientia, eisque breviora, triquetra, subulata. Spica terminalis brevis, pauciflora. Fructus oblongo-lanceolati, acuminati, erecti, deinde horizontales, tandem deflexi.)

2617. C. *microglochin:* spica androgyna subduodecim flora, floribus masculis subsenis terminalibus

fructibus lanceolatis reflexis subulatis, squamis femineis caducis, foliis setaceis. C. *microglochin*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 140. Willd. IV. 212. Pers. syn. II. 535. Gaud. Agrost. II. 76. Schk. car. Nachtr. 32. t. Ssss. f. 110.

In palustribus (Bav. propeeMonach.) Jun. — Jul. (Culmi obsolete trigoni, striati, laevissimi, longe nudi, nec nisi prope basin foliosi. Folia culmo duplo breviora, laevissima vix ultra tertiam quartamve lineae partem lata, subtriquetro-setacea. Squamae masculae fasciculato-approximatae, haud minus ac femineae numerosae, sed paulo breviores, ovatae, obtusissimae, dorso subfuscae, ad margines albidae pellucidaeque; femineae subdistantes, valde caducae, fructibus fere duplo breviores, fuscae, subopacae, margine albido angusto acutae, minus obtusae; omnes basi bistriatae. Fructus oblongi, subfusci, graciles apice subcarioso, vaginanti integro, dorso convexiusculi, inde compressi, laevissimi, patuli, demum retroflexi. Arista in fundo urceoli juxta basin caryopsidis sessilis, linearis apice subulata, laevis, ultra urceolum stylumque ita producta, ut stigmata omnino lateralia esse videantur. *Gaud.*)

2618. C. *petraea:* spica androgyna superne longe mascula, fructibus obovatis triquetris squama subrotundo-oblonga obtusissima brevioribus, foliis culmum acutangulum superantibus. C. *petraea*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 139. Willd. IV. 214. Pers. syn. II. 535. Gaud. Agrost. II. 78. Schk. car. t. Kkk. f. 139. C. *rupestris*, Allion. ped. t. 92. f. 2.

In alpium rupestribus German. austral. ♃. . . . (Radix repens. Culmus rigidus, glaucus, crassiusculus, basi tantum foliosus. Folia rigida, saepe falcato-curvata, glaucescentia, planiuscula, carinata superne in acumen longiusculum subtriquetrum producta, radicalia culmo etiam fructifero saepe longiora, culmea paucissima, paulo tamen breviora. Spica imbricata, fere linearis, superne longe mascula, flosculis masculis dense imbricatis numerosis, femineis; laxius sitis, longe paucioribus (4 – 7). Squamae masculae subrotundae, te-

nuissimae, dorso spadiceae, margine et superne late scariosae, integriusculae, nervo crassiusculo, femineae fere duplo majores, rotundatae, obtusissimae tenuissimae, fragillissimae, dorso ex nigro-spadiceae, circa margines undique late scariosae, apice subciliatae, basi concavae, subtrinerviae. Squama ima plerumque mucronata vel aristata. Fructus squamis breviores, oblongi, obovati, triquetri, hinc convexi inde concavi, rostellati, nervosi, ad angulos saepe exasperati.)

2619. C. *spicata:* spica lanceolata androgyna, fructibus ovato-oblongis patulis squamas subcarinatas acutiusculas subaequantibus, culmo triquetro folioso, foliis planis margine hispidis. C. *spicata*, Schk. car. t. D. f. 15. Hoffm. II. 190. Mössl. 1287. Wallr. sched. 491. C. *leucoglochin*, Wohlb. (excl. syn.)

In uliginosis (Saxon. prope Gutenb. Hal. Lips.) ♃. Jun. (Radix repens. Folia plana, margine denticulata, culmum floriferum aequantia. Culmus 4—8 uncialis, erectus, triqueter. Spica simplex oblongo-lanceolata, superne mascula. Fructus ovati-oblongi-triquetri.)

β.) Spicis pluribus androgynis apice masculis.

2620. C. *curvula:* spica composita oblonga, spiculis oblongis congesto-imbricatis apice masculis, fructibus ovatis compressis acuminatis, squamis acuminatis. C. *curvula*, Allion. pedem. n. 2295. t. 92. f. 3. Vill. Delph. II. 197. Willd. IV. 218. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 141. Pers. syn. II. 536. Decand. fl. fr. n. 1716. Hoffm. II. 198. Gaud. Agrost. II. 113. Schk. car. t. D. H h. f. 17. Host. gram. III. 76.

In pascuis alpinis (Carinth. Salisb.) ♃. Jul. (Radix fibrosa. Culmi florentes 2—4-fructiferi 4—8 unciales, incurvi, teretes, inferne squamis vaginantibus culmos cum foliis fasciculatis involventibus basi bulbum quasi referentibus instructi. Folia rigida, culmum florentem aequantia. Spiculae subcontiguae,

ovato-oblongae, obscure ferrugineae. Bracteae aristatae. Squamae ovatae, acuminatae, ferrugineae, margine pallidae. Fructus ovato-triquetri, in apicem bifidum attenuati.)

γ.) Spicis pluribus androgynis apice femineis.

2621. C. *atrata:* spicis paucis ovatis pedunculatis confertis androgynis apice femineis, fructibus compressis muricatis, squamis ovatis acutis. C. *atrata*, Linn. sp. pl. 1386. Scop. carn. n. 1155. Smith. britt. 987. Gooden. l. c. 189. Hoffm. II. 205. Roth. II. 2. 447. Dec. fl. fr. n. 1725. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 160. Willd. IV. 221. Pers. syn. II. 536. Gaud. Agr. 115. Schk. car. t. X. f. 77. Host. gram. I. t. 88.

In alpibus (Austr. Carniol. Salisb. Siles.) ♃. Maj. — Jun. (Radix ramoso-fibrosa, dura. Culmus erectus, apice incurvatus, striatus, laevis. Folia planiuscula, lata, culmum florentem aequantia, vaginantia. Spiculae ovato-oblongae, pedunculatae, erectae vel incurvatae, superiores androgynae, apice et basi femineae, in medio masculae, inferiores femineae, longius pedunculatae, bractea vaginante, nigrescente, lanceolata pedunculum aequante, stipatae. Squamae ovatae, oblongae, acutiusculae, purpureo-nigrescentes. Fructus ovati, compressi, ore brevi parum fisso, terminati.)

δ.) Spicis terminalibus masculis, reliquis androgynis.

2622. C. *thuringiaca:* spica mascula solitaria pedunculata androgyna superne mascula, femineis subquinis remotis sessilibus bractea foliacea suffultis, fructibus subrotundo-triquetris pubescentibus obtusiusculis squamam ovatam mucronatam aequantibus. Willd. IV. 250. Pers. syn. II. 540. Mössl. 1289. C. *thuringiaca*, Schk. car. t. P p p. f. 155.

In nemoribus (Thuring.) ♃. . . . . (Fructus sub-

rotundi, basi parum attenuati, triquetri, pubescentes, rostello brevissimo obtuso apice instructi.)

ι.) *Spica androgyna terminali, reliquis distinctis femineis.*

2623. C. *Buxbaumii:* spica androgyna pedunculata obovata inferne mascula, femineis subternis remotis subpedunculatis, fructibus ellipticis triquetris obtusis obsolete bidentatis squamam oblongam mucronatam subaequantibus. Willd. IV. 252. Pers. syn. II. 540. Mössl. 1289. Schlechtendl. berol. I. 489. C. *Buxbaumii*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 164. C. *polygama*, Schk. car. t. X. Gg. f. 76. Hoffm. II. 221.

In paludosis (Saxon. Hal. Barb. Berol.) ♃. Jun. (Culmus 1—2½ pedalis, laeviusculus. Spicae breviter pedunculatae, infima bractea foliacea longa suffulta, reliquae multo brevioribus bracteis instructae. Squamae atro-fuscae, nervo excurrente pallidiore mucronatae, florum masculorum oblongo-lanceolatae, acuminatae. Fructus lutescentes, obtusissimi, laeves, dentibus duobus brevibus acutis terminati.)

2624. C. *parviflora:* spica androgyna sessili oblonga inferne mascula, femineis subternis congestis subsessilibus, fructibus ellipticis triquetro-compressis rostellatis, ore indiviso, squamam ovatam obtusiusculam subaequantibus. Willd. IV. 253. Host. gram. I. t. 87.

In alpibus (Styriae) ♃. (Nil nisi varietas Caricis atratae esse videtur, a qua tantum fructu maturo laevi, glumisque florentibus ciliatis, in spica vero matura glabris differt.)

ζ.) *Spicis sexu distinctis.*

a.) Fructibus pubescentibus, villosis vel tomentosis.

2625. C. *lasiocarpa:* spicis masculis subbinis longissimis, femineis brevioribus ovato-oblongis axil-

laribus distantibus, fructibus ellipticis hirsutis, squamam oblongo-lanceolatam subaristatam aequantibus, foliis canaliculatis. C. *lasiocarpa*. Ehrh. gram. Gaud. Agrost. II. 125. Sut. Helv. II. 254. Bönningh. Monast. 283. C. *tomentosa*, Lightf. Scot. II. 552. Huds. Angl. 650. C. *filiformis*. Gooden. l. c. 172. t. 20. f. 5. Smith. britt. 1008. Willd. IV. 303. Decand. fl. fr. n. 1740. Pers. syn. II. 546. Hoffm. II. 219. Schlechtdl. berol. 473. C. *splendida*, Willd. prodr. fl. berol. n. 103. Roth. II. 2. 446.

In aquis stagnantibus, in paludosis turfosis ad margines lacuum hinc inde. ♃. Apr.—Maj. (Radix crassa, teres, lignosa. Culmus erectus, gracilis, inferne vaginis squamosis longis fuscis oblongis acuminatis tectus, florifer 1 — 3 pedalis, altior post florescentiam. Folia primordialia longissima, acuminata, culmea superiora culmum superantia. Spicae masculae interdum duae, inaequales, femineae duae, remotae, pedunculis inclusis. Bracteae foliiformes culmum superantes. Fructus nigricantes, ovati, helvolo-tomentosi, nervosi, squamas fuscas longe superantes.)

2626. C. *hirta*: spicis masculis binis, femineis tribus oblongis erectis remotis, inferioribus breve pedunculatis, fructibus oblongis acuminatis hirtis biscuspidatis, squama oblonga aristata majoribus.

α. Foliis vaginis glumis fructibusque hirsutis. C. *hirta*, Linn. sp. 1389. Leers herb. n. 7. t. 16. f. 3. Poll. palat. n. 897. Sm. britt. 1007. Gooden. l. c. 208. Vill. Delph. II. 220. Lam. Enc. III. 396. Dec. fl. fr. n. 1741. Wahlenb. Act. holm. 1803. 152. Willd. IV. 311. Pers. syn. II. 547. Hoffm. II. 243. Gmel bad. III. 673. Gaud. Agrost. II. 178. Schlechtdl. l. c. Bönningh. l. c. Schk. car. t. Uu. f. 108. Host. gram. I. t. 96.

β. Foliis vaginis fructibusque glabris. (C. *hirtaeformis*.)

In pratis humidis, arenosis ad margines sylvarum.

♃. April. — Maj. (Radix valde repens, ramosa, fusca. Culmi erecti, foliosi, varia altitudine. Folia acuminata, apice triquetra, basi vaginantia. Bracteae foliaceae, basi vaginantes, suprema minima lineari-subulata. Spicae masculae saepius duae, subremotae, femineae tres, remotae, incluse pedunculatae. Squamae in masculis oblongae, pallide-fusco-purpurascentes, nervo dorsali breviter mucronatae, in femineis lineari-lanceolatae, pallide virides, longo nervo dorsali aristatae, fructum non aequantes. Fructus ovati apice producto bifurco, pallide fusci, striati.)

2627. C. *tomentosa:* spica mascula solitaria, femineis subgeminatis ovato-cylindraceis subapproximatis sessilibus, fructibus subrotundis incano-tomentosis squama ovata acuminata majoribus, foliis carinatis. C. *tomentosa*, Linn. Mant. 123. Schreb. sp. 65. Leers. herb. n. 717. t. 15. f. 7. Vill. Delph. II. 210. Smith. britt. 996. Decand. fl. fr. n. 1732. Roth. II. 2. 442. Wahlenb. Act. holm. 1803. 159. Willd. IV. 263. Hoffm. II. 212. Gmel bad. III. 639. Schlechtendl. I. 472. Schk. car. t. Ff. 36. Host. gram. I. t. 82. C. *sphaerocarpa*, Ehrh. gram.

In pratis humidis, montanis, demissis. ♃. Maj. — Jun. (Radix repens, ramosa, squamis oblongis fuscis tecta. Culmi floriferi 3 — 4, fructiferi 4 — 8 unciales, erecti inferne laeves, basi foliati. Folia angusta, rigida, dorso glaucescentia, facie viridia. Spica mascula unica, linearis, vel oblongo-triquetra, utrinque attenuata. Squamae oblongae, obtusiusculae, brunneo-purpureae, inferne rufescentes. Spicae femineae 1—3, ovato oblongae, plus minusve pedunculatae. Squamae lato-ovatae, acutiusculae, brunneo rufae, fructum aequantes. Bracteae foliaceae, vagina destitutae. Fructus globoso-triquetri, utrinque attenuati, tomento denso vestiti, apice brevi obtuso hiante subdentato terminati.)

2628. C. *montana:* spica mascula ovata, solitaria, femineis subgeminis approximatis ellipticis ses-

silibus, fructibus ovato-trigonis pubescentibus utrinque mucronatis, squamam ovatam subaequantibus. *C. montana*, Vill. Delph. II. 211. Schreb. spicil. 65. Roth. II. 2. 441. Hoffm. II. 212. Decand. fl. fr. n. 1733. Pers. syn. II. 540. Wahlenb. Act. holm. 1803. 159. Suter. Helv. II. 211. Gmel. bad. III. 640. Gaud. Agrost. II. 129. Bönningh. monast. 281. Schk. car. t. F. f. 28. Leers. herb. t. 16. f. 6. Host. gram. I. t. 66. *C. globularis*, Willd. Act. Acad. Berol. 1794. 45. t. 2. f. 1. *C. collina*, Willd. IV. 260. Schlechtdl. I. 471.

In montosis sylvaticis apricis, ad sylvarum margines. ♃. Mart. — Maj. (Radix lignosa, fibroso-ramosa. Culmi graciles, asperiusculi, inferne foliis vestiti, floriferi erecti 3-4-, fructiferi saepius incurvi 6—9 pollicares. Folia numerosa, erecta, angusta, inferne carinata, superne plana, acutiuscula, culmo florente longiora; caulina breviora, vaginantia, omnia laete virentia. Spica mascula oblonga, erecta, terminalis. Squamae oblongae, vel obtusae vel rostro brevi donatae, purpureo-brunneae. Spicae femineae 2—3 ovatae, sessiles, approximatae. Squamae oblongae, purpureo-brunneae, masculis breviores. Bractea ovata vel cordata, mucronata. Fructus ovato-triquetri, inflati, utrinque attenuati, pubescentes, gluma longiores, apice in rostrum brevem desinentes.)

2629. *C. praecox:* spica mascula solitaria oblonga, femineis geminis approximatis oblongo-ovatis subpedunculatis, fructibus subgloboso-triquetris pubescentibus squamam ovatam acutam aequantibus, bracteis vaginantibus. *C. praecox*, Jacq. Austr. t. 46. Gooden. l. c. 170. Smith. britt. 994. Lam. Enc. III. 386. Hoffm. II. 211. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 157. Decand. fl. fr. n. 1731. Willd. IV. 262. Gmel. bad. III. 639. Gaud. Agrost. II. 131. Bönningh. l. c. 281. Schk. car. t. F. f. 27. Host. gram. I. 68. *C. montana*, Poll. palat. n. 885. (excl. syn.) Lightf. scot. 2. 551. *C. filiformis*, Leers Herb. n. 718. t. 16. f. 5. Roth. II. 2. 443. *C. verna*, Vill. Delph.

II. 204. Pers. syn. II. 541. *C. stolonifera*, Ehrh. gram.

β. procerior: foliis erectis longioribus, glumis femineis carina exasperatis. *C. umbrosa*, Host. gram. I. t. 69. Willd. IV. 277. *C. praecox β.* Hall. fil. in Röm. Arch. I. fasc. 2. p. 9. Lam. l. c.

In pratis, collibus, pascuis montanis et alpinis; *β.* in sylvis umbrosis (Austr. et Hannov.) ♃. Mart.—April. (Radix subrepens, valde stolonifera. Culmus obtuse triqueter, laevis, adscendens. Folia plana, carinata, patulo-recurva, culmo breviora vel eum aequantia. Spica mascula crassa, obovata vel clavata. Squamae obtusiusculae, ferrugineo, flavescentes, marginibus concoloribus nec scariosis, nervo dorsali valido viridi demum evanido. Spicae femineae ovatae 2—3masculae minores, approximatae. Bracteae vaginantes, triangulares, pedunculos saepe tegentes vel iis longiores. Squamae ovato-lanceolatae, masculis similes. Fructus subtrigoni, utrinque attenuati, oblongi, fere pyriformes, pubescentes, in *β.* pilis magis conspicuis hirti.)

2630. *C. ericetorum:* spica mascula obovata solitaria, femineis subgeminis approximatis sessilibus, vaginis subnullis, fructibus subrotundo-obovatis pubescentibus, squama oblonga obtusa majoribus. *C. ericetorum*, Poll. palat. n. 886. Roth. II. 2. 442. Decand. fl. fr. n. 1735. Lam. Enc. III. 387. Wahlenb. Act. holm. 1803. 159. Bönningh. l. c. 281. *C. montana*, Leers Herb. n. 716. t. 16. f. 6. *C. ciliata*, Schk. car. t. I. f. 42. Willd. IV. 261. Hoffm. II. 218. Pers. syn. II. 541. Gmel. bad. III. 642. Schlechtendl. ber. I. 471. *C. montana α. ericetorum*, Willd. prodr. fl. berol. n. 98. 99.

In collinis ericetis, siccis graminosis et sterilibus sylvarum, nemorum camporumque rarior. ♃. Mart.—Maj. (Radix fibrosa, longa, gracilis. Culmi teretes, laeves, erecti vel inflexi, floriferi 2—3-fructiferi 3—6 pollicares, basi dense foliati. Folia culmos florentes

aequantia, acuminata, vaginantia. Spica mascula lanceolata, terminalis erecta. Spicae femineae 1—3 ovatae, mascula breviores, inferior maxima, bractea ovato-setacea subvaginante brunneo-rufa stipata. Squamae brunneo-fuscae, obtusae, margine membranaceo-albae, dentato-ciliatae: masculae oblongae, femineae obovatae. Fructus obovato-triquetri, subtomentosi, basi attenuati, apice obscure purpurascentes.)

2631. C. *pilulifera:* spica mascula oblongo-acuta solitaria, femineis sessilibus approximatis subrotundis, fructibus subrotundis pubescentibus squama oblonga acuta margine scariosa brevioribus, culmo flaccido. C. *pilulifera*, Linn. sp. 1385. Gooden. l. c. 190. Smith. britt. 995. Roth. II. 2. 445. Hoffm. II. 216. Decand. fl. fr. n. 1734. Wahlenb. Act. holm. 1803. 160. Willd. IV. 259. Pers. syn. II. 540. Gmel. bad. III. 643. Schlechtendl. I. 470. Bönningh. l. c. Schk. car. t. I. f. 41. C. *filiformis*, Fl. dan. t. 1048. C. *decumbens*, Ehrh. gram.

In sylvaticis sabulosis humidiusculis in campis circum paludes. ♃. April—Maj. (Radix fibrosa. Culmi debiles gracilesque, interdum decumbentes, sublaeves, floriferi 4—6, fructiferi 6—12 pollicares. Folia carinata, planiuscula, 2—4 uncialia. Spicae femineae 2—4, ovatae vel oblongae. Bractea spicae infimae lineari-setacea, spicam masculam terminalem aequans. Squamae fuscae, margine membranaceae, masculae lanceolatae, femineae ovatae, acutae. Fructus ovato-triquetri, subglobosi, pubescentes, apice in rostrum breve obtusum integrumque terminati.)

2632. C. *gynobasis:* spica mascula solitaria, femineis subsessilibus paucifloris masculae approximatis, ima radicali longissime pedunculata, fructibus obovato-oblongis triquetris apice integris, squamam oblongam aequantibus. C. *gynobasis*, Vill. Delph. II. 206. Hoffm. II. 213. Decand. fl. fr. n. 1737. Pers. syn. II. 543. Gaud. Agrost. II. 138. Schk. car. t. G. f. 35. C. *diversiflora*, Host. gram. I. t. 70. C.

alpestris, Wahlenb. Act. holm. 1803. 157. Willd. IV. 284. Suter Helv. II. 250.

In apricis nemorosis subalpinis (Austr.) ♃. Mart. April. (Radix fibrosa. Culmi aphylli, erecti, graciles, demum nutantes, 4 — 6 pollicares. Folia omnia radicalia, duriuscula, culmo, saltem fructifero, breviora. Spica mascula oblonga, acuta, triquetra. Squamae oblongae, obtusae, purpureo - obscure rufescentes. Spicae femineae ovatae, acutae, interdum lanceolatae, pauciflorae. Spica infima pedunculata, bractea membranacea, culmum amplectente, donata. Squamae ovato - lanceolatae, ferrugineae. Fructus obovati s. pyriformes, triquetri, basi in pedicellum lente attenuati, superne villosi et subito in rostrum breve integrum obtusum desinentes.)

2633. C. *clandestina*: spica mascula solitaria pedunculata, femineis binis remotis paucifloris vagina inclusis, bracteis scariosis vaginantibus aphyllis, fructibus obovatis obtusis hirtis, foliis canaliculatis. C. *clandestina*, Gooden. l. c. 167. Sm. britt. 980. Hoffm. II. 218. Wahlenb. Act. holm. 1803. 158. Willd. IV. 254. Pers. syn. II. 543. Gmel. bad. 647. Gaud. Agrost. II. 140. Schlechtdl. I. 470. Schk. car. t. K. f. 43. Host. gram. I. t. 67. C. *argentea*, Vill. Delph. II. 206. (excl. syn.) C. *humilis*, Leyss. hal. n. 952. Schreb. spicil. 65. Roth. II. 2. 455. Decand. fl. fr. n. 1736. Sturm. I. 2. C. *prostrata*, Allion. pedem. 2312. C. *scariosa*, Lam. Enc. III. 388. (excl. syn.)

In collibus herbidis, in rupium fissuris, pratis sterilibus solo calcareo. (Austr. Bavar. Salisb. Ratisb. M. D. Bad. sup. Francon. Baruth. Saxon. Berol.) ♃. April. — Maj. Radix ramosa, dura, fibris longis rufis firmata. Culmi floriferi 1 - 2 -, fructiferi 2 — 4 pollicares, erecti vel incurvi, subteretes, striati, glabri. Folia rigida, incurva, juniora culmos aequantia, adultiora eos multum superantia. Spica mascula unica terminalis, lanceolata, acuta. Squamae oblongae, obtusiuscu-

laé, brunneo-fuscae, albo-membranaceo-marginatae. Spicae femineae 2—3, remotae, subtriflorae, pedunculatae, bractea vaginanti albida membranacea cum pedunculo usque ad apicem fere vestitae. Squamae ovatae, acutae, membranaceae, albae, apice rufae. Fructus ovati, triquetri, pubescentes, basi attenuati.)

2634. C. *digitata:* spica mascula solitaria sessili, femineis subternis linearibus remotiusculis masculam superantibus, fructibus obovatis rostratis triquetris squamas aequantibus, bracteis vaginantibus subaphyllis: infima foliolosa. C. *digitata*, Linn. sp. 1384. Leers herb. n. 715. t. 16. f. 4. Poll. palat. n. 884. Scop. carn. n. 1149. Roth. II. 2. 440. Gooden. l. c. 166. Wahlenb. Act. holm. 1803. 158. Hoffm. II. 215. Decand. fl. fr. n. 1739. Willd. IV. 256. Gmel. bad. III. 646. Schlechtendl. I. 469. Schk. car. t. H. f. 38. Host. gr. I. t. 60.

In nemorosis, graminosis umbrosis. ♃. Apr. — Maj. (Radix fibrosa, tenuis, fusca. Culmi floriferi 2—4-, fructiferi 6—10 unciales, subcylindrici, striati, basi vaginis fuscis subaphyllis vestiti. Folia culmos floriferos aequantia, carinato-plana, basi membranacea, striata, fusca, subvaginantia. Spica mascula linearis, terminalis. Spicae femineae 2—3 lineares, acutae, demum remotae; pedunculi margine scabri, vaginis fuscis subaphyllis ad medium usque vestiti. Squamae oblongae, apicem versus ampliatae, margine membranaceae, dorso nervo viridi, saepius in aristam protenso, terminatae. Fructus ovato-oblongi, triquetri, pubescentes, utrinque attenuati, apice indivisi.)

2635. C. *ornithopoda:* spica mascula solitaria sessili, femineis subquaternis linearibus confertis masculam aequantibus, fructibus obovatis rostellatis triquetris pubescentibus, squama obovata paulo longioribus, bracteis aphyllis vaginantibus. C. *ornithopoda*, Willd. IV. 255. Pers. syn. II. 542. Decand. fl. fr. n. 1738. Gaud. Agrost. II. 144. Schk. car. Nachtr. p. 57. C. *pedata*, Vill. Delph. II. 203

Allion. pedem. n. 2320. Roth. II. 2. 439. Lam. Enc. III. 389. Hoffm. II. 215. Gmel. Bad. III. 645. Schk. car. t. H. f. 38. Host. gr. I. t. 61. C. *digitata*, β. Wahlenb. Act. holm. 1803. 158.

In montosis subalpinis. ♃. April.—Maj. (Antecedente minor. Radix fibrosa, longa. Culmi digitales, erectiusculi, interdum 6—8 pollicares, debiles, saepius incurvi, subcylindrici, subnudi, laeves. Folia culmos florentes partim aequantia partim superantia, acuminata, subdura. Spica mascula oblonga, triquetra, utrinque attenuata. Spicae femineae 2—3, lineares, alternae, subfastigiatae. Squamae ovatae, ferrugineae, margine albae, superne latiores, obtusiusculae. Fructus obovato-triquetri, pubescentes, basi in pedicellum lente attenuati, apice in rostrum breve et integrum terminati.)

b.) Fructibus glabris, vel saltem tantum ad angulos scabris.

† *Spica mascula unica simplici.*

2636. C. *alba:* spicis femineis geminis pedunculatis subquinquefloris, fructibus obovato-globosis sulcatis rostratis oblique truncatis, bracteis membranaceis vaginantibus hyalinis. Decand. fl. fr. n. 1752. Willd. IV. 253. Pers. syn. II. 545. Allion pedem. n. 2322. Scop. carn. n. 1148. Hoffm. II. 228. Wahlenb. Act. holm. 1803. 158. Gmel. bad. III. 665. Gaud. Agrost. II. 145. Schk. t. O. f. 55. Host. gram. I. t. 59. C. *alba*, Scop. C. *nemorosa*, Schrank. Bavar. 291.

In sylvis montosis (Austr. Carniol. Salisb. Bavar. M. D. Bad. super.) ♃. April.—Maj. (Radix repens, gracilis. Culmi pilis brevissimis inspersi, florentes tri-quadriunciales, fructiferi semipedales altioresque. Folia angustissima, erecta, plana, basi vaginantia. Spica mascula albo-flavescens, unica, erecta tereti-oblonga, utrinque attenuata. Spicae femineae 2—3 oblongae, acuminatae, pedunculatae, erectae, albo-

flavescentes. Pedunculi capillares, longiusculi, fere ad medium usque vaginis bractealibus membranaceis subaphyllis albo-flavescentibus vestiti. Squamae membranaceae, glabrae, albo-flavescentes, acutae, masc. longae. obovatae, acutae, femin. breviores, ovatae, laxae. Fructus ovato-triquetris, obtusi, palide fusci, apice in rostrum breve oblique truncatum terminati.)

2637. C. *flava*: spicis femineis subternis subapproximatis ellipticis incluse pedunculatis, fructibus ovatis reflexis rostratis, rostro curvato bidentato squama ovata lanceolata longioribus. Dec. fl. fr. n. 1745. Willd. IV. 268. Gooden. l. c. 173. Sm. britt. 990. Pers. syn. II. 542. Poll. palat. n. 883. Leers. herb. n. 714. t. 15. f. 6. Roth. II. 437. Hoffm. II. 224. Gm. bad. III. Gaud. Agrost. II. 147. Schlechtdl. berol. I. 477. Bönningh. l. c. 284. Schk. car. t. H. f. 36. Host. gram. I. t. 64. Fl. dan. t. 1047. C. *flava*, Linn.

β. *patula*: spica mascula oblongo-trigona, femineis ovatis approximatis, pistillis patulis, fructuum rostris rectis reflexisve, foliis floralibus laxis. Gaud. Agrost. l. c. C. *patula*, Host. gram. I. t. 64.

γ. *minor*: spicis lateralibus confertis subpedunculatis ovato-subrotundis androgynis, terminali mascula lineari, fructibus acumine recto terminatis. C. *Oederi*, Roth. II. 2. 438. Schrad. spicil. flor. germ. 51. C. *flava*, δ. Willd. IV. 269.

δ. *Oederi*: spicis confertis subsessilibus subrotundis, mascula lineari, fructibus globosis rectis acuminatis. C. *Oederi*, Willd. Act. Acad. Berol. 1794. 44. t. 1. f. 2. Hoffm. II. 210. Schk. car. t. F. f. 26. Host. gram. I. t. 65. C. *flava γ. Oederi*, Willd. IV. 269. Gaud. Agrost. II. 148. C. *flava*, β. Decand. fl. fr. n. 1745. (Floret per totum annum: — an species propria?)

In humidis, montosis, sylvaticis γ in uliginosis palustribus. ♃. Maj. — Jun. (Pro diverso solo natali

maxime polymorpha, culmis demissioribus et longioribus, foliis latioribus et angustioribus, brevioribus longioribusque. Bracteis erectis, patentibus et reflexis, spicis femineis saltem unica aut 2-4 maxime approximatis subsessilibus, aut remotis pedunculatis, omnibus mere femineis aut etiam, (sed rarius) superne masculis. Fructibus rostro reflexis, rectisque saepe in uno eodemque individuo, in aliis omnibus reflexis, aut rectis.)

2638. C. *fulva:* spicis femineis subtribus oblongis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, fructibus ovato ellipticis rostratis bidentatis squama oblonga acuta majoribus, bractea infima foliacea culmum angulis asperum superante. C. *fulva*, Gooden. l. c. 177. t. 2. f. 6. Willd. IV. 270. Pers. syn. II. 542. Smith. britt. 991. Hoffm. II. 232. Wahlenb. Act. holm. 1803. 150. Gmel. bad. III. 658. Gaud. Agrost. II. 149. Bönningh. l. c. 285.

In pratis et pascuis humidis sterilioribus. (Austr. Francon. — Erlang. Suev. Salisb. M. D. Bad. sup. Westphal.) ♃. Maj. — Jun. (Culmus pedalis, saepe minor, triqueter angulis acutis asperis. Bracteae foliaceae, superiores patentes, inferior erecta culmum floriferum superans. Spica mascula linearis, femineae saepius 2, valde remotae, ovatae, erectae. Squamae ovatae, obtusae, imbricatae: masculinae fuscae margine lato albo-membranaceo. Fructus squamis longiores, fusco-virides, ovati, nervosi, rostrati, rostro gracili viridi.)

2739. C. *Hornschuchiana:* spicis femineis subquaternis cylindricis, fructibus triquetro-ovatis rostratis, rostro colorato obtusiusculo, glumis ovatis obtusis, bractea infima angusta culmo sublaevi breviore. C. *Hornschuchiana*, Hoppe Bot. Zeit. 1824. II. 597. C. *fulva*, Schk. car. t. T. fig. sinistr. C. *fulva β. Hoppeana*, Schechtdl. Bot. Zeit. 1823. I. 271.

In pratis humidis (Salisb. Wittenb.) ♃. . . . (A praecedente differt: culmo sublaevi, spica mascula laxiore, squamis longioribus pallide fuscis, margine lato membranaceo cinctis, spicis femineis 3-4 cylindricis

squamis ovatis acutiusculis castaneis, basi nervo viridi, apice margine albo-membranaceo instructis; bracteis spicularum super. nullis vel brevissimis, spica infima angusta, culmo breviore, vaginis fusco marginatis, fructibus olivaceis triquetro-ovatis, rostro brevi obtusiusculo colorato saepius albo-marginato instructis.)

2640. C. *distans:* spicis femineis tribus ovatis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, fructibus ovatis acuminatis bicuspidatis, squamam ovatam acuminatam aequantibus, vagina infima subdimidiata, superioribus subaequantibus. C. *distans*, Linn. sp. 1387. Poll. palat. n. 892. Roth. II. 2. 454. Gooden. l. c. 178. Smith. britt. 992. Decand fl. fr. n. 1756. Willd. IV. 271. Pers. syn. II. 542. Hoffm. II. 253. Gmel. bad. III. 659. Gaud. Agrost. II. 151. Schk. car. t. T. f. 68. Fl. dan. t. 1049.

In uliginosis palustribus turfosis. ♃. April.—Maj. (A praecedentibus affinibus differt: Radice fibrosa, culmo plerumque ultrapedali, glabriusculo, foliis latioribus planis, spica mascula lanceolata, obtusa, spicis femineis oblongis, squamis aristatis ferrugineis carina virente, fructu ovato fusco brevius rostrato, apice bifido margine scabro, brevioribus.)

2641. C. *binervis:* spicis femineis tribus cylindriacis distantibus, suprema inclusa, reliquis exserto pedunculatis, fructibus ellipticis binerviis bicuspidatis squama obtusa mucronata majoribus. C. *binervis*, Smith. brit. 993. Act. Soc. Lin. Lond. V. 268. Wahlenb. Act. holm. 1803. 157. Willd. IV. 272. Pers. syn. II. 542. Bönningh. l. c. 285. Schk. car. t. Rrr. f. 160. C. *distans*, Lightf. Scot. 2. 561. C. *punctata*, Gaud. Agrost. II. 152.

In ericetis elatioribus (Westphal. prope Bentheim.) ♃. Maj.—Jul. (Culmus obtuse triqueter. Folia subglauca, culmo adulto breviora. Spicae femineae 3-4, inferiores remotissimae, erectae cylindraceae, longius pedunculatae. Squamae ovatae, nigrae carina virente, mucronulatae. Fructus squamis longiores, ovati, vix

rostrati, nitidi, intus apiceque sanguineo-fusci, extus pallidi, margine nervis duobus lateralibus viridibus praecipue prominentibus scabris.)

2642. C. *agastachys:* spicis femineis subquinis cylindraceis sessilibus pendulis, infima exserte pedunculata, fructibus confertis ellipticis apice membranaceo subintegris squamam ovatam submucronatam aequantibus. C. *agastachys*, Linn. suppl. 414. Pers. syn. II. 544. Wahlenb. Act. holm. 1803. 153. Bönningh. Monast. 286. C. *maxima*, Scop. carn. n. 1166. Allion ped. n. 2341. Dec. fl. fr. n. 1754. C. *pendula*, Gooden. l. c. 169. Smith. britt. 981. Roth. II. 2. 458. Hoffm. II. 231. Willd. IV. 288. Gmel. bad. III. 654. Gaud. Agrost. II. 154. Schk. car. t. Q. f. 60. Host. gram. I. t. 100.

In uliginosis sylvaticis, ad rivulos hinc inde. ♃. April. — Maj. (Radix crassa, squamis oblongis tecta, fibris firmata. Culmus 3-6 pedalis, firmus. Folia lata, saturate viridia, subtus glaucescentia dura. Bracteae foliaceae, basi vaginantes. Spicae 5-7, arcuato-pendulae, cylindraceae, densissimae, summa mascula. Squamae lanceolatae, fuscae carina viridi. Fructus minimi ovati, triquetri, apice membranaceo oblique truncato subintegro.)

2643. C. *strigosa:* spicis femineis quaternis pendulis filiformibus distantibus, inferioribus exserte pedunculatis, fructibus oblongo lanceolatis nervosis ore oblique truncatis, squama ovata lanceolata longioribus. Decand. flor. fr. n. 1754. Willd. IV. 289. Pers. syn. II. 544. Smith. britt. 992. Hoffm. II. 227. Gmel. bad. III. 652. Bönningh. l. c. 283. Schk. car. t. N. f. 53. Fl. dan. t. 1237. C. *srigosa*, Gooden. l. c. 169. C. *leptostachys*, Linn. suppl. 414. C. *leptostachya*, Wahlenb. Act. Holm. 1803. 151.

In paludosis, ad ripas, inque nemorosis humidis. (Hannov. Westphal. Wetterav. M. D. Bad. sup.) ♃. April. — Maj. (A sequente, cui primo intuitu quammaxime affinis, foliis duplo triplove latioribus, planis

laete viridibus nervis duobus eminentioribus notatis, spicis laxioribus, pedunculis vagina maxima ex parte involutis brevioribus, fructibus lanceolatis nervosis squamas albo-marginatas superantibus, facile distinguenda.)

2644. C. *Drymeja:* spicis femineis quaternis remotis filiformibus pedunculatis laxiusculis cernuis, fructibus ovatis rostratis apice bifidis squamam ovatam membranaceam mucronatam subaequantibus. Willd. IV. 296. Ehrh. Beitr. II. 37. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 153. Loisel. gall. 643. Schlechtdl. berol. 476. Bönnigh. l. c. C. *Drymeja*, Linn. suppl. 414. C. *sylvatica*, Gooden. l. c. 183. Smith. brittan. 983. Schreb. spicil. 62. Roth. II. 2. 457. Hoffm. II. 236. Gmel. bad. III. 653. Gaud. Agrost. II. 173. Schk. car. t. L l. f. 101. Host. gram. I. t. 84. Flor. dan. t. 404. C. *patula*, Poll. palat. n. 896. Scop. carn. n. 1160. Dec. fl. fr. n. 1760. C. *capillaris*, Leers. Herb. n. 720. C. *vesicaria β*. Linn. sp. pl. 1389.

In umbrosis sylvaticis udis. ♃. Maj.—Jun. (Radix crassa, ramosa, fibris copiosis firmata. Culmus 1-2 pedalis, glaber, triqueter. Folia latiuscula, patulo-erecta, acuminata, culmo florifero sublongiora. Bracteae foliiformes. Spica mascula erecta, oblonga, subcylindrica, tenuis; femineae elongatae, pedunculatae, dein arcuato-pendulae. Pedunculi spicis longiores, asperi, graciles. Squamae membranaceae, ovatae, albo-flavescentes, nervo dorsali viridi, saepius in mucronem protenso, instructae. Fructus ovati triquetri, longe rostrati, apice bifido.)

2645. C. *pallescens:* spicis femineis subternis pedunculatis cernuis ellipticis, fructibus confertis ovato-oblongis obtusis, squamas concinne imbricatas cuspidato-mucronatas aequantibus. C. *pallescens*, Linn. sp. 1386. Willd. IV. 291. Leers herb. n. 721. t. 15. f. 4. Poll. palat. 889. Roth. II. 2. 449. Gooden. l. c. Sm. brit. 989. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 161. Hoffm. II. 234. Gmel. bad. III. 661. Gaud.

Agrost. IV. 156. Schk. car. t. Kk. f. 99. Fl. dan. t. 1050.

In uliginosis palustribus, pratis et pascuis udis, arenosis sylvisque humidis. ♃. April. — Maj. (Radix lignosa, fibrosa, fusca. Culmi erecti, basi foliosi, ad angulos scaberrimi, floriferi 4-6-, fructiferi 8-12 pollicares altioresque. Folia carinata, acuminata, culmum florentem subaequantia. Bracteae foliaceae, culmum superantes, brevissime vaginatae, basi transverse plicatae. Spica mascula lanceolata, pallide ferruginea, femineae 2-3, oblongo-cylindricae, pedunculatae, pallide virentes. Squamae lutescentes fructum ellipticum inflatum aequantes.)

2646. C. *limosa:* spicis femineis binis ovatis pedunculatis pendulis, fructibus ovatis compressis muticis ore integro, squamam ovatam mucronatam aequantibus, vaginis subnullis. C. *limosa,* Linn. sp. 1386. Poll. palat. n. 888. Roth. II. 2. 448. Gooden. l. c. 187. Smith. brittan. 986. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 161. Willd. IV. 293. Gmel. bad. III. 660. Sut. Helv. II. 235. Gaud. Agrost. helv. II. 157. Schlechtdl. berol. 475. Bönningh. l. c. 283. Schk. car. t. X. f. 78. Host. gram. I. t. 89. C. *elegans,* Willd. Prodr. fl. berol. n. 104. t. 1. f. 4.

In pratis humidis montosis rarissima. ♃. Maj. — Jun. (Radix repens, stolonifera. Culmi ½-1 pedales, foliis angustis scabris longiores, glaucescentes. Spicae femineae solitariae aut geminae, pedunculatae, compressae, ovatae, dein pendulae. Pedunculi capillares, basi bractea foliacea vix vaginante instructi. Squamae late ovatae, dorso virides, margine aureo-ferrugineae, nervo medio excurrente mucronatae, spiculae masculae angustiores, magis elongatae, minus mucronatae, intensius fuscae. Fructus albo-virentes, squamas aequantes.)

2647. C. *panicea:* spicis femineis subbinis pedunculatis distantibus cylindricis, suprema incluse pedunculata, infima longe pedunculata, fructibus ovatis

obtusis truncatis squama ovata majoribus, vaginis subdimidiatis. C. *panicea*, Linn. sp. 1387. Leers herb. n. 720. Poll. palat. n. 890. Roth. II. 2. 450. Gooden. l. c. 179. Smith. britt. 998. Vill. Delph. II. 216. Wahlenb. Act. Holm. l. c. Willd. IV. 280. Decand. fl. fr. n. 1759. Hoffm. II. 235. Gmel. bad. III. 663. Gaud. Agrost. II. 159. Schlechtendl. berol. I. 478. Schk. car. t. L l. f. 100. Fl. dan. t. 261. Host. gram. I. t. 79.

β. spica feminea radicali longissime pedunculata. Leers. herb. l. c. Gmel. bad. l. c.

In palustribus humidis, locis udis turfosis. ♃. April. — Maj. (Radix repens, albida, squamis fuscis hinc inde tecta, stolonifera. Culmi erecti, interdum parum inclinati, laeves glabrique, floriferi 3-4-fructiferi 6-8 unciales. Folia carinata, planiuscula, culmos floriferos subaequantia. Spica mascula erecta, oblonga, superne parum incrassata; femineae saepius duae, oblongae, triquetrae, acutae, remotae, pedunculatae, laxae. Bractea vaginans, foliosa, spicam suam subaequans. Squamae ovatae, ferrugineae, margine albo membranaceo, carina viridi. Fructus ovati, inflati, e viridi fuscescentes, ore integro.)

2648. C. *vaginata*: spicis femineis subbinis linearibus remotis exserte pedunculatis erectis, fructibus ovatis compresso-triquetris ore brevissimo integro subobliquo, squama obtusa sublongioribus, bracteis vaginantibus subaphyllis. C. *vaginata*, Tausch. bot. Zeit. 1821. II. 557. C. *sudetica*, Presl. delic. pragens. I. 229.

In pratis paludosis Sudetorum. ♃. Maj. — Jun. (Radix repens. Culmus erectus, triqueter laevis, digitalis-palmaris, basi foliatus. Folia trinervia, lineari-lanceolata, rigidiuscula, laete viridia, culmo breviora. Spica mascula oblonga, solitaria, terminalis. Squamae dense imbricatae, oblongae, obtusae, fuscae, carina viridi. Spicae femineae 2, rarius unica solitaria, remotae, lineares, erectae, pedunculatae. Squamae ova-

tae, obtusae, laxiusculae. Fructus ovati, triquetro-compressi, ore brevissimo integro obliquo, squama obtusa sublongiores.)

2649. C. *pilosa:* spicis femineis subternis distantibus, binis inferioribus remotis, fructibus remotis ovatis oblique rostratis, ore membranaceo emarginato squama ovata majoribus, foliis margine pilosis. C. *pilosa*, Allion. pedem. n. 2323. Scop. carn. n. 1162. Decand. fl. fr. n. 1749. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 156. Willd. IV. 278. Pers. syn. II. 642. Hoffm. II. 226. Gmel. bad. III. 651. Gaud. Agrost. II. 160. Schk. car. t. M. f. 49. Host. gram. I. t. 78.

In sylvaticis (Austr. Carinth. Morav. M. D. Bad. sup. Hannov. Hercyn.) ♃. Maj. — Jun. (Radix repens, stolonifera, squamis oblongis tecta. Culmi erecti, striati, ad angulos pilosi, inferne squamis vaginantibus vestiti, floriferi 6 - 9 - fructiferi 9 - 15 pollicares. Folia primordialia culmum florentem superantia, plana, lata, ad marginem carinamque pilosa. Spica mascula oblonga, utrinque attenuata. Spicae femineae 2 - 3, lineares, erectae, remotae, laxae. Pedunculi filiformes, pilosi, ad medium usque vagina bracteali, in folium cuspidatum spica brevius abeunte, vestiti. Squamae brunneo-fuscae, glabrae, margine albido, membranaceae, masculae lanceolato - oblongae obtusiusculae, femineae ovatae, acutiusculae, fructu breviores. Fructus ovato-subtriquetri, striati, remoti, in rostrum recurvum apice bifidum attenuati.)

2650. C. *nitida:* spicis femineis tribus oblongis distantibus, infima pedunculata, vagina subdimidiata, fructibus subrotundo - ovatis brevissime rostratis nitidis, ore obliquo squamam ovatam obtusam aequantibus. C. *nitida*, Host gram. I. t. 71. Hoffm. II. 222. Gaud. Agrost. II. 162. C. *verna*, Willd. IV. 284. Schk. car. t. L. f. 46. C. *alpestris*, Lam. Enc. III. 389. Decand. flor. fr. n. 1747. (excl. syn.) Pers. syn. II. 543.

In collibus (Austr. agri Vindebon.) ♃. April.

(Radix repens, fusca, fibris copiosis capillata. Culmus erectus, ad angulos scabriusculus, floriferus 3 uncialis, altior post florescentiam. Folia nitida, culmum florentem superantia. Spica mascula terminalis, oblonga, ventricosa, femineae 2-3, oblongae, subtriquetrae, acutae, erectae; inferiores pedunculatae. Bracteae superiores ovato-acuminatae, vaginantes, breves apice fuscae, inferiores basi vaginantes, dein in folium spicam aequans protensae. Squamae lato-ovatae, nitidae, ferrugineae, margine albidae, femineae masculis breviores. Fructus ovato-triquetri, subglobosi, ventricosi, nitidi, laeves, vel angulis asperiusculi, ore bifido.)

2651. C. *firma:* spicis femineis subtribus distantibus paucifloris, infima exserte pedunculata, fructibus oblongis margine hispidis rostratis ore obliquo squama ovato-oblonga majoribus. Decand. flor. fr. n. 1716. Willd. IV. 286. Pers. syn. II. 542. Hoffm. II. 220. Wahlenb. Act. Holm. 1803. 157. Gaud. Agrost. II. 164. Schk. t. O et Y. f. 54. C. *firma,* Host. gram. I. t. 75. C. *strigosa,* Suter Helv. II. 253. (exclusive syn.) C. *rigida,* Schrank. boic. 290.

In alpibus (Austr. Bav. Salisb. in pratis siccioribus Oldenb.) ♃. Jun. (Planta humilis, rigida. Radix fibrosa, fusca, longa. Culmi erecti, superne compressi, laeves. Folia lineari-lanceolata, acuminata, firma, primo erecta, dein patentia, inferne vaginantia, spadicea. Spica mascula ovata, acuta, cum superiori feminearum contigua, saepius refracta. Spicae femineae alternae, subremotae, pedunculatae, ovato-triquetrae, acutae, fuscae. Pedunculus bractea vaginante subaequante margine scabra vestitus. Squamae membranaceae, splendentes, purpureo-fuscae, basi margineque pallidae, in masculis oblongae, obtusiusculae, in femineis ovatae, acutiusculae. Fructus oblongo-triquetri, utrinque attenuati, rostro longiusculo terminati.)

2652. C. *Schraderi:* spicis femineis tribus remotissimis, binis superioribus sessilibus, infima pedunculata, fructibus ovato-acuminatis bicuspidatis squa-

mam oblongo lanceolatam aristatam aequantibus. Willd. IV. 286. Pers. syn. II. Mössl. 1306. C. *Schraderi*, Schk. car. t. Pppp. f. 203.

In Germania. ♃. . . . . (Radix repens. Culmus 1-1½ pedalis. Folia radicalia angusta, pedalia, culmea latiora, culmum aequantia. Spica mascula oblonga, terminalis. Squamae apice muticae, pilosae. Spicae femineae 2-3, remotissimae, oblongae. Squamae fuscae aristatae, masculis angustiores.)

2653. C. *sempervirens:* spicis erectiusculis, femineis ternis distantibus, binis inferioribus pedunculatis, fructibus oblongis compresso-triquetris rostratis angulis exasperatis apice scarioso squama oblonga longioribus. C. *sempervirens*, Vill. Delph. II. 214. Gaud. Agrost. Helv. II. 165. C. *ferruginea*, Willd. IV. 274. Loisel. gall. 640. Decand. fl. fr. n. 1750. Pers. syn. II. 543. Hoffm. II. 225. Schk. car. t. M. f. 48. C. *variegata*, Lam. Enc. II. 389. C. *varia*, Host. gram. I. t. 80. C. *alpina*, Schrank. bavar. I. 299. C. *saxatilis*, Suter. Helv. II. 252.

In alpibus (Carniol. Bavar. Salisb. Austr.) ♃. Jun. (Radix repens, stolonifera, fibris plurimis firmata. Culmi erecti, graciles, apice nutantes, superne ad angulos scabriusculi, florentes 4—6, fructiferi 9—12 pollicares, inferne foliati. Folia margine scabriuscula, plana, culmo breviora. Spica mascula terminalis, ovato-lanceolata, brevis. Spicae femineae 2—3, lineari-subtriquetrae distantes, pedunculatae. Pedunculi longi, basi vagina bracteati, in folium lineare protensa, seu ad medium usque vestiti. Squamae lanceolatae, saepe mucronatae, juniores purpureo-fuscae, adultiores ferrugineae, dorsali nervo viridi, margine saepius pallescente. Fructus viriduli, graciles, trigoni, ad margines pilis rigidis exasperati, longe rostrati, apice scarioso albo oblique truncato integro, rarius emarginato.)

2654. C. *Scopolii:* spica mascula oblonga, femineis subpendulis, fructibus apice colorato emargi-

nato subcristato, vaginis subdimidiatis. Gaud. Agrost. II. 168.

α. spica feminea suprema subsessili, fructibus gracilioribus ovatis. C. *Mielichhoferi*, Willd. IV. 276. Schk. car. Nachtr. p. 66. t. Mmmm. f. 159. Sternb. et Hoppe, in Regensb. Denkschr. 1815. p. 170.

β. spicis femineis omnibus pedunculatis, fructibus crassioribus obovatis. C. *ferruginea*, Scop. carn. n. 1159. Host. gram. I. t. 81. (excl. syn. Schk.) C. *scopoliana*, Willd. IV. 292.

In alpibus (Carniol. Salisb.) ♃. Jun.—Jul. (Radix repens, stolonifera. Culmus semipedalis, pedalis et altior, inferne foliosus, superne ad angulos exasporatus, apice cum spicis saepe nutans. Folia carinata, margine scabriuscula, culmo adulto paulo breviora. Spica mascula terminalis, cylindrica, gracilis, ferruginea. Squamae oblongae, obtusae, superiores mucronatae, ex fusco purpurascentes vel ferrugineae, margine angusto scarioso, nervo dorsali lato exasperato. Spicae femineae 2—3, subteretes, mascula breviores, plus minus pendulae, remotae, longe pedunculatae, suprema quandoque subsessilis. Bracteae inferiores spicam suam semper superantes, vaginis quartam vel dimidiam pedunculi partem superantibus. Squamae ovatae, atro-fuscae, nervo dorsali viridi exasperato, plerumque in mucronulam producto. Fructus squamis longiores, ovati, mucronati, juniores modice compressi, margine infra apicem exasperati, apice purpureo plerumque distincte bilobo, laciniis fimbriato-cristatis.)

2655. C. *frigida:* spica mascula obtusa, femineis ternis distantibus, binis inferioribus pedunculatis, fructibus lanceolatis triquetris angulis scabris bicuspidatis, squama oblonga duplo longioribus, vaginis subdimidiatis. C. *frigida*, Allion. pedem. n. 2334. Willd. IV. 275. Pers. syn. II. 544. Decand. flor. fr. n. 1751. Sut. helv. II. 260. Gaud. Agrost. II. 172. C. *spadicea*, car. t. L. f. 47.

In alpibus (Carinth. Salisb.) ♃. Jun. — Augst. (Radix repens, stolonifera. Culmus erectus, pedalis, fere laevis, a basi medio tenus foliosus. Folia culmo breviora, laete viridia, acuta, margine scabriuscula. Spica mascula oblonga, subtrigona, gracilis. Squamae lanceolato-triangulares, basi latae, acutae, nervo dorsali rubello, saepe in mucronem producto. Spicae femineae 3 — 5, erectae, demum nutantes, crassiusculae, supremae fere sessiles, ima remota, reliquis longius pedunculata. Squamae masculis similes, breviores, nervo dorsali saepe evanido. Fructus elongati, squamis duplo longiores, attenuati, subtrigoni, apice membranaceo bifido angulis virentibus scabris.)

2656. C. *fuliginosa:* spicis androgynis basi masculis, femineis interdum sublonge pedunculatis, fructibus oblongis mucronatis apice bifidis squamis longioribus, vaginis subdimidiatis. C. *fuliginosa*, Schk. car. 91. Nachtr. 47. n. 40. Sternb. et Hoppe in Regensb. Denkschr. 1825. p. 165.

In alpibus (Carinth. Salisb.) ♃. . . . . (Differt a praecedente: foliis latioribus superioribus infimis minoribus angustioribus. Spicis omnibus femineis, suprema et tertia basi masculis, secunda infimaque mere femineis, squamis fuliginosis, margine superiori albidis, nervoque dorsali viridiusculo instructis, fructibus membranaceis albis, ore bilabiato, squama multo longioribus.)

2657. C. *brachystachys:* spicis femineis quaternis distantibus linearibus, binis s. tribus inferioribus pedunculatis, fructibus elongatis gracilibus laevissimis, squama oblonga mucronata longioribus. C. *brachystachys*, Schrank. bavar. I. 294. Hoppe bot. Taschenbuch 1800. 34. Wahlenb. Act. holm. 1803. 154. Willd. IV. 276. Decand. fl. fr. n. 1748. Pers. syn. II. 544. Hoffm. II. 229. Schk. car. t. P. f. 58. C. C. *valesiaca*, Suter helv. II. 259.

In alpinis (Salisb. in viis cavis pr. Saalfeld.) ♃. Jun. (Radix fibrosa. Culmi filiformes, graciles erecti,

floriferi 4-6-fructiferi 8-12 pollicares. Folia carinato-setacea, convoluta, erecta, culmos florentes aequantia. Spica mascula erecta, linearis, acutiuscula, feminеae 2-3, lineares longe pedunculatae, primo erectae, demum pendulae. Pedunculi capillares, longi, basi bractea vaginanti setacea ad tertiam usque partem vestiti. Squamae oblongae, breviter mucronatae, apicem versus latiores, fusco-nigrae nervo dorsali viridi, masculinae obtusae, femin. acutiusculae breviores. Fructus viriduli, elongati, graciles, basi attenuati, sensim in rostrum modice incurvum producti, striato-nervosi, laevissimi, apice saepius bifidi, laciniis subscariosis fragilibus.)

2658. *C. Michelii:* spicis femineis subbinis remotiusculis, infima exserte pedunculata, fructibus obovatis ventricosis rostratis bicuspidatis squamam oblongam subaequantibus. *C. Michelii*, Host. syn. 507. Ejusd. gram. I. t. 72. Wahlenb. Act. holm. 1803. 155. Willd. IV. 277. Pers. syn. II. 543. Hoffm. II. 230. Mössl. 1298. Schk. car. p. 98. t. P. et V v. f. 59. *C. rostrata*, Schott. Hoppe Cent.

In sylvis, pratis, collibus. (Austr. Salisb. Morav.) ♃. April.—Maj. (Radix repens, fibris capillaribus cincta. Culmi erecti, laeves, apicem versum tantum asperiusculi, floriferi spithamales, fructiferi longiores. Folia culmo breviora, latiuscula, acuta, carina margineque scabra. Spica mascula oblonga, basi attenuata, femineae 1-2, oblongae, acutae, pedunculatae: pedunculus brevis bractea vaginali foliacea fere plane vestitus. Squamae membranaceae, glabrae, in masculis oblongae, acutiusculae, flavescentes, in femineis lanceolatae, acuminatae, pallide flavescentes, in cuspidem plerumque elongatae et asperae. Fructus oblongo-ovati, subtriquetri, inflati, in rostrum longum apice bifidum attenuati.)

2659. *C. Pseudo-cyperus:* spicis femineis quaternis geminatis pedunculatis cylindricis, fructibus ovato lanceolatis rostratis divergentibus squamam setaceam aequantibus, vaginis subnullis. *C. Pseudo-*

cyperus, Linn. sp. 1387. Poll. palat. n. 891. Gooden. l. c. 188. Smith. britt. 986. Roth. II. 2. 451. Wahlenb. Act. holm. 1803. 161. Willden. IV. 295. Hoffm. II. 237. Gmel. bad. III. 656. Gaud. Agrost. II. 175. Schlechtendl. 476. Schk. car. t. Mm. f. 102. Host. gram. I. t. 85.

In aquosis, ad margines fossarum, rivulorum, fluminum et lacuum. ♃. April. — Maj. (Radix fibrosa, longa. Culmi erecti, striati, ad angulos scabri, foliati, floriferi penduli, fructiferi sesquipedales altioresque. Folia omnium nostratium huius generis maxima, lanceolata, acuta, culmo longiora. Spica mascula terminalis, oblonga, sublinearis, ferruginea, non procul a basi foliolo angustissimo stipata. Spicae femineae 3-5, sublineares, pedunculatae, floriferae suberectae, fructiferae pendulae. Pedunculi filiformes, scabri. Bracteae vix vaginatae, inferiores foliis simillimae, superiores breviores angustioresque. Squamae lanceolatae, cuspidatae, viridi - albescentes, nervo dorsali, in longam aristam scabram protenso, instructae. Fructus numerosi, virentes, lanceolato - triquetri, graciles, laeves, striati, patuli vel divaricati, vel etiam retroflexi, rostro apice profunde bifido, laciniis divergentibus.)

2660. *C. capillaris:* spicis femineis subternis longe pedunculatis cernuis subsexfloris masculam superantibus, fructibus distantibus utrinque acuminatis ore oblique truncato, squama ovata longioribus. *C. capillaris*, Linn. sp. 1386. Scop. carn. n. 1152. Sm. britt. 985. Gooden. l. c. 180. Roth. II. 2. 449. Vill. Delph. II. 213. Wahlenberg. Act. holm. 1803. 156. Hoffm. II. 229. Decand. flor. fr. n. 1753. Willd. IV. 290. Gaud. Agrost. 177. Schk. car. t. O. f. 56. Fl. dan. t. 168. Host. gram. I. t. 62.

In alpinis, subalpinis. (Austr. Carniol. Carinth. Salisb.) ♃. Jun. (Radix fibrosa. Culmi teretiusculi, laevissimi, floriferi 2 - 3 - fructiferi 3 - 6 pollicares, inferne foliosi. Folia culmum florentem aequantia vel superantia, plana, acuta, margine aspera. Spica mas-

cula oblonga, gracilis, acuta, pauciflora, femineae 2—3, subtriquetrae, oblongae, pauciflorae, masculam superantes, pedunculatae. Pedunculi capillares, vaginis, in folium spicam ejus aequans continuatis, vestiti. Squamae albae, dein flavescentes. margine membranaceae, albidae, plus minusve obtusae. Fructus ovato-triquetri, utrinque attenuati, nitidi, laeves, in rostrum membranaceum, album oblique truncatum desinentes.)

2661. C. *supina:* spicis femineis subbinis ovatis confertis sessilibus subrotundis, fructibus subglobosis rostratia ore emarginatis. squamam ovatam subaequantibus. C. *supina*, Wahlenb. Act holm. 1803. 158. Willd. IV. 265. Pers. syn. II. 541. Schlechtend. 474. C. *glomerata*, Schk. car. t. I. f. 41. Hoffm. II. 217. C. *globularis*, Roth. II. 2. 442.

In collinis apricis, in locis siccis sterilibus (Holsat. Saxon. Palat. (?) Berol. Barbi.) ♃. April. — Maj. (Radix fibrosa, subrepens. Culmus gracilis, inferne foliatus, florifer 2-4-fructifer 4-6 pollicaris. Folia culmum florentem aequantia, subangusta, acuminata, inferiora exteriora e vaginis membranaceis aphyllis constantia. Spica mascula terminalis, lanceolata, femineae 1-2, a mascula 4-6 lineas distantes, globosae, sessiles. Squamae masc. oblongo-ovatae, superne latiusculae, acutae, fuscae, margine albido-membranaceae, nervo dorsali viridi instructae, femineae masculis similes, ovatae, membrana alba marginatae. Fructus globoso-triquetri, utrinque subito acuminati, apice rostro brevi bidentato terminati.)

††. *Spicis masculis pluribus.*

2662. C. *glauca:* spicis masculis geminatis, femineis cylindricis subternis pedunculatis nutantibus, fructibus ellipticis obtusis scabriusculis, squamam ovato-cuspidatam aequantibus. C. *glauca*, Scop. carn. n. 1157. Poll. palat. n. 894. Roth. II. 2. 463. Decand. flor. fr. n. 1743. Pers. syn. II. 543. Willd. prodr. fl. berol. n. 112. Suter. helv. II. 263. Gaud. Agrost. II. 180. Bönningh. l. c. 282. C. *recurva*,

Gooden, l. c. 184. Sm. britt. 999. IV. 268. Schlechtendl. 473. Flor. dan. t. 1051. *C. flacca*, Schreb. spicil. fl. Lips. app. 150. ad. p. 62. Hoffm. II. 238. Wahlenb. l. c. 160. Gmel. bad. III. 661. Schk. car. t. O. P. f. 57. a. b. Host. gram. I. t. 90. *C. limosa β.* Leers herb. n. 719. t. 15. f. 3.

In uliginosis, sylvaticis, palustribus. ♃. Apr. — Maj. (Radix repens, gracilis. Culmus erectus, apicem versus inflexus, ad angulos scaber, foliosus, florifer 6—9, fructifer 9—15 pollicaris. Folia latiuscula, erecto-patula, glaucescentia, culmum florentem subaequantia. Spicae masculae 2—3, interdum unica, oblongo-cylindricae, subacutae, superior saepius longior, inferior interdum bractea squamosa ovali-setacea ad basin pedunculi stipata; femineae 2—4, oblongo-cylindricae, saepius basi attenuatae, pedunculis filiformibus insidentes, maturae nutantes. Bracteae vix vaginantes; inferior culmum superans, suprema fine setacea. Squamae laeves, obscure purpurascentes, in masculis oblongae, obtusae, superne dilatatae, in femineis ovatae, acutiusculae, interdum nervo dorsali in mucronem brevem protenso. Fructus ovati, ventricosi, punctis elevatis inspersi, maturi, obscure purpurei, externa linea pallida sub margine cincti, in margine aculeis scabri, ore brevi truncato terminati.)

2663. *C. nutans:* spicis masculis geminis, femineis geminis oblongis sessilibus remotis, fructibus ovatis nervosis ventricosis ore bifido squama ovato-lanceolata majoribus, culmo florifero nutante. *C. nutans*, Host. gram. I. p. 61. t. 83. Willd. IV. 299. Pers. syn. II. 545. Hoffm. II. 223. Mössl. 1307.

In umbrosis (Austr.) ♃. Apr. — Maj. (Radix repens, fusca. Culmi triquetri, scabri, foliosi, superne attenuati, nutantes, pedales, post florescentiam altiores et erecti. Folia dorso pallide viridia, facie minutissime crispata, inferiora externa squamosa, vaginantia, brevia, spadicea, culmea vaginantia, culmum florentem superantia. Spicae masculae 2, interdum 1, cylindricae, subclavatae, acutiusculae, inferior major,

superne parum incrassata, sessilis, bractea brevi ovata membranacea in folium desinente stipata. Spicae femineae 2, remotae, oblongae, tenues, pedunculatae. Pedunculi basi vaginula brevi, in folium, culmum etiam fructiferum aequans, protensa, cincti. Squamae saturate purpureae, margine superiori ciliatae, in masculis ovato-lanceolatae, convexae. in femineis ovatae, blaniores, supremae cuspidatae, inferiores acuminatae. Fructus ovato-triquetri, striati, laeves, obscure ochracei, ore crasso bifido terminati.)

2664. *C. paludosa:* spicis masculis binis vel ternis subventricosis, femineis ternis erectis cylindraceis subsessilibus gracilibus, fructibus ovatis nervosis emarginatis, squama lanceolata latioribus eamque aequantibus. *C. paludosa*, Gooden. l c. 202. Sm. britt. 1002. Wahlenb. l. c. 163. Willd. IV. 305. Hoffm. II. 239. Decand. fl. fr. n. 1765. Pers. syn. II. 546. Gmel. Bad. III. 667. Gaud. Agrost. II. 182. Schlechtendl. 480. Bönningh. l. c. Schk. car. t. Oo. et Vv. f. 103. Host. gr. I. t. 93. *C. acuta*, Curt. Lond. t. 280. *C. rufa*, Lam. Enc. III. 394. *C. acutiformis*, Ehrh. gram.

Ad ripas fluviorum et fossarum, stagnorum. ♃. Apr. — Maj. (Affinis *C. acutae.* Radix repens. Culmi floriferi 1—2 pedales, fructiferi duplo altiores, erecti, triquetri, inferne foliosi, ad angulos asperrimi. Folia densa, culmos florentes aequantia, margine carinaque aspera. Spicae masculae 2—4, erectae, cylindricae, inferiores saepius ad basin aliquot femineis flosculis donatae, femineae 3—4, saepius erectae, subsessiles, interdum pedunculatae et inclinatae. Bracteae foliaceae, non vaginantes. Squamae masculae oblongae, obtusae, superiores saepe acutiores, femineae lanceolatae, inferiores praecipue mucronulo scabro terminatae, fuscae, carina virenti. Fructus elliptico-lanceolati, erecti, apice demum emarginati.)

2665. *C. spadicea:* spicis masculis subbinis, femineis ternis subsessilibus, fructibus subtriquetris

acutis squama cuspidata brevioribus, Roth. Fl. Germ. p. 401. II. 2. p. 465. Bönningh. Monast. 287. *C. Kochiana*, Decand. fl. fr. VI. p. 297.

In German. septentrionali. ♃. Maj. (A praecedente maxime affini differt: spicis masculis binis aut solitariis, glumis angustioribus, superioribus magis acuminatis, spicis femineis longioribus gracilioribus, squamis, praecipue inferioribus, in aristam scabram productis augustioribus, nervo dorsali pallidiore nec viridi, fructibus denique lanceolatis laxius imbricatis.)

2666. *C. riparia:* spicis masculis tribus, femineis tribus erectis cylindraceis incrassatis, inferioribus pedunculatis, fructibus ovato-lanceolatis rostratis striatis apice bifidis longitudine squamae elongatae aristatae. *C. riparia*, Gooden. l. c. 200. Sm. britt. 1003. Wahlenb. l. c. 163. Willd. IV. 306. Hoffm. II. 240. Decand. fl. fr. n. 1766. Pers. syn. II. 546. Gmel. bad. III. 669. Gaud. Agrost. II. 184. Schlechtdl. 489. Bönningh. l. c. 288. Schk. car. t. Qq. et Rr. f. 105. *C. crassa*, Ehrh. Beitr. 4. 43. Roth. II. 2. 462. Willd. prodr. fl. berol. n. 1236. Host. gram. I. p. 63. t. 93. *C. acuta*, Huds. Angl. II. 413. *C. vesicaria*, Leers Herb. n. 724. t. 16. f. 2. I.

In palustribus, ad fossas, fluviorum ripas. ♃. April. — Maj. (Radix repens. Culmus erectus, glaber, triqueter, ad angulos aculeis exasperatus, florifer pedalis vel sesquipedalis, fructifer multo altior. Folia lata, dorso margineque scabra. Vaginae facie albae, membranaceae. Spicae masc. plures, oblongae, crassae, obtusae, terminali longissima, femineae 3—4, subcylindricae, pedunculatae, inferiores elongatae, inclinatae. Squamae masc. oblongae utrinque attenuatae, femineae ovatae acuminatae, linea dorsali viridi notatae. Fructus inflati, striati, ex viridi et cinereo fusci, in rostrum apice bifidum terminati, dentibus subfurcatis.)

2667. *C. vesicaria:* spicis masculis tribus, femineis erectis cylindricis, fructibus oblongis inflatis

conicis rostratis bicuspidatis squama lanceolata majoribus, culmo acuto triquetro. *C. vesicaria*, Linn sp. 1389. Poll. palat. n. 895. *β*. Leers. Herb. n. 724 t. 16. f. 2. III. Scop. carn. n. 1164. Gooden. l. c 205. Smith. britt. 1005. Wahlenb. l. c. 162. Willd sp. IV. 307. Decand. fl. fr. n. 1763. Pers. syn. IV. 547. Hoffm. II. 239. Gmel. bad. III. 670. Gaud. Agr. II. 187. Schlechtendl. 481. Schk. car. t. T t. et S s. f. 106. Host. gram. I. t. 92. *C. inflata*, Huds. Angl. II. 412. Roth. II. 466. Sturm. I. 2.

In palustribus ad fossas, lacus, stagna. ♃. April. —Maj. (Radix repens. Culmi erecti ad angulos scabri, inferne foliosi, florentes 1—½ pedales, post florescentiam altiores. Folia carinata, acuminata, ad angulum et marginem scabra, florentem culmum vix aequantia. Spicae masculae 2—3, graciles, cylindricae, femineae 2—4 oblongae, cylindricae, incrassatae, superior sessilis, inferiores eo longius pedunculatae, quo magis inferiores, inflorescentia erectae, dein nutantes, interdum pendulae. Bracteae amplexicaules, inferior culmum superans, superiores angustiores brevioresque. Squamae sordide vel pallide purpureae, margine albescentes, in masculis lanceolatae, in femineis breviores, lineari-lanceolatae, fructum non aequantes. Fructus oblongo-ovati, striati, in rostrum apice duobus dentibus acutis longiusculis lente terminatum, attenuati.)

2668. *C. ampullacea:* spicis masculis tribus gracilibus, femineis erectis cylindricis pedunculatis, fructibus inflatis subglobosis rostratis, rostro filiformi bifurco. squama lanceolata majoribus, culmo teretiusculo. *C. ampullacea*, Gooden. l. c. 207. Smith. britt. 1006. Wahlenb. Act. holm. 1803. 163. Willd. IV. 308. Decand. fl. fr. n. 1764. Pers. syn. II. 547. Hoffm. II. 242. Gmel. bad. III. 672. Gaud. Agrost. 185. Schlechtendl. 481. Schk. car. t. T t. f. 107. *C. vesicaria*, Poll. palat. n. 895. Leers. Herb. n. 724. *α*. Roth. II. 2. 464. *C. obtusangula*, Ehrh. gr.

In palustribus, inundatis, lacubus, stagnis et rivulis. ♃. Maj. — Jul. (Radix repens, ramosa. Culmi erecti, subtrigoni, plus minusve rotundati, foliosi, floriferi pedales s. sesquidales, post florescentiam altiores. Folia culmo florente longiora, lata, acuminata, ad apicem triquetra. Spicae masc. 2—4, graciles, cylindricae, plerumque subulatae, s. apicem versus attenuatae, femineae 2—3, cylindricae, crassiores, fructiferae patentes, superior sessilis vel breviter pedunculata, inferiores longius pedunculatae. Bracteae foliis similes, sed angustiores, culmum superantes. Squamae lanceolatae, fusco-purpurascentes, in masculis obtusiores, ad marginem evidentius albae et membranaceae, in femineis octofariam imbricatae, angustiores, vix albo marginatae. Fructus ovati, inflati, subglobosi, fere subito in rostrum tenue apice acute bifidum terminati.)

2669. *C. secalina:* spicis masculis binis, femineis ternis oblongis remotis subsessilibus, fructibus oblongis compressis rostratis bifidis margine ciliato-serratis, squama oblonga mucronata longioribus. *C. secalina,* Wahlenb. l. c. 151. Willd. IV. 309. Schk. car. t. S. f. 65. *C. hordeiformis,* Hoffm. II. 244. Host. gram. I. t. 76.

In uliginosis, palustribus ad fossas (Austr.) ♃. April. (Radix fibrosa, fusca. Culmi striati, glabri, erecti, foliosi, floriferi 3—6 pollicares, fructiferi duplo altiores. Folia carinata, vaginantia, apicem versus attenuata, culmos florentes superantia. Spicae masculae 2—1, elongatae, basi attenuatae, femineae 2—3, oblongae, triquetrae, basi laxae, pedunculis striatis facie planis dorso convexiusculis insidentes. Bracteae basi vaginante pedunculum partim vestientes, et culmos subaequantes. Squamae oblongae membranaceae, albae, in masculis obovatae, obtusiusculae, superiores imbricatae, approximatae, inferiores remotae, in femineis basi dilatatae, nervo dorsali scabro aristatae. Fructus oblongi, striati, facie plani, dorso convexi, margine scabri, in rostrum longum apice bifidum desinentes.)

TETRANDRIA. *Stamina 4.*

603. LITTORELLA. *Strändling.*

Flores masc. pedunculati. Calyx 4-partitus. Corolla 4-fida. Stamina longissima. *Flores fem.* sessiles intra foliorum basin. Calyx squamae angustae. Corolla tubulosa, apice trifida. Caryopsis corolla persistente inclusa.

(*Plantagineae,* Juss. Dec. *Plantagineen,* Spr.)

2670. *L. lacustris:* Linn. syst. V. 708. Willd. sp. IV. 330. Decand. fl. fr. n. 2317. Hoffm. II. 245. Schlechtdl. 482. Fl. dan. t. 170. Engl. Bot. t. 468. Schk. t. 287. Sturm. I. 41.

Ad littora lacuum, locis inundatis. (Oldenbg. Westph. Brem. Hannov. Megap. Jever. Baruth. Berol. Erlang. Ratisb.) ♃. Jun.—Jul. (Folia linearia, semiteretia, carnosa, basi vaginantia. Scapus uniflorus. Stamina stilique longissime exserta.)

604. ALNUS. *Erle.*

Amentum masculum et femineum distincta: *Ament. masc.* receptacula conica truncata, squamis 4 integris impositis trifloris. *Ament. fem.* receptacula apice dilatata, inflexo-triloba, biflora, in fructu lignescentia. Cupulae 4-fidae, erectae, biflorae, altero germine abortiente, stylus et stigma simplicia, (hinc styli duo, e singula cupula prodeuntes, a plerisque uni solique germini (cupulae sc.) adscripti) Calybia (nuces, semina auctor.) ovata, compressa, aptera (N. ab E. ined.) *).

---

*) *Amentacearum* et *Coniferarum* flores, amentacei omnes, hae ratione exstructi sunt: *Masc.* Amentum vel *simplex* vel, licet rarius, *compositum*, *squamatum* vel *nudum.* Ubi squamae adsunt, deest in pluribus *calyx.* Adest *calyx* monophyllus, vel *squamaeformis*, squamae com-

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Sprg. *Betulinae*, Rich.)

---

muni amenti adnatus, et tunc quidem iste receptaculum saepe appellatur (bi-multiflorum); vel *completus*, campanulatus etc., et tunc quidem squama communis plerumque deficit. *Stamina* indefinita, *filamentis* in *amentaceis* plerisque *liberis*, in *coniferis monadelphis*. *Antherae bilocellatae*, vix unquam unilocellatae, locellis *discretis* connectivo lato, apice saepe *foliaceo-dilatato*, *cristato*, vel *glanduloso*, vel saltem *barbulato*.

Fem. Amentum vel *elongatum* vel *abbreviatum*, *multiflorum* — *uniflorum* tunc terminale flore solo perfecto. *Squamae amenti* membranaceae, vel *liberae* marcescentes, vel cum receptaculis vario modo *connatae*. *Receptacula* (perianthio proprio calycive amenti masculi respondentia, ex alis squamarum, ineunte fructu parva et inconspicua, cum illo increscentia, fructum compositum constituentia; sunt autem

aliis *discreta*, *squamaeformia*, cum fructu decidua;

aliis *squamaeformia lignosa*, *strobilum* exstruentia;

aliis *cum squamis connata* in strobilum squarrosum squamis *unguiculatis* demum rigentem, compacta (Cupressus);

aliis cum squamis adhaerentibus demum *carnosa*, in *galbulum* concrescentia;

aliis quibus amenta feminea basi sterilia, apice tantum floribus vel pluribus vel solitario instruuntur, *annularia*, *patellaeformia*, in fructu vel *tubulosa* (Corylus), vel in *patellae* formam indurata (Quercus) vel in *valvas disposita* (Fagus, Castanea), vel *carnosa*, *subglobosa* (Taxus), hisque omnibus squamae verae amenti vel *adnatae* plus minus indurescunt (Quercus,

2671. *A. glutinosa:* foliis glutinosis, vel subrotundo-cuneatis emarginatis, vel oblongis pinnatifidis vel sinuatis, ad venarum axillas subtus villosis.

Fagus, Castanea, Taxus), vel *cadunt liberae*, ut in Corylo;

aliis denique receptacula *deesse* videntur, transeuntque in corpora *glandulosa*, germinis vel etiam staminum bases stipantia (Salix, Populus.)

Receptacula autem haec gerunt *cupulas geminas pluresve* rarius solitarias, *inversas* et divergentes in *Pineis*, *erectas* in reliquis.

Cupula, (quae germen auctor.) plerumque subcarnosa, crassiuscula, urceolata vel excipuliformis, ore integro vel dentato, intus unilocularis vel bi-trilocularis, *germina* fovet 2, 3, plurave, brevissimo stylo praedita in *coniferis*, *longo* et cum cupulae tubo *oreque connato* in *amentaceis;* in his *stigmata* exserta, attenuata, vel, ut in Quercu, incrassata. Post foecundationem pistilla cupulae singulae ad *singulum* fere abortiunt, abeuntque cum eadem in

Calybion monocarpum, vel coriaceum, vel lignosum, vel subbipartibile, cujus integumenta triplicis sunt originis:

a.) cupulae, vel cum pericarpio connatae, vel (in plerisque,) liberae;

b.) pericarpii, tenuis, connati

c.) cum ovuli solitarii integumentis in *glandem* seu *caryopsin* potius, cujus parietes omnes respectu tunicae cupularis tenues inveniuntur.

Cognoscitur haec structura ex apice calybii, ubi oris vestigia, minus quidem ea conspicua, restant; facilius autem eruitur examinato tenero primis diebus flore. Tunicae seminis in unam coalescunt. Albumen deest. Embryonis radicula petit apicem calybii.

A. glutinosa, Willd. IV. 334. Pers syn. II. 550. Decand. fl. fr. n. 2110. Wahlenb. helv. n. 970. Ejusd. Carpath. 305. n. 982. Bechst. Forstb. 301. Schlechtendl. berol. 483. Sturm. I. 29. Reit. et Abel. t. 7. Guimp. et Hayne. 23. p. 180. t. 135. *Betula Alnus*, Linn. sp. 2. 1394. Poll. palat. n. 899. Roth. II. 2. 476. Willd. Baumz. 44. Gmel. bad. III. 676. *Betula glutinosa*, Hoffm. II. 247.

α. *emarginata:* foliis subrotundo-cuneatis emarginatis. *Betula emarginata*, Ehrh. arbr.

β. *quercifolia:* foliis sinuatis laciniis obtusis. Willd. Baumz. 44. Schlechtd. berol. 483.

γ. *laciniata:* foliis pinnatifidis, laciniis acutis. Willd. Baumz. l. c. *Betula laciniata*, Ehrh. Beitr. 3. 22. Hoffm. II. 247.

In humidis sylvis, ad pagos, fossas et fluviorum ripas. ♄. Mart. — April.

2672. *A. incana:* foliis subrotundo-ellipticis acutis subtus pubescentibus incanis, axillis venarum nudis, stipulis lanceolatis. *A. incana*, Willd. IV. 335. Pers. syn. II. 550. Decand. flor. fr. n. 2111. Bess. gal. n. 1152. Wahlenb. car. 305. n. 985. Borkh. I. 471. Bechsteins Forstb. 299. Reit. et Abel. t. 16. Guimp. et Hayne. 23. p. 182. t. 136. *Betula incana*, Linn. suppl. 417. Ait. kew. III. 339. Willd. Baumz. 45. Hoffmann II. 248. Gmel. bad. III. 678. Reit. et Abel. t. 16. *Betula alnus β.* Linn. sp. pl. 1394.

In sylvaticis montosis, alpinis. ♄. Mart. — Apr. (Differt a praecedente: foliis ovatis acutis inaequaliter serratis superne non glabris, sed subhirsutis, inferne incanis pubescentibus, axillis venarum nudis.)

2673. *A. alpina:* foliis obovatis acutiusculis acute serrulatis glabris, axillis venarum glandulosis, ramulis compressis. *A. alpina*, Borkh. I. 477. Bechst. Forstb. 612. *Betula Alnus viridis*, Zschokke Gebirgsförst. I. 163.

In alpinis German. austral. ♄. Maj. — Jun. (Frutex 8 - 12 pedalis. Rami juniores ferruginei, albo-punctati. Folia obovata vel oblongo - ovata, utrinque glabra, facie nitida obscure viridia, subtus pallidiora.)

605. BUXUS. *Buchsbaum.*

Flores monoici, glomerati, axillares. Perianthium 4 - partitum, laciniis inaequalibus, 2 interioribus, 2 alternis, exterioribus, quibus adpressa bractea similis, unica in masc., triplex in femin. *Masc.* Stamina 4, inserta sub pistilli rudimento simplici trilobove, filamentis exsertis, antheris adnatis introrsis, post anthesin contortis. *Fem.* Styli 3, crassi, intus glanduloso-canaliculati. Germen glabrum, inter stylos torulosum, 3 - loculare, loculis 2 - spermis. Elaterium globosum, 3 - rostre, extus coriaceum loculicido - trivalve, valvis e stylorum bipartibilium persistentia 2 - cornibus; intus tricoccum. Semina 6, oblonga, laevia, lucida, nigra. (Ad. de Juss. de Euphorb. generibus etc. p. 13. t. I. f. 3. A.)

(*Euphorbiaceae*, Juss. Decand. *Trikokken*, ord. *Euphorbieen*, Spreng.)

2674. *B. sempervirens:* foliis ovali - oblongis petiolatis, petiolis margine pilosiusculis, antheris ovato - sagittatis. *Buxus sempervirens*, Linn. sp. 1395. Willd. IV. 337. Scop. carn. n. 1173. Du Roi Harbk. Baumz. I. 118. Decand. fl. fr. n. 2176. Gmel. bad. III. 681. Schk. t. 287. Kerner. t. 119.

In Germania austral. ♄. April. — Maj. (Frutex vel arbor. Ramuli oppositi 4 - goni. Folia opposita, sempervirentia, petiolo decurrente.)

606. URTICA. *Nessel.*

Fl. masculi racemosi. Perianthium simplex, 4 - phyllum, foliolis subrotundis concavis obtusis. Nectarium centrale, cyathiforme, minimum. Stamina 4, filamenta ante florescentiam curvata. *Fl. fem.* capitato-

racemosi vel in eadem vel in distincta planta. Perianthium 2-4-phyllum. Germen 1. Stylus nullus; Stigma villosum. Camara nitida, ovata, obtuso-compressa, perianthio persistente cincta.

(*Urticeae*, Juss. Decand. *Urticeen*, Spreng.)

2675. *U. dioica:* foliis oppositis cordatis ovato-acuminatis grosse serratis, floribus dioicis, spicis paniculatis glomeratis geminatis petiolo longioribus. Decand. fl. fr. n. 1232. Willd. IV. 352. Poll. palat. n. 901. Roth. II. 2. 474. Gmel. bad. III. 683. Besser galiz. n. 1154. Hoffm. II. 248. Wahlenb. carp. 307. Schlechtend. ber. 484. Fl. dan. t. 746. *U. dioica*, Linn.

Ad vias, sepes, in ruderatis et locis incultis. ♃. Jul. — Augst. (Caules subramosi, saepe obscure purpurascentes, et ut foliorum utraque pagina magis minusve setis seu stimulis facile secedentibus et urentibus obsita. A sequente specie, statura altiore, foliis cordatis, floribus in distincta planta dioicis, facile distinguitur.)

2676. *U. urens:* foliis oppositis ellipticis sub 5-nerviis argute serratis, spicis glomeratis geminatis. Decand. fl. fr. n. 2133. Willd. IV. 352. Pers. syn. II. 552. Poll. palat. n. 900. Roth. II. 2. 473. M. a Bieberst. T. Cauc. n. 1901. Hoffm. II. 248. Gm. bad. III. 682. Wahlenb. carp. 307. n. 986. Schlechtendl. 484. Bönningh. Monast. 289. Fl. dan. t. 739. Engl. Bot. 1236. *U. urens*, Linn.

In cultis, ad hortos, vias, ruderata, sepes etc. ☉. Jul. — Augst. (Caulis erectus, magis minusve ramosus, ramis oppositis. Folia petiolata, in superficie uti et caulis ramique pilis sparsis hyalinis, tuberculis insidentibus (stimulis) obsita, inciso-serrata. Folia primaria integerrima. Spicae foliis breviores, axillares.)

2677. *U. pilulifera:* foliis oppositis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. Decand. flor. fr. n. 2134. Willd. IV. 347. Pers. syn. II. 552. Hoffm.

II. 218. Engl. Botan. t. 148. Schk. t. 289. Wallr. sched. int. I. n. 405. *U. pilulifera*, Linn.

In cultis oleraceis. (Barb. Hering. poue Nordhus, Bavar. *Hoffm.*) 2f. Jul.

607. MORUS. *Maulbeerbaum.*

Flores in amenta digesti. Perianthium 4-partitum, foliolis ovatis concavis. *Masc.* Stamina 4, perianthii foliolis alterna. *Fem.* Amenta globosa, perianthium ut in masc. Germen simplex stylis 2. Fructus: Bacca composita e perianthiis succulentis (Syncarpa.)

(*Urticae*, Juss. *Urticeae*, Trib. *Artocarpeae*, Decand. *Amentaceen*, Spreng.)

2678. *M. alba:* foliis ovatis basi oblique cordatis integris lobatisve inaequaliter serratis glabris sublaevibus. Willd IV. 368. Decand. fl. fr. n. 2130. Scop. carn. n. 1176. Du Roi Harbk. Baumz. I. 473. Gmel. bad. III. 685. Bechst. l. c. 483. Hayne Dendr. Fl. 154. Schk. t. 290. Guimp. et Willd. t. 138. *M. alba*, Linn.

Ex Oriente orta, nunc subspontanea hinc inde ad pagos, urbes etc. provenit. ♄. Maj. — Jun. (Arbor 10-30 pedalis. Fructus nunc albi nunc violaceo-rubelli nunc nigri. Variat foliis scabriusculis.)

2679. *M. nigra:* foliis cordatis ovatis lobatisve inaequaliter dentatis scabris. Willd. IV. 369. Pers. syn. II. 557. Du Roi Harbk. Baumz. I. 425. Du Hamel. I. 20. t. 1. Borkh. I. 639. Bechst. 872. Kerner t. 244. *M. nigra*, Linn.

E Persia allata, hinc inde cum praecedente provenit. ♄. Maj. — Jun. (Folia subquinqueloba, obtusiuscula, scabra. Fructus nigri, dulces gratique saporis.)

608. AMARANTHUS. *Amaranth.*

Flores glomerati, axillares, aut paniculati terminales hermaphroditi vel polygami. Perianthium 3-5 phyllum, erectum, persistens, saepe coloratum. *Masculin.*

Stamina 3-5. *Fem.* Germen 1. Styli 3, breves, subulati. Stigmata simplicia persistentia. Utriculus 1-spermus subcompressus, trirostris, circumscissus (Cystis). Semen globosum compressum. verticale.

(*Amaranthaceae*, Juss. Dec. *Amaranteen*, Spr.)

2680. *A. Blitum:* floribus triandris glomeratis lateralibus, foliis ovatis retusis aut emarginatis, caule diffuso. Dec. fl. fr. n. 2282. Willd. IV. 587. Scop. carn. n. 1178. Roth. II. 2. 471. Hoffmann. II. 249. Gmel. bad. III. 688. M. a. Bieberst. cauc. n. 1909. Wahlenb. carp. 307. n. 989. Schlechtend. berol. 485. Bönningh. l. c. 290. *A. Blitum*, Linn. *A. viridis*, Poll. palat. n. 903.

In cultis, ruderatis, ad vias, sepes. ☉. Jul.—Aug. (Habitus Chenopodii. Caules plures, plerumque prostrati, ramosi, glabri. Folia alterna, petiolata, interdum colorata. Spicae glomeratae, pauciflorae, axillares et terminales. Flores virides, masculi triandri.)

2681. *A. prostratus:* floribus triandris dense spicatis lateralibus et terminalibus, foliis ovato-rhomboideis obtusiusculis retusis, caule prostrato ramoso striato. Decand. fl. fr. n. 2283. Willd. IV. 587. Pers. syn. II. 560. Gmel. bad. III. 689. Mössl. 1318. *A. prostratus*, Balb. Misc. 44. t. 10. *A. viridis*, Vill. Delph. II. 567.

In ruderatis, viis urbium et pagorum neglectis, circa Carlsruhe. ☉. Jul. — Augst. (Caulis sesquipedalis, cubitalis, prostratus, obsolete angulosus, sulcatus, glaber, quandoque rubellus, ramosus. Folia petiolata, obtusa, subretusa, integra, striata, glabra. Flores spicati, axillares terminalesque, ex albido-virides.)

2682. *A. spicatus:* glomerulis triandris spicatis terminalibus, foliis ovato-oblongis, caule erecto subramoso. Lam. Decand. flor. fr. *A. sylvestris*, Desf. Atlant. *A. viridis*, All. pedem. Thuill. (et Auctorum forsan plurimorum german., nam verus *A.*

viridis, Linn. e Jamaica insula allatus, sponte non occurit in Germania, neque fert coelum nostrum.)

In cultis et ruderatis German.? ☉. (A praecedente praesertim differt: caule erecto glomerulisque superioribus in spicam longiusculam dispositis.)

Polyandria. *Stamina plura quam 7.*

609. ARUM. *Aron.*

Flores circa spadicem sessiles. Spatha monophylla, oblonga, basi convoluta, apice connivens ventre compressa, interne colorata. Spadix clavatus, simplex, coloratus, apice nudus. Perianthium nullum. *Masculin.* Antherae multiseriales ad dimidium spadicis longitudinem. Glandulae acutae (stamina abortiva) 2-3-seriales infra antheras spadici insertae. *Fem.* Germina basi spadicis inserta, obovata. Stylus nullus. Stigma villis barbatum. Baccae uniloculares, mono-vel polyspermae.

(*Aroideae*, Juss. Decand. *Aroideen*, Spreng.)

2683. *A. Dracunculus:* foliis (radicalibus) pedatis, lobis integris, spadice lanceolato, spatha ovata plana glabra longiore. Decand. fl. fr. n. 1811. Willd. IV. 478. Pers. syn. II. 574. Scop. carn. n. 1139. Mössl. 1320. *A. Dracunculus*, Linn.

In Germania austr. (Carniol.) ♃. Junius — Julius. (Flores maximi, intense purpurei.)

2684. *A. maculatum:* foliis (radicalibus) hastato-sagittatis, lobis deflexis, spadice clavato spatha breviore. Willd. IV. 483. Pers. syn. 574. Scop. carn. n. 1138. Poll. palat. n. 864. Roth. II. 2. 412. Gmel. bad. III. 584. Bönningh. l. c. 291. Fl. dan. t. 505. Engl. Bot. t. 1298. *A. maculatum*, Linn. *A. vulgare*, Decand. fl. fr. n. 1812.

In umbrosis sylvaticis, ad sylvarum margines, in sepibus humidiusculis. ♃. Jun. — Jul. (Folia petiolata, hastata, saepius nigro maculata, vel immaculata. Scapus simplex. Spatha ventricosa, cucullata,

pallide virens. Spadix superne clavatus, e violaceo purpureus, basi germinibus numerosis, medio staminibus, quorum superiora et inferiora interdum abortiva (glandulae), instructus. Baccae coccineae.)

2685. *A. italicum:* foliis (radicalibus) albo-venosis hastato-sagittatis, lobis auriculatis divaricatis, spadice clavato spatha breviore. Decand. fl. fr. n. 1813. Willd. IV. 484. Pers. syn. II. 574. Gmel. bad. III. 583. Mössl. 1321. *A. italicum*, Lam. Enc. III. 8.

In dumetis apricis rarissimum. (prope Bourtheim circa Carlsruhe.) ♃. Maj. —Jun. (Folia longe petiolata, auriculis divaricatis magnis, superne saturate viridia, albide venosa, subtus pallidiora, utrinque lucida, hyeme perdurantia. Spadix speciosus, vitellinus, s. luteolus. Spatha erecta, intus albida, extus pallide viridis. Baccae magnae, coccineae.)

610. CERATOPHYLLUM. *Wasserhorn.*

Flores *masc.* Perianthium multipartitum, inferum foliolis subulatis aequalibus. Stamina 14–20. Antherae subquadriloculares. *Fl. fem.* Perianthium multipartitum, foliolis subulatis aequalibus. Germen compressum. Stylus filiformis. Stigma simplex, obliquum. Fructus: Drupa corticata, ovata, acuminata, saepe spinosa.

(*Najades*, Juss. *Salicariae*, Decand. *Najaden*, Spreng.)

2686. *C. demersum:* foliis dichotomo-bigeminis fructibus 3-spinosis. Dec. fl. fr. n. 3653. Willd. IV. 405. Scop. carn. n. 1179. Poll. pal. n. 904. Roth. II. 2. 483. Hoffm. II. 252. Gm. bad. III. 690. Schlechtendl. 486. Engl. Bot. t. 947. Schk. t. 297. *C. demersum*, Linn.

In aquis stagnantibus, piscinis, fossis, lacunis. etc. ♃. Jul. — Augst. (Planta immersa. Folia verticillata, octona, dichotoma, dorso spinuloso-dentata. Fructus

ellipticus, spina terminali atque duabus brevioribus ad basin armatus.)

2687. *C. submersum:* foliis dichotomo-trigeminis, fructibus muticis. Decand. fl. fr. n. 3654. Willd. IV. 405. Leers. herb. n. 739. Pers. syn. II. 563. Roth. II. 2. 485. Hoffm. II. 252. Gm. bad. III. 691. Bönningh. l. c. Fl. dan. t. 510. Engl. Botan. t. 679. *C. submersum.* Linn.

In fossis, piscinis, aquis stagnantibus, rarius. ♃. Aug. — Sptbr. (Differt a priore caule minori, ad aquae fundum submerso, foliis tenuioribus, profundius divisis magis compositis glabris, fructibus minoribus omnino inermibus.)

611. MYRIOPHYLLUM. *Tausendblatt.*

Flores minuti. Calyx 4-phyllus inferus, foliolis erectis, extimo majore. Corolla 2-4-petala, petalis caducis, (interdum nullis). *Mascul.* Stamina 8. Antherae oblongae. *Femin.* Germina 4, oblonga. Styli nulli. Stigmata pubescentia. Camarae 4, subglobosae.

(*Najades*, Juss. *Onagrariae*, Decand. *Najaden*, Spreng. *Hygrobiae*, Rich.)

2688. *M. spicatum:* foliis quaternis pinnatis, laciniis oppositis capillaceis, spica terminali verticillata nuda. *M. spicatum.* Linn. sp. 1409. Scop. carn. n. 1180. Poll. palat. n. 905. Roth. II. 2. 481. Willd. IV. 406. Decand. fl. fr. n. 3658. Hoffm. II. 252. Gm. bad. III. 692. Bönningh. l. c. 290. Fl. dan. t. 681.

In aquis stagnantibus, piscinis. ♃. Jun. — Augst. (Planta aquis immersa, ramosissima, spicis tantum emergens. Caules foliosi, ramosi, glabri. Folia quaterna verticillata, pinnata, laciniis filiformibus oppositis. Spica terminalis, floribus verticillatis, verticillis inter se magis minusve remotis, inferioribus femineis, superioribus masculis.)

2689. *M. alterniflorum:* (dioicum?) foliis quaternis parvis, laciniis abbreviatis plerumque alternis,

floribus inferioribus verticillato-congestis, bractea foliacea suffultis, reliquis remotiusculis solitariis alternis. *M. alterniflorum*, Decand. Bönningh. l. c. 291.

In stagnantibus et fossis subturfosis. (Westph. pr. Bentheim aliisque locis versus Belgii fines.) ♃. Jun. — Jul. (Differt a congeneribus: statura multo graciliore, foliis quaternis parvis triplo quam in praecedente minoribus, laciniis abbreviatis plerumque alternis nec oppositis, setaceis, floribus inferioribus 2-3, verticillato-congestis, bractea foliacea suffultis, reliquis remotiusculis solitariis alternis, nec verticillatis, bractea exigua simplici setacea instructis, fructibus subcylindraceis.)

2690. *M. verticillatum:* foliis quinis pinnatis capillaceis, superioribus minoribus, pectinato-pinnatifidis, floribus axillaribus verticillatis. *M. verticillatum*, Linn. sp. 1410. Poll. palat. n. 906. Roth. II. 2. 482. Mich. amer. II. 190. Hoffm. II. 253. Dec. fl. fr. n. 3659. Gmel. bad. III. 693. Schlechtend. 487. Bönningh. l. c.

In fossis, locis inundatis, lacubus. ♃. Jul.—Aug. (Folia quina, superiora minora. Flores axillares, verticillati, inferiores ut in priori feminei. Caulis subsimplex, rarius ramo uno alterove a basi instructus.)

612. SAGITTARIA. *Pfeilkraut.*

Calyx triphyllus, foliolis ovatis concavis persistentibus. Corolla tripetala, petalis planis patentibus calyce multo majoribus. *Masc.* Stamina plurima, in capitulum conferta. *Fem.* Germina numerosa, compressa, in capitulum congesta, extrorsum gibba. Stigmata acuta, persistentia. Camarae numerosae, oblongae, compressae, marginatae.

(*Junci*, Juss. *Alismaceae*, Decand. R. Brown. *Hydrochariden*, Spr.)

2691. *S. sagittaefolia:* foliis sagittatis acutis, lobis lanceolatis rectis. *S. sagittaefolia*, Linn. sp. 1410. Ait. Kew. III. 352. Poll. palat. n. 907.

Roth. II. 2. 480. Scop. carn. n. 1181. Vill. Delp. III. 756. All. ped. n. 863. Dec. fl. fr. n. 1889. Schrank boic. II. n. 866. Hoffm. II. 255. Gmel. bad. III. 694. Fl. dan. t. 172. Engl. Botan. t. 184. Röm. Europ. Fl. II. 57.

In aquis stagnantibus, fluviis, fossis et piscinis. ♃. Jun. — Jul. (Folia plantae junioris longissima, linearia, natantia, adultae longe peticlata, sagittata. Pedicelli terni, uniflori. Petala alba basi violacea. Camarae in globum congestae.)

2692. *S. heterophylla:* foliis ovatis obtusis sagittatis, lobis oblongis rectis retrorsum spectantibus, scapo simplici. Schreb. in Schw. et Körte, Flor. Erlang. II. 119. Loes. Boruss. 234. t. 74. Lob. ic. 301.

In stagnis Germ. (Erlang. Boruss. (Praecedentis varietas esse videtur.)

615. POTERIUM. *Becherblume.*

Flores capitato-spicati, terminales. Perianthium 4-partitum, basi bracteis 3 squamaeformibus cinctum. *Masc.* Stamina plurima, perianthio inserta. Filamenta praelonga, flaccida. *Fem.* in eadem spica supra masculos. Germina 2. Styli 2, colorati. Stigmata penicilliformia. Camarae 2, perianthio persistente incrassato inclusae.

(*Rosaceae* III. *Sanguisorbae*. Juss. *Rosaceae*. Trib. *Agrimoniaceae*, Decand. *Rosaceen* II. *Sanguisorbeen*, Spreng.)

2693. *P. Sanguisorba:* inerme, caulibus subangulosis. Willd. IV. 421. Leers. herb. n. 736. Poll. palat. n. 908. Roth. II. 2. 485. Besser. galiz. n. 1160. M. a Bieberst. Cauc. n. 1911. Decand. fl. fr. n. 3718. Hoffm. II. 254. Gmel. bad. III. 695. Schlechtdl. 488. Bönningh. l. c. Hayne, Abbild. VIII. t. 23. Engl. Bot. t. 860. Schk. t. 300. *P. Sanguisorba*, Linn.

In collibus siccis graminosis pascuis et campis, ad viarum marginalia. ♃. Maj. — Jul. (Folia pinna-

ta, foliolis ovato-orbiculatis dentatis. Florum capitula solitaria, purpurea, floribus superioribus femineis stigmatibus plumosis exsertis.)

2694. *P. polygamum:* inerme, caulibus angulatis, floribus terminalibus femineis, infimis masculis, intermediis hermaphroditis. Willden. IV. 422. Pers. syn. II. *P. polygamum*, Waldstein. et Kit. Pl. r. Hung.

In herbidis siccis. ♃. . . . . (Praecedenti simile, sed caules angulati altiores. Folia lanceolata. Spicae ellipticae, apice femineae, basi masculae et medio hermaphroditae. Sunt nobis speciei huius sicca specimina, in Germania lecta, sed loco non indicato.)

614. JUGLANS. *Wallnuſs.*

Flores masc. in amentum dispositi. Perianthium singulae bracteae interne adnatum, 5-6-partitum, laciniis inaequalibus. Stamina crebra (14-36) hypogyna. Filamenta brevissima, libera. Antherae crassae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. *Flores fem.* gemini terni vel quaterni. Calyx adhaerens, 4-fidus. Corolla 4-petala, calycem inter et stylos inserta, marcescens. Germen uniloculare. Styli duo, brevissimi. Stigmata duo, magna, recurvata, supra papilloso-lacera. Drupa feta nuce ossea bivalvi extus rugosa et irregulariter profunde sulcata, intus semi-quadriloculari monosperma. Semen sinuoso-rugosum, infra quadrilobum. (Kunth in Ann. des sc. nat. 1824. T. II. p. 344.)

(*Terebinthaceae*, Decand. Kunth. *Amentaceen*, Spreng.)

2695. *I. regia:* foliolis subnovenis ovalibus glabris subserratis subaequalibus, fructibus globosis. Decand. fl. fr. n. 4067. Willd. IV. 455. Pers. syn. II. 566. Du Roi Harbk. Baumz. I. 323. Gmel. bad. III. 700. Bechst. Forstb. 192. Bönningh. l. c. 292. Lam. ill. gen. t. 781. *I. regia*, Linn.

Persicae originis arbor, nunc jam dudum in Germania temperatiori inquilina. ♄. April.—Maj.

615. BETULA. *Birke.*

Flores in amentis distinctis. *Masc.* amentum elongato-cylindricum, imbricatum: squamae universales 3-5florae utrinque squamula auctae; squama partialis staminibus 2-4. *Fem.* masculo brevius, receptaculis trilobis. Cupula compressa, bilocularis, biflora, loculo altero abortivo. Styli simplices. Calybion peripteratum (Samara), emarginatum, uniloculare, dispermum. (N. ab E. ined.)

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spreng. *Betulineae*, Rich.)

2696. *B. alba:* foliis deltoideis acuminatis duplicato-serratis glabris, julorum (strobilorum) squamis lobis lateralibus rotundatis, petiolis glabris pedunculo longioribus. *B. alba*. Linn. sp. 1393. Poll. palat. n. 898. Roth. II. 2. 475. Willd. IV. 462. Decand. fl. fr. n. 2106. Borkh. I. 479. Besser galiz. n. 1164. Gmel. bad. III. 675. Bechst. Forstb. 284. Wahlenb. carp. 305. n. 984. Wallr. sched. 494. Schlechtd. ber. 489. Reit. et Abel. t. 15. Schk. t. 283. Guimp. et Hayne. 195. t. 145.

α. *vulgaris:* ramis patentibus, foliis scabris.

β. *pendula:* ramis pendulis foliis laevibus, *B. pendula*, Roth. Hoffm.

γ. *macrocarpa:* ramis pendulis, foliis laevibus, julis oblongis turgidis squamisque longe pedicellatis majoribus.

δ. *microphylla:* foliis minutissimis, julis cylindricis basi attenuata sterilescentibus pedunculum aequantibus. Wallr. l. c.

ε. *verrucosa:* ramis ramulisque erectis papuloso-verrucosis. Wallr. l. c. *B. verrucosa*, Ehrh.

In sylvis nemoribusque, copiose. ♄. Apr.—Maj. (Arbor variae altitudinis, cortice candicante. Valde variat directione ramorum, forma et scabritie foliorum; folia utrinque glaberrima, demum ex papillis depres-

sis scabra, supra saturatius-, subtus dilutius virentia. Amenta *Flor.* ♂. coaetanea, pendula. Amenta ♀ cum foliis ex lateralibus gemmis ramorum prorumpunt, minora, graciliora. Germina 2 — 3, stylis 2 exsertis rubris. Amenti fructiferi s. juli (Strobili) squamae basi cuneatae, apice 3-lobae, lobis lateralibus divaricatis rotundatis, medio minore subtriangulo. Samarae subrotundae, utrinque emarginatae, ala membranacea tenui.)

2697. *B. carpatica:* foliis rhombeis inaequaliter serratis acutis glabris, julorum squamis trifidis ciliatis, lobis inaequalibus, lateralibus patentibus oblique truncatis, petiolis glabris pedunculo longioribus. *B. carpatica*, Waldst. et Kit. pl. rar. Hung. Willd. IV. 464. Pers. syn. II. 572. *B. pubescens*, Auctor. quorund. *B. glutinosa*, Wallr. sched. 497. Bönningh. Monast. 293. *B. alba*, Hornem. Fl. dan. t. 1467. (excl. syn.) *B. pubescens β. glabrata*, Wahlenb. carp. 306.

In nemorosis montosis. (Thuring. Hercyn. Hass. Westph. Siles.) ♄. April. — Jun. (Intermedia inter praecedentem et sequentem, ab utraque distincta: ramis junioribus neque tuberculato-scabris neque pubescentibus, sed nitidis subviscosis, in arbore adulta plerumque verticaliter atque longissime pendulis, foliis longius petiolatis saepe minoribus basi productis rhomboideis, junioribus non rugosis. Paulo serius denique, ac prior, floret. An hujus loci: *Betula aurata*, Bechst. Forstb. 195 et 298. Borkh. I. 498. *B. hybrida*, Bechst. Diana. I. 80. foliis cordato-triangularibus utrinque nitidissimis simpliciter vel duplicato-serratis, ramulis novellis albido-subpubescentibus glandulosisque? quam ipsi cl. auctores hybridam quasi intermediamque inter *Betulam odoratam* et *albam* existimant.)

2698. *B. pubescens*, foliis subrhombeo-ovatis acutis subduplicato-dentatis subtus saltem ad nervos ramulisque pubescentibus, julorum squamis lobis cilia-

tis, lateralibus rotundatis, petiolis pubescentibus. Wild. IV. 462. Pers. syn. II. 572. Hoffm. II. 216. Decand. fl. fr. n. 2107. Gmel. bad. III. 677. Besser galiz. n. 1165. Wahlenb. carp. 306. α. Wallr. sch. 499. Schlechtendl. 490. Bönningh. l. c. 293. *B. pubescens*, Ehrh. Beitr. 6. 98. *B. tomentosa*, Reit. et Abel. Deutsche Holzart. I. 17. t. 15. ? *B. odorata*, Bech. st. Diana I. 71. t. 1. Forstbot. 195 et 294.

In humidis palustribus sylvarum et nemorum inque turfosis udis. ♄. Maj. — Jun. (Rami juniores pubescentes, fere semper erecti. Folia ovata, basi rotundata.)

2699. *B. ovata:* foliis ovatis duplicato - serratis glabris subtus in nervis pubescentibus, julorum squamis lobis aequalibus truncatis nervosis, pedunculis femineis ramosis. *B. ovata*. Schrank. Salisb. n. 159. Ejusd. Bavar. I. 419. Willd. IV. 465. Borkh. I. 514. Dec. fl. fr. n. 2108. Hoffm. II. 247. Gmel. bad. III. 678. Bechst. Forstb. 670. Guimp. et Hayne 199. t. 147. *B. Alnobetula*, Ehrh. Beitr. 2. 72. *Alnus viridis*, Fl. fr. n. 2111.

In alpinis (Styr. Carinth. Salisb. ♄. Jul. (Frutex 2 — 3 pedalis. Rami angulati ferruginei. Folia grosse arguteque serrata obscuro viridia. Habitus *Alni incanae*, junioris.)

2700. *B. nana:* foliis orbiculatis crenatis glabris subtus reticulato - venosis, petiolis brevibus, amentis ovatis erectis. *B. nana*. Linn. sp. 1394. Willd. IV. 465. Du Roi Harbk. Baumz. I. 98. Roth. II. 2. 478. Hoffm. II. 247. Borkhaus. I. 511. Decand. fl. fr. n. 2109. Bechst. 721. Pall. Ross. I. 62. t. 40. Guimp. et Hayne 200. t. 148.

In alpibus in turfosis. (Austr. Salisb. Hercyn.) ♄. Maj. — Jun. (Fruticulus interdum repens. Folia minuta brevi - petiolata, facie nitida obscure viridia, subtus pallidiora. Amenta solitaria, axillaria, parva, ovata, erecta. Julorum squamae profunde trifidae.)

2701. *B. fructicosa:* foliis subrotundo - ovatis inaequaliter serratis glabris subtus reticulato - venosis,

amentis femineis oblongis ventricoso-teretibus. *B. fruticosa*, Pall. Ross. 1. 62. t. 40. Willd. IV. 466. Ejusd. Baumz. 42. Borkh. I. 512. Bechst. Forstb. 670. Hayne Dendrl. Fl. 168. Schlechtd. 491. Guimp. et Hayne 201. t. 149. *B. humilis*, Schrank Bav. I. 305.

In humidis paludosis. (Bav. Megapol. Stargard. Berol.) ♄. April. (Frutex ad summum 5-6 pedalis, ramis junioribus punctis elevatis albidis resinosis scabris. Folia parva, juniora pilis rarissimis hinc inde instructa. Amenta mascula ex propriis gemmis lateralibus solitaria prorumpunt, feminea cum nonnullis foliis, hisce squamae sunt ciliatae. Julorum squamae profunde trifidae, lobis aequalibus obtusis.)

616. OSTRYA. *Hopfenbuche.*

Flores masc. Amentum imbricatum. Squamae ovatae. Staminum filamenta ramosa, antheris emarginatis. *Fem.* Amentum, nudum. Fructus: Calybion inflatum uniglans.

(*Amentaceae*, Juss. *Amentaceen*, Spreng.)

2702. *O. carpinifolia:* foliis ovatis acutis, julis pendulis. *O. carpinifolia*, Scop. carn. n. 1191. *O. vulgaris*, Willd. IV. 469. Bechst. 415. *Carpinus Ostrya*, Linn. Du Roi Harbk. Baumz. I. 127. Lam. Enc. I. 700.

In Austr. Carniol. ♄. Maj.

617. CARPINUS. *Hainbuche.*

Flores masc. in amento elongato-cylindrico squamis ciliatis. Filamenta 16—24; antheris bilocellatis apice barbatis. *Flores fem.* amentum laxum, squamis biflor s. Singuli flosculi receptaculum squamaeforme trifidum, lacinia media majori. Cupula erecta, cyathiformis, margine denticulata, biflora. Styli simplices, divergentes. Calybia uniglandia, compressa, costata. (Nuces Auctor.) In julo ob abortum solitaria, ore den-

tata, cincta receptaculo increscente membranaceo. (N. ab E. ined. Gaertn. t. 89.)'

(*Amentaceae*. Juss. Decand. *Amentaceen*, Spr. *Cupuliferae*, Rich.)

2703. C. *Betulus*: foliis ovali-oblongis acuminatis duplicato-serratis approximate costato-venosis, amenti feminei squamis tripartitis, lobis subserratis, medio elongato lanceolato-lineari. Hayne Dendr. Fl. 168. Willd. IV. 467. Scop. carn. n. 1189. Poll. palat. n. 991. Roth. II. 2. 491. Borkh. I. 516. Dec. flor. fr. n. 2112. Gmel. bad. III. 704 Bechstein. 408. Schlechtend. 494. Bönningh. l. c. Reit. et Abel. t. 12. Guimp. et Hayne 202. t. 150. Schk. t. 304. *C. Betulus*, Linn.

In nemoribus et sylvis. ♄. Maj.—Jun.

2704. C. *orientalis*: foliis ovatis acuminatis duplicato-serrulatis glabris, amenti feminei squamis basi inaequalibus indivisis subangulatis inaequaliter serratis nervosis. *C. orientalis*, Lam. Enc. I. 707. Willd. IV. 468. Pers. syn. II. 573. Borkh. II. 1494. *C. duinensis*, Scop. carn. n. 1190. t. 60.

In Carniolia. ♄. . . . . (Folia nitida, obscure viridia, subtus pallidiora, petiolis teretibus pubescentibus insidentia.)

618. FAGUS. *Buche.*

Flores masc. Amentum breve, calyces subsolitarii, pedunculati, campanulati, quinquefidi, squamis suffulti. Stamina 6-12. Pistilli rudimentum. *Fl. fem.* squamae cum receptaculo connatae in formam involucri quadrifidi, muricati, primum clausi, dein maturo fructu dehiscentis, squamis ad basin stipati. Cupulae 2-3, triquetrae ore lacero triflorae. Calybia demum in singulo involucro indurato 2-3, coriacea, triquetra, abortu monocarpa. (N. ab E. ined.)

(*Amentaceae*. Juss. Dacand. *Amentaceen*, Spr. *Cupuliferae*, Rich.)

2705. *F. sylvatica:* foliis ovatis glabris obsolete dentatis margine ciliatis. Willd. IV. 459. Poll. palat. n. 910. Du Roi Harbk. Baumz. I. 230. Roth. II. 2. 489. Decand. flor. fr. n. 2113. Borkh. I. 727. Gmel. bad. III. 703. Bechst. Forstb. 242. Schlechtendl. 493. Reit. et Abel. t. 6. Guimp. et Willd. 192. t. 143. *F. sylvatica*, Linn.

In sylvis praesertim frondosis. ♄. Maj. — Junius. (Sylvas constituit pulchra haec arbor, ramis truncoque laevibus albido-cinereis. Folia elegantissime ciliata, juniora non minus utrinque ad nervos inque nervorum axillis una cum petiolis pedunculisque sericeo-villosa. Flores coaetanei, masculi subsessiles capitatim compositi, feminei in apicibus ramulorum germinantium pedunculis compressis pollicem et ultra longis. Involucrum induratum, sublignosum muricatum includit calybia (Glandes auct.) 1-3, triquetra.

619. CASTANEA. *Kastanie.*

Flores masc. Amentum cylindricum, laxum, floribus glomeratis subsessilibus. Calyx campanulatus, quinquefidus. *Amenti femin.* squamae connatae in involucrum 4-6 fidum muricatum triflorum. Cupula ovato-conica, 5-6 fida, submultiflora, stylis cylindricis cupulae intus adnatis, extra eam penicilli specie divergentibus rigidis glabris (6-12). Calybia matura gemina vel terna, ovato-subrotunda, compressa, basi derasa, abortu monocarpa. Embryo inversus, cotyledonibus crassis rugosis. (N. ab E. ined. Gaertn. t. 37.)

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spreng. *Cupuliferae*, Rich.)

2706. *C. vesca:* foliis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-serratis, utrinque glabris. Willd. IV. 460. *C. vesca*, Gärtn. de sem. I. 181. t. 37. f. 1. Pers. syn. II. 571. Bechstein. 376. Mössl. 1334. Bönningh. l. c. 292. Reit. et Abel. t. 18. Guimp. et Willd. 193. t. 144. *C. sativa*, Scop. carn. n. 1187. *C. vulgaris*, Decand. fl. fr. n. 2114. *Fagus Ca-*

stanea, Linn. sp. 1416. Du Roi Harbk. Baumz 270. Gmel. bad. III. 702.

In sylvaticis nemorosis German. austr. ♄. Maj. —Jun.

620. QUERCUS. *Eiche.*

Flores masc. Amentum laxum, perianthio 4-5fido nudo. Stamina 5-10. *Amenti femin.* squamae connatae cum receptaculo pateraeformi unifloro. Cupula subintegerrima, clausa, subtriflora. Stigmata 2-3, peltata. Calybion basi receptaculo subsquarroso pateraeformi cinctum solitarium, coriaceum, abortu monocarpum submucronatum. (N. ab E. ined.)

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spr. *Cupuliferae*, Rich.)

α.) *Foliis deciduis.*

2707. *Q. Aegilops:* foliis ovato-oblongis levissime sinuatis subtus cano-pubescentibus, lobis brevissimis mucronatis, receptaculis hemisphaericis squamosis, squamis maximis lanceolatis patentibus. Willd. IV. 448. Pers. syn. II. 570. Decand. fl. fr. n. 2119. Borkhaus. I. 693. Bechst. Forstb. 371. Weise Forstbot. I. t. 3. f. 4. a. b. *Q. Aegilops*, Linn.

In sylvis German. austr. (Carinth. Carniol.) ♄. Maj. (Arbor alta, Robori similis.)

2708. *Q. Robur:* foliis petiolatis oblongis sinuatis basi rotundatis aut subcordato-cuneatis, lobis rotundatis, junioribus subtus pubescentibus, fructibus sessilibus, receptaculis subsemiglobosis verucoso-squamosis glabris, glande (calybio) ventricosa oblonga. *Q. Robur*, Willd. IV. 450. Ejusd. arb. 277. Roth. II. 2. 487. Hoffm. II. 254. Borkh. I. 674. Bechst. 238. Gmel. bad. III. 697. Hayne Dendr. Fl 159. Reit. et Abel. t. 1. Guimp. et Willd. 187. t. 139. Hayne Abbild. VI. t. 35. *Q. sessiliflora*, Sm. britt. 1026.

In sylvis elatioribus, nemoribus. ♄. Maj. (Arbor lente crescens, trunco interdum altissimo et crassissimo.

Flores cum foliis erumpunt; in inferiore parte novorum ramorum ex axillis foliorum pendent spicae 2-4 pollicares floribus masculis glomeratis, glomerulis remotiusculis. In superiore ramulorum parte, in apice et axillis, amenta feminea nonnulla conglomerata sessilia.

2709. *Q. pedunculata:* foliis subsessilibus oblongis profunde sinuatis basi reflexo-cordatis, lobis rotundatis, junioribus senioribusque glabris, glande cylindraceo-oblonga. *Q. pedunculata*, Willd. IV. 450. Pers. syn. II. 570. Hoffm. II. 254. Borkhaus. I. 674. Gmel. bad. III. 698. Bechstein. 222. Hayne Dendr. Fl. 160. Schlechtd. 492. Reit. et Abel t. 2. Guimp. et Willd. 188. t. 140. Hayne Abbild. VI. t. 36. *Q. Robur*, Linn. sp. 1414. Sm. britt. 1026. *Q. feminea*, Roth. II. 2. 488.

Var. β. variegata: foliis variegatis, ramulis albo-fuscoque striatis. Bechst. l. c.

γ. sanguinea: foliis fusco-vel atro-purpureis.

δ. acutifolia: foliis longioribus latioribusque profunde et inaequaliter incisis brevi acuminatis, nervis e foliorum lobulorumque apicibus porrectis. Bechst. l. c.

ε. pyramidalis: ramis ramulisque coarctatis, quo coma efficitur, fere ut in Populo dilatata, extenuata.

ζ. rosacea: foliis oblongo-ovatis basi cuneatis apicem versus latioribus rotundatis, profunde incisis, lobis subovatis margine revolutis, laete viridibus, fructibus cylindricis (1 — ¼ unc.) longis.

η. coriacea: foliis ovalibus glabris crassis coriaceis minus profunde incisis, lobis rotundatis, calybiis magnis, receptaculorum squamis acutis margine villosis. Bechst. l. c.

θ. hybrida: foliis ovatis incisis nervis elevatis, fructibus vel sessilibus 3-4 aggregatis vel brevi

pedunculatis, vel pedunculatis solitariis, receptaculo magno squamis rotundatis. Bechst. l. c.

Iisdem in locis, ac praecedens. ♄. April. — Maj. (Differt a priori: foliis brevius petiolatis interdum fere sessilibus, stylo elongato evidentiore, stigmatibus tribus, glandibus sessilibus longioribus sparsis in pedunculo communi elongato. Tota arbor jam ambitu differt, trunco elatiore subaequicrasso, celerius crescit, prius floret. Folia in utraque specie summopere variabiles, praesertim in junioribus novisque ex truncis caesis propullulantibus ramis.)

2710. *Q. pubescens:* foliis oblongo-obovatis petiolatis sinuato pinnatifidis subtus pubescentibus, lobis obtusis angulatis, basi subcordatis inaequalibus, fructibus subsessilibus. Willd. IV. 450. Pers. syn. II. 570. Borkh. II. 1500. Bechst. Forstb. 369. Guimp. et Willd. 190. t. 141. *Q. pubescens*, Willd. *Q. sessiliflora β.* Sm. britt. 1027. *Q. Robur lanuginosa*, Lam. Enc. I. 709.

In Austr. ♄. Maj. (Differt a Q. Robore, cui similis: statura minori, foliis minoribus brevi petiolatis subtus pubescentibus, vernantibus albido-lanuginosis basi subcordatis, fructibus minoribus obtusis.)

2711. *Q. austriaca:* foliis oblongis leviter sinuatis subtus pubescentibus basi angustatis, lobis brevissimis obovatis acutiusculis integerrimis receptaculo hemisphaerico echinato. *Q. austriaca*, Willd. IV. 454. Pers. syn. II. 570. Bechst. Forstb. 370. Guimp. et Willd. 191. t. 142. *Q. Cerris*, Borkhaus. I. 591. Weise Forstb. I. t. 4. f. 4. a. b.

In Austr. Carniol. ♄. Maj. (Rami juniores puberuli. Folia brevi petiolata, coriacea, basi latiora, facie nitide viridia, punctulis elevatis pilisque sparsis instructa, subtus pallidiora nervis ferrugineis. Glans magna, oblongo-cylindrica.)

β.) Foliis perennantibus.

2712. *Q. Ilex:* foliis ovato-oblongis indivisis serratisque subtus incanis, cortice integro, glande ova-

ta. Willd. IV. 433. Pers. syn. II. 568. Scop. carn. n. 1182. Du Roi Harbk. Baumz. II. 261. Borkh. II. 695. Dec. fl. fr. n. 2121. Bechst. Forstb. 493. Weise Forstb. I. 14. t. 5. f. 4. a. b. c. d. *Q. Ilex*, Linn.

In Carniol. ♄. Maj. (Arbor 30-40 pedalis et altior, sempervirens, cortice cinereo. Folia ovata vel oblongo-lanceolata, acuminata, coriacea, serrata vel integerrima, facie nitida, laete viridia, subtus pallidiora, juniora magis minusve albo-demum fusco-tomentosa. Flores masculi tomentosi, e viridi flavescentes; feminei purpurei. Glandes ovatae, parvae.)

2713. *Q. Suber:* foliis ovato-oblongis indivisis serratisque, adultis subtus cano-pubescentibus, cortice rimoso fungoso, glande oblongo-ovata. Willden. IV. 433. Pers. syn. 568. Du Roi Harbk. Baumz. II. 263. Decand. flor. fr. n. 2122. Borkh. I. 701. Bechst. 492. Weise Forstbotan. I. t. 1. f. 10. Duham. arb. 2. t. 80. *Q. Suber*, Linn.

In Carniol. ♄. Maj. (Arbor 30-40 pedalis, cortice crasso rimoso fungoso, extus cinereo, intus ferrugineo. Folia parva, acuminata, undulata, basi parum in petiolum attenuata, facie nitida, subtus in statu juniori glabriuscula demum albo-tomentosa. Petioli breviores, tomentosi. Fructus brevi pedunculati.)

2714. *Q. coccifera:* foliis ovali-oblongis indivisis spinoso dentatis basi cordatis utrinque glabris, squamis receptaculi patulis. Decand. flor. fr. n. 2123. Willden. IV. 433. Pers. syn. II. 568. Scop. carn. n. 1183. Borkh. I. 699. Bechstein. Forstb. 494. Weise Forstb. I. 14. t. 4. f. 5. *Q. coccifera*, Linn.

In Carniol. ♄. Maj. (Frutex, rarius arbor, variae altitudinis, cortice cinereo. Folia parva, obtusa, coriacea, glabra, facie nitida obscure viridia, subtus pallidiora, margine dentibus spinosis rectis instructa.)

621. CORYLUS. *Haselstaude.*

Flores masc. Amentum cylindricum, squamis trifidis, lacinia media latiore laterales tegente. Stamina

3-8, antheris unilocellatis (?) apice barbatis. *Amentum femin.* terminale, gemmaeforme, squamis arcte imbricatis sterilibus. Flores in centro aggregati, plures. Receptacula (perianthia auctor.) sub tempore florescentiae minutissima, cupularum basibus adnexa, pateraeformia. Cupula bilocularis, biflora. Styli filiformes, pubescentes, colorati. Maturi fructus receptacula parcius aggregata, tubulosa, apice aperta, lacera, monocalybiata. Calybion (Nux) lignosum, bipartibile, monocarpum. (N. ab E. ined. Gaertn. t. 89.)

Amentaceae. Juss. Decand. *Amentaceen.* Spreng. *Cupuliferae*, Rich.)

2715. C. *Avellana:* stipulis oblongis obtusis, receptaculo campanulato apice patulo lacero-deutato, foliis ovato-cordatis acuminatis. Dec. fl. fr. n. 2115. Willd. IV. 470. Scop. carn. n. 1192. Du Roi Harbk. Baumz. I. 173. Poll. palat. n. 912. Roth. II. 2. 490. Hoffm. II. 255. Borkh. I. 720. Gmel. bad. III. 705. Bechst. 545. Schlechtend. 492. Reit. et Abel. t. 36. Guimp. et Hayne 204. t. 153. C. *Avellana*, Linn.

In sylvis, nemoribus, ad sepes. ♄. Mart. — Apr. (Frutex, rarius arbuscula, 10-20 pedalis. Rami juniores et ramuli pubescentes et pilis majoribus capitellatis sunt tecti. Folia petiolata, pubescentia, subtriplicato-serrata. Amenta mascula praecocia, cylindrica, in propriis ramis lateralibus, solummodo pubescentibus. Variat Calybiis receptaculo longioribus aut brevioribus, variae formae at magnitudinis.)

2716. C. *maxima:* stipulis oblongis obtusis, receptaculo tubuloso-cylindraceo apice coarctato inciso-dentato, foliis subrotundis cordatis acuminatis. C. *maxima*, Du Roi Harbk. Baumz. I. 176. Lam. illustr. t. 780. f. 9. C. *tubulosa*, Willden. IV. 470. Pers. syn. II. 571. Bechst. 601. C. *rubra*, Borkh. I. 723. Guimp. et Hayne 306. t. 152.

In arboretis ad sepes. ♄. Mart. — April. (A praecedente differt: receptaculis tubuloso-cylindraceis apice contractis, nec campanulatis, apice patulis. Variat

Calybiis majoribus et minoribus glandeque albida et rubra.)

Monadelphia. *Filamenta inferne coalita.*

622. PLATANUS. *Platane.*

Amenta globosa. *Masc.* squamae truncatae, confertae. Filamentum unum. Antherae 2-3, adnatae. *Fem.* squamae uti in mare. Stylus simplex. Stigma uncinatum. Camara rostrata, monosperma, basi pilis cincta.

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spreng. *Artocarpeae.*)

2717. *P. acerifolia:* foliis cordatis 5-lobis remote dentatis glabris basi truncatis. Willd. IV. 474. Pers. syn. II. 573. Mössl. 1341. Schlechtdl. 495. *P. acerifolia*, Willd.

Patria Amerc. bor. in ambulacris et hortis culta. ♄. Maj. (Arbor. excelsa, insignis cortice quotannis deciduo.)

2718. *P. occidentalis:* foliis 5-angularibus obsolete lobato-dentatis basi cuneatis subtus pubescentibus. Willd. IV. 474. Pers. syn. II. 573. Du Roi Harbk. Baumz. II. 134. Wangenh. Beitr. t. 13. f. 31. Schk. t. 306. *P. occidentalis*, Linn.

Ex Amer. boreal. allatus, iisdem in locis atque praecedens colitur. ♄. Maj.—Jun.

2719. *P. orientalis:* foliis 5-lobo-palmatis basi cuneatis, laciniis lanceolatis sinuatis, stipulis subintegerrimis. Willd. IV. 473. Pers. syn. II. 573. Du Ham. arb. 1. 2. t. 53. *P. orientalis*, Linn.

Cum praecedentibus hinc inde in ambulacris occurrit, sed rarior ob frigoris impatientiam. ♄. Maj.—Jun.

623. XANTHIUM. *Spitzklette.*

Flores compositi. *Masc.* periclinium polyphyllum, imbricatum, multiflorum, clinanthio paleaceo. Flosculi infundibuliformes, 5-fidi. Filamenta (5—10) in tubum connata. Antherae liberae. Styli rudimentum. *Fl. Fem.* periclinium oligophyllum (foliol. 2—8.), biflorum. Paleae duae, magnae, basi connatae atque setosae, flosculos involventes. Stylus simplex, stigmatibus duobus. Achenium unum vel duo, paleis induratis tecta.

(*Compositae*, ord. *Corymbiferae anomalae*, Juss. An. du Mus. VIII. 184. R. Brown. *Urticeae*, Decand. *Urticeen*, Spreng.)

2720. *X. strumarium:* caule inermi, foliis cordatis trinervatis. Dec. fl. fr. n. 2139. Willd. IV. 373. Scop. carn. n. 1177. Poll. palat. n. 902. Roth. II. 2. 492. Hoffmann. II. 256. Gmel. bad. III. 686. Schlechtdl. 485. Fl. dan. t. 970. Schk. t. 291. *X. strumarium*, Linn.

In ruderatis ad vias, sepes. ☉. Augst.—Septbr. (Caulis erectus, ultrapedalis. Folia subcordata, magna. Flores racemosi, inferiores feminei, masculi ad apicem glomerati.)

624. PINUS. *Fichte. Föhre.*

Amentum masc. compositum. Filamenta monadelpha. Antherae apice membranaceo-cristatae. *Amenti fem.* squamae parvae, orbiculatae. Receptacula incrassata, truncata, biflora. Cupulae inversae. Squamae strobili e receptaculis oriundae, apice incrassatae, truncato-sexangulares, mucronatae vel umbilicatae. Calybia apice alata. (N. ab E. ined.)

(*Coniferae*, Juss. Decand. *Zapfenbäume*, ord. *Pineen*, Spreng. Trib. *Pineae*, cupulis geminis inversis.)

2721. *P. sylvestris:* foliis geminis rigidis, strobilis ovato-conicis acutis longitudine foliorum,

subgeminis basi rotundatis reflexis, squamarum apice subdeflexo. *P. sylvestris*, Ait. Kew. III. 366. Willd. IV. 494. Ejusd. Arb. 205. Scop. carn. n. 1196. Poll. palat. n. 913. Besser galiz. n. 1170. Borkh. I. 403. Decand. fl. fr. n. 2054. Bechst. 507. Gmel. bad. III. 707. Wahlenb. carp. 310. n. 997. Schlechtendl. 496. Reit. et Abel. t. 97. Guimp. et Hayne t. 153.

β. *P. Mughus:* trunco subnullo, ramis longis flexilibus divaricatis terrae adpressis, apice adscendentibus, foliis paulo longioribus. *P. sylvestris*, var. Wahlenb. l. c. *P. Mughus*, Jacq. ic. rar. I. t. 193.

In montosis, sylvis β. in summis montosis alpinis humidis subpaludosis. ♄. Maj. — Jun. (α. Arbor usque ad centum pedes adscendens, trunco erecto, ramis epidermide secedente dilute rufo-fuscescente tectis, cortice inferne rimoso. Amenta fem. in apicibus turionum proveniunt, primum parva, erecta, rubra, altero anno deflexa, et autumno matura, tum tertio anno semina spargentia. Flores ♂. conferti, in apicibus ramorum. β. notis jam indicatis a var. α. recedit.)

2722. *P. Mughus:* foliis geminis rigidis adpressis strobilo longioribus, strobilis subrotundo-ovatis obtusis erectis, squamis inermibus, ramis decumbentibus trunco longioribus. *P. Mughus*, Scop. carn. n. 2. 247. Wahlenb. carp. 311. n. 998. *P. Pumilio*, Waldst. et Kit. pl. r. Hung. II. 160. t. 149. Willd. IV. 495. Borkh. I. 423. Hoffm. II. 256. Gmel. bad. III. 707. Besser. galiz. n. 1171. Bechst. 540. Guimp. et Hayne 210. t. 154. Lamb. descript. of. pin. 5. t. 5.

In alpinis (Bav. Suev. Salisb. Siles. Sudet. M. D. Bad. sup.) ♄. Jun. — Jul. (His in terris a *P. sylvestri* semper diversa esse apparet et nullum transitum ostendere videtur; verum in sylva magna abietina optime conservat suum habitum singularem ramis admodum flexilibus fere funiformibus simpliciusculis, colore foliorum coerulescente, strobilis erectis. Wahlenb.)

2723. *P. Pinaster:* foliis geminis margine subasperis elongatis rigidis, strobilis oblongo-conicis folio brevioribus basi attenuatis, squamis echinatis. Ait. kew. III. 367. Willd. Baumz. 207. sp. pl. IV. 496. Lamb. descript. 9. t. 4. 5. Pers. syn. II. 578. Borkh. I. 426. Bechst. 551. Höss. in Bot. Zeit. 1825. I. 113. *P. Pinaster*, Willd. *P. sylvestris γ.* Linn. sp. pl. 1418. *P. maritima*, Lam. Enc. V. 337.

In nemorosis (Austr.) ♄. Maj. — Jun. (Arbor excelsa, ramis divaricatis. Folia gemina, rigida, pungentia, subtus convexa, supra canaliculata, acuminata, atro-viridia, strobilis longiora. Strobili oblongi, ovati, obtusi, basi attenuati, squamis rhomboideis apice mucrone pungente instructis. Calybia ovata.)

2724. *P. Pinea:* foliis geminis molliusculis primordialibus glaucis ciliatis, strobilis ovatis obtusis subinermibus foliis longioribus. Willd. IV. 97. Ejusd. Baumz. ed. 2. 268. Du Roi Harbk. Baumz. II. 39. Scop. carn. n. 1197. Decand. fl. fr. n. 2058. Borkh. I. 428. Bechst. 584. Du Hamel Arb. II. t. 27. Kerner 3. t. 31. *P. Pinea*, Ait. kew. III. 368.

In German. austral. (Carniol.) ♄. Maj. (Strobili maximi; nuculae edules ex alis solutae.)

2725. *P. Cembra:* foliis quinis rigidis, strobilis ovato-oblongis obtusis, squamis adpressis ovalibus concavis planis. Willd. IV. 500. Ejusd. Baumz. 270. Du Roi Harbk. Baumz. II. 51. Pers. syn. II. 578. Decand. fl. fr. n. 2061. Borkh. I. 437. Bechst. 551. Wahlenb. carp. 309. n. 996. Reit. et Abel. t. 31. Pall. ross. I. 3. t. 2. *P. Cembra*, Linn.

In montosis alpinis (Styr. Carniol. Salisb. Bav.) ♄. Maj. — Jun. (Folia acutiuscula, margine scabra, nitida, facie sulcata, subtus nervo medio elevato instructa. Strobili oblongo-ovati, basi planiusculi, apice rotundati, squamis subrotundo-ovatis adpressis. Nucula elliptica, dura.)

625. ABIES. *Tanne.*

Amentum masc. subsimplex. Filamenta monadelpha; antherae apice membranaceo-cristatae. *Ament. fem.* squamae rotundatae, parvae. Receptacula ovata, plana, biflora. Cupulae inversae. Squamae strobili planae, apice tenues. Calybia apice alata. (Folia solitaria, disticha vel subdisticha.) (N. ab E. ined.)

(*Coniferae*, Juss. Decand. *Zapfenbäume*, ord. *Pineen*, Spreng. Tribus *Pineae*, cupulis inversis.)

2726. *A. excelsa:* foliis 4-gonis, strobilis pendulis cylindricis, squamis rhombeis complanatis margine repandis sub-erosis. *A. excelsa*, Decand. fl. fr. n. 2062. *Pinus Abies*, Linn. sp. 1421. Scop. carn. n. 1194. Roth. II. 2. 495. Willd. IV. 506. Ejusd. Baumg. 279. Hoffm. II. 257. Gmel. Bad. III. 710. Schlechtendl. 497. Schk. t. 308. *P. Picea*, Du Roi Harbk. Baumz. II. 110. Borkh. I. 382. Reit. et Abel t. 99.

In sylvis. ♄. Maj. — Jun. (Rami patentissimi, inferiores longiores sensim apicem versus decrescentes. Folia brevia, facile exsiccatione decidua, oblique tetragona, acuta, omnino viridia. Strobili penduli, cylindrici, utrinque attenuati. Squamae ovatae, obtusae, margine undulatae. Calybia oblique cordata, nigro-fusca.)

2727. *A. Picea:* foliis planis emarginatis integerrimis, squamis strobili erecti obtusissimis adpressis. *A. pectinata*, Dec. fl. fr. n. 2063. *Pinus, Picea*, Linn. sp. 1420. Scop. carn. n. 1193. Poll. palat. n. 914. Roth. II. 2. 496. Willd. IV. 504. Ejusd. Baumz. 275. Hoffm. VI. 257. Bechst. 515. Gmel. bad. III. 709. Schlechtdl. 496. Lamb. l. c. t. 30. *Pinus Abies*, Du Roi Harbk. Baumz. II. 95. Borkhaus. l. c. Reit. et Abel. t. 98.

In sylvis et nemoribus montosis. ♃. Maj. — Jun. (Arbor alta, spectabilis, cortice albido laevi insignis. Folia in utroque latere ramorum disposita, disticha, facie sursum versa, dorso terram spectante, lineis dua-

bus albidis notata. Strobili cylindracei, apicem versus attenuati, erecti.)

626. LARIX. *Lerche.*

Amentum masc. subsimplex. Filamenta monadelpha; antherae apice squamula subglandulosa. *Amenti fem.* squamae cuspidatae. Receptacula rotundata, plana, biflora. Strobili squamae planae, apice tenues. Calybia apice alata. (Folia primordialia alterna solitaria, reliqua fasciculata plura.) (N. ab E. ined.)

(*Coniferae*, Juss. Decand. *Zapfenbäume*, ordin. *Pineen*, Spreng.)

2728. *L. europaea:* foliis fasciculatis deciduis, strobilis ovato-oblongis obtusis, squamis margine reflexis laceris. *Pinus Larix*, Linn. sp. 1420. Scop. carn. n. 1198. Roth. II. 2.495. Willd. IV. 503. Ejusd. Baumz. 274. Du Roi Harbk. Baumz. II. 61. Borkh. I. 444. Gmel. bad. III. 708. Bechst. 500. Reit. et Abel. t. 96. Guimp. et Hayne. 211. t. 155. *Larix europaea*, Decand. fl. fr. n. 2064.

In sylvis montanis, subalpinis. (Austr. Siles. Styr. Bavar. Salisb. Carinth. Carniol.) ♄. Maj. — Jun. (Folia annua linearia, plana, obtusiuscula, glaberrima, basi vagina brevi in lacinias multas breves rotundatas divisa, cincta. Flores masculi e propriis erumpunt gemmis. Amenta feminea rubescentia, cum foliis prodeunt. Strobili reflexi oblongi, ovati, utrinque rotundati, apicem versus subattenuati. Squamae demum patentiusculae, striatae.)

627. CUPRESSUS. *Cypresse.*

Amentum masc. simplex, squamis peltatis antheras 4 subtus adnatas ferentibus. *Amenti fem.* squamae connatae cum receptaculis ovatis crassis multifloris. Cupulae erectae. Strobili squamae (e receptaculis squamisque amenti conjunctis oriundae) peltatae, in medio apice mucronatae. Calybia 4—6 nuda ad ba-

sin squamarum. Albumen subnullum. N. ab E. ined. (Gärtn. t. 91.)

(*Coniferae*, Juss. *Zapfenbäume*, ord. *Junipereen*, Spreng.)

2729. *C. sempervirens:* ramis 4-angulis, foliis quadrifariam imbricatis obtusis convexis adpressis, strobilis globosis, squamis muticis, ramis strictis. Willd. IV. 511. Scop. carn. n. 1199. Pers. syn. II. 580. Borkh. I. 465. Bechst. 542. Schk. t. 310. *C. sempervirens*, Linn.

In German. austral. (Carniol.) ♄. Maj.

628. BRYONIA. *Zaunrübe.*

Calyx adhaerens, supra coarctatus, apice dilatatus in limbum 5-fidum. Corolla obtuse 5-partita. *Masc.* Stamina 3, quorum 2 basi coalita. *Fem.* Stylus 3-fidus. Fructus: Pepo ante maturitatem 3-locularis, loculis 2-spermis, semine uno alterove abortu deficente.

(*Cucurbitaceae*, Juss. Dec. *Cucurbitaceen*, Spr.)

2730. *B. alba:* foliis cordatis 5-lobis dentatis calloso-asperis acutis, floribus corymbosis monoicis, calycibus femineis corollam aequantibus. Willd. III. 621. Pers. syn. II. 595. Roth. II. 2. 497. Hoffm. II. 258. Gmel. Bad. III. 712. Schlechtdl. 497. Fl. dan. t. 813. Schk. t. 316. Hayne, Abbild. VI. t. 23. *B. alba*, Linn.

In sepibus ad pagos inque dumetis. ♃. Maj. — Jun. (Radix crassa, napiformis, tuberculis sparsis obsita. Caules plures, debiles, scandentes. Folia alterna, petiolata; ad latus baseos petioli oritur cirrhus simplex, solitarius. Corymbi axillares, pedunculati, pauciflori, inferiores masculi, superiores feminei breviores. Baccae globosae, *nigrae*.)

2731. *B. dioica:* foliis cordatis 5-lobis dentatis calloso-asperis acuminatis, floribus corymbosis dioicis, calycibus femineis corolla brevioribus. Willd.

IV. 621. Pers. syn. II. 595. Roth. II. 2. 498. Hoffm. 258. Decand. flor. fr. n. 2822. Gmel. Bad. III. 71. Engl. Bot. t. 439. Hayne, Abbild. VI. t. 24. *B. dioica*, Jaquin. Austr. t. 199.

Iisdem in locis, ac praecedens, sed rarior. ♃. Jun. — Jul. (Differt a priore: radice non tuberculis obsita, foliorum lobis magis oblongis acuminatis, corymbo florum femineorum brevius pedunculato vel sessili, floribus majoribus, filamentis basi tenuiter pilosis fructibus *scarlatinis*.)

Classis XXII.

DIOECIA. *Flores masculi et feminei in diversis plantis.*

DIANDRIA. *Stamina 2.*

---

629. SALIX. *Weide.*

Flores dioici vel monoici. Amentum oblongum. Squamae imbricatae, oblongae, planae, patentes. Perianthium nullum loco ejus glandula cylindracea, minima truncata. *Fl.* ♂. Stamina 1 — 5, antheris didymis. *Fl.* ♀. Glandula loco receptaculi. Stylus bifidus, stigmatibus 2, integris, bifidis bipartitisve. Capsula ovato-subulata, unilocularis, bivalvis, valvulis revolutis. Semina numerosa, minima, undique comosa, parietibus capsulae affixa.

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spreng. *Saliceae*, Rich.

α.) *Foliis glabriusculis serratis.*

2732. *S. purpurea:* monandra decumbens, foliis obovato-lanceolatis serratis glabris, amentis praecocibus, germinibus ovato-ellipticis parvis sericeis,

stigmatibus brevissimis ovatis subsessilibus. *S. purpurea*, Linn. sp. 1444. Huds. Angl. 2. 4 7. Poll. palat. n. 919. Smith. britt. 1039. Willd. IV. 2. 672. Bechst. 673. Gmel. Bad. III. 726. Mössl. 1372. Sturm. I. 25. Guimp. et Hayne, t. 169. *S. monandra*, Arduin. mem. I. sp. 67. t. 11. *S. Helix. var. purpurea*, Borkh. I. 560.

In pascuis paludosis ad ripas fluminum et fossarum. ♄. Mart. — April. (Frutex decumbens, 2—4 pedalis et altior. Rami adscendentes, lucidae, saepissimae purpureae, tenacissimae. Folia alterna inferiora saepe opposita, petiolata, obovato-lanceolata, subacuminata, apicem versus praecipue serrulata, glabra, subtus glauca. Stipulae nullae. Amenta mascula subsessilia, cylindrica, gracillima. Stamen unicum. Anthera fulva. Amenta feminea masculis subsimilia. Germen subsessile, ovato-ellipticum, sericeum. Stigmata subsessilia, integra, superne sulco exarata. Capsula sericea. A sequente differt: caulibus decumbentibus, ramis multo tenacioribus, magis purpureis, foliis maxime amaris, inferioribus saepissime oppositis. amentis femin. brevioribus et gracilioribus, subsessilibus, stigmatibus subsessilibus, integris.)

2733. *S. Helix:* monandra erecta, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis glabris, amentis praecocibus, germinibus ovatis sericeis, stylo elongato filiformi, stigmatibus linearibus. *S. Helix*, Linn. sp. 1444. Poll. palat. n. 920. Smith. britt. 1040. Du Roi Harbk. Baumz. II. 398. Borkh. I. 560. Bechst. 617. Gmel. Bad. III. 727. Schlechtdl. berol. 501. Guimp. et Willd. t. 170. *S. monandra*, Hoffm. salic. t. 1. f. 1. 3. t. 5. f. 1. t. 23. f. 1. Vill. Delph. III. 767. Willd. Arb. 336. Roth. II. 507.

In dumetis humidis, ad ripas et vias. ♄. Febr. — April. (Frutex seu arbuscula 3—4 pedalis erecta. Rami alterni erecti cinerei, olivacei, aut plus minusve fusco-purpurascentes. Folia alterna, superiora saepe opposita, petiolata, lineari-lanceolata, utrinque atte-

nuata, a medio ad apicem serrata, glabra, subtus glauca. Stipulae nullae. Amenta masc. opposita alternave, saepe subterminalia, cylindrica, gracilia, compacta, erectiuscula, saepe curvata. Filamentum unicum in singulo flore, erectum, pilosum. Anthera primo rubello-aurantiaca, demum nigricans.)

2734. *S. Lambertiana:* monandra erecta, foliis ovato-lanceolatis acutis glabris, amentis praecocibus, germinibus crassis sericeis, stigmatibus brevissimis ovatis emarginatis. *S. Lambertiana*, Smith. br. 1041. Willd. IV. 2. 673. Pers. syn. II. 600. Gmel. bad. III. 728. Link. En. hort. B. II. 416. Engl. Bot. t. 1359.

In salicetis (Francon.) ♄. . . . . (Magnitudine et forma praecedentis. Folia subopposita vel alterna, breviora quam in praecedente breviusque petiolata obovato-lanceolata acuminata, apicem versus serrata, glabra, subtus glaucescentia. Stipulae nullae. Amenta minora quam in *S. Helice*, squamis orbiculatis nigris. Germen sessile ovato-ellipticum crassum, sericeum. Stylus brevissimus. Stigmata parva, ovata, patentia, sulcata emarginata.)

2735. *S. fissa:* foliis lineari-lanceolatis, elongatis acutis serrulatis glabris, amentis praecocibus, filamentis basi subconnatis. *S. fissa*, Hoffm. Sal. 61. t. 13. f. 1. 2. t. 14. f. 3. 4. Roth. II. 2. 510. Borkh. I. 563. Sering. Saul. 32. *S. rubra*, Smith. britt. 1042. Willd. IV. 2. 674. Huds. angl. 2. 428. Gmel. Bad. III. 729. Bechst. 619. *S. virescens*, Vill. delph. III. 785. *S. membranacea* et *S. olivacea*, Thuill. Fl. Par. 515.

In aquosis, uliginosis, ad ripas, rarior. ♄. April. (Frutex, saepe Arbuscula. Rami glabri, cinereo-fusci, saepe rubentes, nitidi. Folia alterna, lineari-lanceolata, acuminata, margine serrulata, basi angustiora, supra saturate viridia glabra, subtus pallidiora per lentem vitream spectata, pilis tenuissimis munita. Stipulae saepe nullae, quandoque lineari-lanceolatae.

Germen oblongam, basi ventricosum, albido - sericeum. Filamenta duo, basi plus minusve coalita.)

2736. *S. fragilis:* foliis lanceolatis acuminatis concoloribus glabris glanduloso - serratis, amentis coaetaneis, nectario masculorum gemino, germinibus subsessilibus lanceolatis glabris. Willd. IV. 2. 669. Sm. britt. 1051. Linn. Lapp. 349. t. 8. f. 6. Du Roi Harbk. Baumz. II. 395. Willd. arb. 336. Decand. flor. fr. n. 2080. Gmel. bad. III. 715. Bechst. Forstb. 401. Guimp. et Willd. t. 167. Sturm. I. 25. *S. fragilis*, Linn. *S. decipiens*, Hoffm. Sal. 2. 9. t. 31. *S. pendula*, Seringe ex part.

In salicetis, ad vias, pagos, fossas. ♄. April. — Maj. (Rami subcinerei quandoque fusco - rubelli. Folia utrinque glabra, glanduloso - serrata, concoloria, vel subtus subglaucescentia. Petioli interdum superne pubescentes, glandulisque sparsis instructi.)

2737. *S. Russeliana:* foliis lanceolatis acuminatis serratis glabriusculis subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis, germinibus lanceolato - subulatis subpedicellatis glabris. *S. Russeliana*, Sm. britt. 1045. Willd. IV. 2. 636. Pers. syn. II. 598. Wallr. sched. I. 101. Schultz. fl. Stargard. suppl. 48. Link. En. Pl. Hort. berol. II. 413. Schlechtdl. I. 500. Bönningh. Monast. 296.

In paludosis, pratis, ad fossas vias passim. ♄. Jun. (Differt a *S. fragili*, maxime affini: ramulis dilute purpureis minus nitentibus magis elongatis vimineis multo minus fragilibus, foliis longioribus angustioribus utrinque magis attenuatis tenuioribus, subtus plerumque glaucis (interdum autem) utrinque viridibus *Sm.*) crebrius subtiliusque serratis, germinibus subsessilibus basi modice attenuatis oblongis minus elongate acuminatis.)

2738. *S. Hoppeana*, foliis lanceolatis utrinque attenuatis serratis subtus glaucis, amentis coaetaneis triandris polygamis, germinibus pedicellatis oblongo - lanceolatis glabris, stigmatibus sessilibus. Willd. IV.

2. 654. Pers. syn. II. 598. Link. En. Hort. Berol. II. 413. Bechst. Forstb. 616. Sturm. 25. Guimp. et Willden. 218. t. 158. *S. Hoppeana*, Willden. *S. androgyna*, Hoppe *S. triandra* B. *androgyna*, Seringe saules de la Suisse 76.

In Salicetis (Salisb.) ♄. April. — Maj. (Folia lanceolata, acuminata, in petiolum longe decurrentia, supra saturate viridia nitida, subtus glauca glabra, margine serrata. Stipulae semicordatae, subtus glaucae. Amenta coaetanea, superne feminea, inferne mascula, interdum mere dioica. Squamae oblongae, obtusae, pilosae. Antherae subrotundae, flavae. Germen oblongo-lanceolatum, longe pedicellatum, glabrum. Stigmata bina, emarginata, sessilia, subpatula.)

2739. *S. triandra:* foliis lineari-lanceolatis acuminatis serratis glabris, basi attenuatis, subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis triandris, femineis laxis flexuosis, germinibus oblongis tuberculatis, stigmatibus sessilibus. Willd. IV. 2. 654. Smith. brittan. 1044. Leers. herb. n. 745. Poll. pal. n. 916. Roth. II. 501. Sut. helv. II. 279. Decand. fl. fr. n. 2074. Gmel. bad. III. 718. Hoffm. Salic. t. 9. 10. Sturm. I. 15. *S. triandra*, Linn.

β. foliis majoribus subtus viridibus.

γ. foliis oblongo-ellipticis concoloribus utrinque splendentibus repando-dentatis, stipulis suborbiculatis subintegerrimis. Schultz. fl. Starg. suppl. 45.

In humidis, pratis paludosis ad rivulos et fossas. ♄. April. — Maj. (Frutex rarius arbor, ramis erectis subvirgatis flexilibus tenacibus, cortice e cinereo aut fusco virescente instructis aut flavescentibus. Folia varia serrata, glabra, nitentia, subtus pallidiora glaucescentia, aut undique viridia nitentia, basi glandulis aliquot obsessa. Stamina plerumque 3, basi libera. Squama oblonga albida villosula rugosa concava. Nectarium duplex.)

2740. *S. amygdalina:* foliis ovato-ellipticis acutis serratis, basi obtusis subobliquis, subtus glau-

cis niveisque, amentis coactaneis triandris, femineis erectis strictis germinibus sessilibus. Schultz Fl. Starg. suppl. 46. Smith. brittan. 1045. Pers. syn. II. 599. Decand. fl. fr. n. 2075. Spreng. hal. 272. *S. amygdalina*, Linn. Lapp. *S. hastata* et *S. triandra*, Thuill. Par. 512. 513.

α. foliis utrinque concoloribus.

β. foliis subtus opacis niveo-glaucis. Koch. botan. Zeit. 1820. I. 311. *S. villarsiana*, Willden. IV. 2. 655.

In pratis humidis, paludosis ad rivulos, fossas cum praecedente sed rarior. ♄. April.—Maj.

2741. *S. praecox:* foliis lanceolatis acuminatis glabris serratis subtus glaucis, petiolis tomentosis, amentis praecocibus, germinibus sessilibus ovatis glabris. Willd. IV. 2. 670. Guimp. et Willd. t. 168. Sturm. I. 25. Bechst. Forstb. 403. Seringe 55. *S. praecox*, Hoppe. *S. bigemmis*, Hoffm. Borkh. I. 571. *S. daphnoides*, Sut. Helv. II. 281.

Ad ripas (Austr. Carinth. Carniol. Salisb. etc.) ♄. Mart. — April. (Arbor 20-40 ped. ramis fuscis fragilissimis. Folia lato-lanceolata, acuminata, glabra, supra nitida, subtus glauca, juniora magis minusve albida, pubescentia. Petioli ut ramuli juniores tomentosi. Stipulae lanceolato-cordatae, serratae. Gemmae crassae, quandoque geminae. Amenta cylindracea, villosa, squamis lanceolatis villosis. Germen glabrum. Stylus elongatus.)

2742. *S. cinerea:* foliis subintegerrimis obovato-lanceolatis subtus reticulato-venosis glaucis subvillosis. *S. cinerea*, Smith. britt. 1063. *S. daphnoides*, Vill. Delph. III. 765. Decand. flor. fr. n. 2078. *S. oleifolia*, Angl. secund Koch. in litt.

In paludosis subhumidis. ♄. . . . .

2743. *S. undulata:* foliis lanceolatis acuminatis basi obtusis argute undulato-serratis, amentis coa-

taneis triandris, germinibus oblongo-lanceolatis pubescentibus. Willd. IV. 2. 655. Ejusdem. arb. 322. Hoffm. II. 260. Pers. syn. II. 598. Bechst. l. c. 615. Bönningh. l. c. 296. Guimp. et Willd. 220. t. 160. *S. undulata*, Ehrh. Beitr. 6101.

Ad ripas fluviorum praecipue German. septentrionalis. ♄. Maj. (Frutex, rarius Arbor, foliis basi rotundato-obtusis, subtus pallidioribus vix glaucescentibus, germinibus pubescentibus, stylis elongatis a basi ad medium usque conglutinatis. Variat amentis androgynis magnitudineque foliorum et stipularum.)

2744. *S. babylonica:* foliis lineari-lanceolatis subserratis glabris, amentis coaetaneis, ramis elongatis pendulis. Willd. IV. 2. 671. ejusd. Baumz. 436. Du Roi Harbk. Baumz. II. 397. Dec. fl. fr. n. 2076. Gmel. bad. III. 724. *S. babylonica*, Linn. *S. propendens*, Seringe 73.

Ex oriente orta, in humidis culta. ♄. Maj. (Arbor pulcherrima, saepe et praesertim in locis humidiusculis sat procera. Rami praelongi, tenues, penduli. Folia plerumque lineari-lanceolata, glabra, serrata, subtus glaucescentia, supra laete viridia. Stipulae minimae.)

2745. *S. Meyeriana:* foliis oblongo-lanceolatis acuminatis glabris, petiolis superne glandulosis, amentis serotinis triandris, staminibus reflexis, germinibus lanceolatis glabris. Willden. Baumz. ed. 2. Bechst. Forstb. 489. 427. Link. En. II. 413. Linn. syst. veg. Ed. Spreng. I. 100. Mössl. 1368. Schlechtendl. I. 500. Guimp. et Willden. deutsche Holzart. fasc. 27. t. 162. *S. Meyeriana*, Rostcovius.

Ad margines fossarum. (Pommer. Berol.) ♄. Maj. (Arbor mediocris, ramis canis nitentibus. Folia basi obtusa acuminata, aequaliter obtuse glanduloso-serrata, superne nitentia. Amenta mascula cylindrica, squamis oblongis obtusis fimbriatis reflexis. Stamina 3-4.)

2746. *S. cuspidàta:* foliis elliptico lanceolatis longe acuminatis serratis glabris subtus glaucescentibus, stipulis semicordatis crenatis obliquis, petiolis glandulosis, amentis coaetaneis laxis subtetrandris. Schulz. fl. Stargard. suppl. 47.

In salicetis, pratis sylvaticis, ad vias. ♄. Maj. — Jun. Arbor excelsa, vegetissima, *a Salice pentandra* recedens, ramulis viridi-purpureis minus splendentibus fragilissimis, foliis angustioribus longissime acuminatis, petiolis longioribus minusque glandulosis, stipulis maximis obliquis acutis, in quocunque ramulo conspicuis, amentis masculis gracilioribus laxis squamis oblongis acutiusculis villosioribus integerrimis, staminibus 3-4 rarius 5. — Vix differt a Salice Mayeriana.)

2747. *S. pentandra:* foliis ovato-ellipticis, acuminatis serratis glabris, petiolis superne glandulosis, amentis serotinis polyandris, germinibus lanceolatis glabris. Willd. IV. 2. 658. Smith. britt. 1046. Decand. fl. fr. n. 2079. Roth. II. 502. Vill. Delph. III. 764. Wahlenb. Lapp. n. 470. Spreng. Bechst. l. c. 487. Seringe Saules p. 68. Schulz. fl. Starg. suppl. 46. Guimp. et Hayne 221. t. 161. *S. pentandra*, Linn. Lapp. t. 8. f. 2.

Ad margines paludum fluviorum fossarumque German. septentrionalis, rarior. ♄. Maj. — Jun. (Arbor mediocris, plerumque arbuscula, ramis fuscis nitentibus, minus fragilibus. Folia ovato-elliptica acuta s. acuminata, crassiuscula, glaberrima, splendentia, subtus pallidiora. Amenta mascula turgida, densissima, squamis obovatis obtusis. Stamina 6—9, basi hirsuta, germen glabrum, nitidum. Stigmata patentia, subrecurva, emarginata.)

2748. *S. phylicifolia:* foliis ovato-lanceolatis vel oblongis glabris acuminatis undulato-serratis, supra viridibus splendentibus, subtus incano-glaucescentibus, amentis praecocibus, germinibus glabris, stylis elongatis. *S. phylicifolia*, Linn. Lapp. n. 351. t. 8. f. 5. Wahlenb. Lapp. n. 270. t. 17. f. 2. Smith.

britt. 1049. Willd. IV. 2. 659. *S. hastata*, Hoppe Seringe (nec Linn.) *S. stylaris*. Seringe 62. (ex part.) *S. appendiculata*. Vill. Delph. III. 775.

Ad fluviorum ripas. (Salisb. Carinth. Francon. Erlang. etc. passim) ♄. (Rami fuscescentes vel fusco-nigricantes. Folia forma ac magnitudine varia, nunc elliptica nunc ovata, oblonga, nunc ovato-lanceolata, nunc oblongo-lanceolata, nunc lanceolata angustata, acuminata, magis minusve profunde serrata, vel undulato-serrata, glabra, supra saturate viridia nitida, subtus glauca, juniora cano-pubescentia. Germina glabra, vel villosa. Stylus elongatus. Stigma bifidum. Capsula pedicellata, acuminata.)

2749. *S. Wulfeniana*: foliis ellipticis obtusiusculis serratis glabris subtus glaucescentibus, amentis praecocibus, capsulis ovatis demum glabris. Willd. IV. 2. 660. Pers. syn. II. 599. Bechst. Forstb. 676. Mössl. 1369. *S. Wulfeniana*. Willd. *S. phylicaefolia*. Wulf. in Jacq. Coll. II. 139. Host. syn. 526. Sturm. I. 25.

In alpibus (Carinth.) ♄. April.—Maj. (Frutex 4-5 pedalis. Rami fusco-nigricantes. Folia elliptica utrinque glabra, juvenilia pubescentia, supra nitida subtus glaucescentia, juniora obtusa, adulta acutiuscula, basi parum angustata, serrata, serraturis in adultis undulatis, glabra. Germen ovatum vel oblongo-ovatum, subpubescens. Capsula glabra.)

2750. *S. Weigeliana*: foliis ellipticis acutis apice dentatis basi integerrimis glabris subtus glaucescentibus, amentis subpraecocibus, germinibus oblongis sericeo-hirsutis, stylis elongatis. Willd. IV. 2. 61 . Pers. syn. II. 601. Bechst. l. c. 675. Mössl. l. c. Guimp. et Hayne, 231. t. 173. (Huc pertinere videtur *S. tenuifolia*, Engl. Bot. sec. Koch in Litt.)

In montibus (Siles) ♄. . . . . (Rami fusci. Folia elliptica breve acuminata, a medio ad apicem dentata, basin versus integerrima, supra nitida laete viridia, subtus pallidiora glaucescentia praesertim juniora,

utrinque glabra. Stipulae parvae, lanceolato-subulatae, subintegerrimae. Germina oblonga, dense pilis albis sericeis tecta. Stylus elongatus ad medium usque bipartitus.)

2751. *S. silesiaca:* foliis ellipticis utrinque acutis glabris concoloribus serratis, costa media petiolatis foliisque junioribus pubescentibus, amentis praecocibus germinibus pedicellatis ovato-lanceolatis glabris. Willd. IV. 2. 660. Pers. syn. II. 599. Bechst. Forstb. 676. Spreng. syst. veg. Linn. I. 98. Mössl. 1369. Schk. t. 317. f. 1. Guimp. et Hayne, t. 164.

β. capsulis sericeis.

In montibus (Siles. Sudet.) ♄. . . April.—Maj. (Rami obscure fusci. Folia elliptica, utrinque glabra, concoloria, basi apiceque acuta, serrata, basi integerrima, costa media subtus pubescentia, supra quandoque glabra. Juniora folia pubescentia subtus albida. Stipulae magnae semicordatae, serratae. Germina ovato-lanceolata, longissime pedicellata, glabra vel sericea. Styli oblongi. Stigmata bifida.)

2752. *S. Amaniana:* foliis oblongo ellipticis acutis serratis glabris subtus glaucis, petiolis longis pubescentibus, stipulis ovatis dentatis persistentibus, amentis praecocibus, germinibus lanceolatis glabris. Willd. IV. 2. 665. Baumg. t. 5. f. 1. Pers. syn. II. 599. Bechst. l. c. 675. Linn. Syst. V. ed. Spreng. I. 98. Mössl. 1370. Guimp. et Hayne, t. 165. *S. Amaniana*, Willd. *S. myrsinites*, Hoffm. Salic. 71. t. 17. 1819. et 24. f. 2. *S. hastata*, Hoppe.

In alpibus (Salisb. Carinth.) ♄. April — Maj. (Folia juniora in venis tomentosa, adulta glabra, supra viridia nitida, subtus glauca. Stipulae parvae, ovatae, serratae, persistentes. Amenta mascula oblonga, feminea brevissima, squamis subrotundis fuscis pilosis. Filamenta longissima. Stylus mediocris, bifidus. Stigmata bifida.)

2753. *S. pomeranica:* ramis pubescentibus, foliis lanceolatis utrinque attenuatis appresse serrulatis

supra nitidis subtus glauco-incanis, petiolis pilosis, amentis praecocibus cylindricis, stylo elongato stigmate utroque bifido. *S. pomeranica.* Willd. En. 66. Link. En. Pl. Hort. Reg. Berol. II. 414. Linn. syst. Veget. ed. Spreng. I. 98.

In Pomerania ♄. . . . . .

2754. *S. hastata:* foliis ovato-lanceolatis, acutis serratis glabris subtus glaucis, petiolis brevissimis glabris, amentis coaetaneis, germinibus brevissime pedicellatis glabris. *S. hastata*, Linn. lapp. n. 354. t. 8. f. 9. sp. pl. 1443. Wahlenb. lapp. n. 480. t. 16. f. 5. Willd. IV. 2. 664. Seringe Saules de la Suisse 58. *S. tenuifolia*, Sm. britt. 1052. Willd. l. c. 662. *S. Pontedera*, Vill. Delph. VII. 766. t. 50. n. 8. *S. Ludwigii*, Schk. t. 317. d.

In alpibus German. austral. ♃. Jun.

2755. *S. malifolia:* foliis elliptico-oblongis repandis scariosis glaberrimis, stipulis cordatis maximis. Smith. britt. 1053. Willd. IV. 2. 676. Pers. syn. II. 600. *S. malifolia*, Smith.

In salicetis ♄. . . . . (Praecedenti maxime affinis, sed habitu distincta. Rami juniores hirti. Folia brevius petiolata, acutiuscula, undique et crebre dentata, plus minusve undulata, vel repanda, scariosa, rigidula, utrinque glabra, subtus glaucescentia, venosa, venis pallidis, nervo albido aut basi rubicundo. Petioli crassi, basi latissimi.)

2756. *S. prunifolia:* foliis ovatis serratis glabris, supra laevibus subtus glaucis, ramulis subpubescentibus, capsulis ovatis sericeis. Smith. britt. 1054. Willd. IV. 2. 677. Pers. syn. II. 601. Seringe 49. (exclus. syn. pl.) *S. prunifolia*, Sm. Decand. flor. fr. n. 2097. *S. arbuscula*, Hoppe.

In alpibus (Carinth. Carniol. Salisb.) ♄. Maj. (Rami rubicundi, patentes, apice pubescentes. Folia ovata, acuta, supra saturate viridia, glabra, nitida, subtus glauca, venosa, opaca et subsericea, imprimis

juniora. Amenta erecta, squamis subrotundis extus hirsutis. Capsulae minores quam in sequente, ovatae, undique sericeo-pilosae, demum glabriusculae, badiae.)

2757. *S. myrsinites:* foliis ellipticis ovatis undique serrulatis utrinque glabris nitidis concoloribus, ramulis hirtis, amentis praecocibus, capsulis lanceolatis glabris vel sericeo-pubescentibus Willd. IV. 2. 678. Linn. lapp. n. 353. t. 7. f. 6. t. 8. f. f. Sm. britt. 1054. Decand. fl. fr. n. 2096. Wahlenb. lapp. 262. Loesel gall. II. 672. *S. myrsinites,* Linn.

β. germinibus glabris, foliis denticulatis minoribus. *S. fusca.* Hoffm. Sal 2. 7. t. 28. et 29.

In Alpibus (Salisb. Carinth.) ♄. Mai. — Jun.

2758. *S. Waldsteiniana:* foliis obovato-ellipticis medio serratis acutiusculis glabris supra nitidis, subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis, germinibus lanceolatis sericeo-pubescentibus. Willd. IV. 2. 679.

In alpibus. ♄. . . .

Rumi fusci, juniores glabri. Folia apice rotundato-acutiuscula, medio remote serrata, basi apiceque integerrima, glabra, supra nitida, subtus glaucescentia, juniora pilis adpressis pubescentia. Amenta mascula femineis breviora, squamis lanceolatis pilosis. An vere indigena Germaniae?

2759. *S. formosa:* foliis oblongis acutis medio serratis margine ciliatis glabris, supra nitidis reticulato-venosis, subtus glaucis, amentis, coaetaneis, capsulis lanceolatis sericeo-villosis. Willd. IV. 680. Pers syn. II. 601. Bechst. Forstb. 677. Mössl. 1375. *S. formosa* Willd. sp. *S. glauca* Wild. arb. 338. *S. alpina* Sut. Helv. II. 283. *S. alpestris* Wulf.

In alpibus (Carinth. Salisb.) ♄ Mai. (Rami rufo-fusci. Folia basi parum angustata, medio remote

serrata, basi apiceque integra, glabra, supra nitida, subtus glauca, juniora subtus pilis adpressis sericeis tecta.)

2760. *S. coruscans:* foliis ovato-ellipticis acutis basi attenuatis serratis glabris, serraturis inferne glandulosis, supra nitidis, subtus glaucescentibus, capsulis ovato lanceolatis glabris. *S. coruscans.* Willd. IV. 2. 681. Pers. syn. II. 601. Bechst. 679. Sturm I. 25. *S. arbuscula* Jacq. Austr. t. 408. Host. syn. 527. Gmel. Bad. III. 730. (excl. Linn. syn.)

In alpibus (Styr. Carinth.) Salisb. in montosis Suev. ♄. Mart. — April. (Rami fusci. Folia acuta, basi in petiolum attenuata, serrata, serraturis infimis glandulosis, utrinque etiam juventute glaberrima. Amenta cylindracea, squamis lanceolatis margine pilosis.)

2761. *S. herbacea:* foliis orbiculatis subretusis serratis utrinque nitidis glabris subtus valde venosis, amentis paucifloris, capsulis ovato-lanceolatis glabris. Willd. IV. 2. 682. Linn. Lapp. n. 355. t. 7. f. 3. 4. t. 8. f. 4. Decand. fl. fr. n. 2081. Vill. delph. III. 773. Sm. brit. 1056. Wahlenb. lapp. n. 472. Jacq. vind. 296. Seringe Saules de la Suisse 87. Hoffm. Salic. 74. t. 20. Guimp. et Hayne 233. t. 175. *S. herbacea* Linn.

In montosis alpinis (Austr. Salisb. Siles.) ♄ Jul. — Augst. (Omnium minima, caule pollicari ramoso, ramis procumbentibus. Folia apice ac basi retusa, crebro et argute serrata, subtus valde venosa, venis divergentibus. Amenta pauciflora, squamis glabriusculis brevibus.)

β. Foliis glabriusculis integerrimis.

2762. *S. retusa:* foliis obovatis obtusis emarginatisve subserratis glabris, supra nitidis, amentis femineis oblongis paucifloris, squamis longitudine ger-

minis oblongi. Willd. IV. 2. 684. Pers. syn. II. 601. Decand. fl. fr. n. 2082. Vill. Delph. III. 772. Hoffm. II. 262. Wahlenb. de Veget. n. 995. Sut. helv. II. 282. Sturm I. 25. Schk. t. 317. a. Guimp. et Hayne 234. t. 176.

S. retusa Linn.

In alpibus (Austr. Styr. Carniol. Carinth. Salisb. Bav.) ♄. Jul. — Augst. (*S. Kitaibeliana* Willd. est *Var. major* hujus speciei, secund. Koch in litt.)

2763. *S. serpyllifolia:* foliis ovatis, ovato-lanceolatisve acutis glabris supra nitidis, amentis oblongis paucifloris, capsulis ellipticis glabris, stigmatibus sessilibus. Willd. IV. 2. 684. Pers. syn. II. 601. Bechst. Forstb. 730. Mössl. 1377. Guimp. et Hayne 235. t. 177. *S. serpyllifolia* Scop. carn. n. 1207. t. 61.

In alpibus (Carniol.) ♄ (A praecedente recedit: foliis triplo fere minoribus semper acutis, amenti feminei squamis durante anthesi germine longioribus, post anthesin triplo brevioribus, stylo nullo, et germinibus oblongo-ellipticis apice non angustatis.)

2764. *S. reticulata:* foliis elliptico-orbiculatis obtusissimis glabriusculis subtus glaucis reticulato-venosis, amentis serotinis longe pedunculatis, germinibus oblongis villosis. Willd. IV. 2. 685. Linn. lapp. 359. t. 7. f. 1. 2. t. 8. f. l. Sm. brit. 1057. Decand. fl. fr. n. 2083. Hoffm. II. 262. Sut. helv. II. 283. Bechst. l. c. Seringe l. c. 27. Hoffm. Salic. 2. 3. t. 25. f. 1. 2. t. 26. 27. Schk. t. 317. Sturm I. 25. Guimp. et Hayne t. 178. *S. reticulata*, Linn.

β. subrotunda, foliis suborbiculatis vel reniformibus saepius apice emarginatis. *S. reticulata.* Hoffm. Salic. t. 25. f. 3. *S. reticulata subrotunda.* Seringe l. c.

In alpibus (Austr. Carinth. Salisc. Bav.) ♄ Jul.

2765. *S. myrtilloides:* foliis ellipticis acutis mucronatis subtus glaucis, capsulis ovatis villosis. Willd. IV. 2. 686. Pers. syn. II. 601. Borkh. I. 601. Linn. lapp. t. 8. f. s. k. Bechst. l. c. 630. *S. myrtilloides* Linn. *S. caesia* Vill. Delph. III. 768. t. 5. f. 11. Decand. fl. fr. n. 2091.

In alpibus (Bav. ♄. April.

(Rami fusco-nigri. Folia utrinque glabra, subtus glaucescentia, integerrima. Amenta brevia, feminea unguicularia vel parum majora, squamis oblongis obtusis glabris subemarginatis. Stylus brevis. Stigmata 2, obtusa, subretusa.)

γ. *Foliis plus minusve pubescentibus.*

a. Glabrescentes: fruticulosae, ramulis patulis vix unquam virgatis, foliis ellipticis, oblongis lanceolatisve sericeis vel subtus praesertim sericeo tomentosis et plus minusve glabrescentibus obsolete serratis vel integris.

2766. *S. laeta:* caule erectiusculo, foliis oblongis oblongo-lanceolatis utrinque acutis planis integerrimis. supra glabris, subtus glaucis subsericeis, adultis nudis. germinibus lanceolatis sericeis, stigmatibus pedicellatis. Schultz l. c. 51.

In paludosis turfosis, pratis prope Neobrandenburg. — ♄. Mai — Jun. (Caules basi depressi tunc erecti, vel annosiores statim erecti bipedales, ramis strictis vitellinis, junioribus viridi-flavis. Folia basi attenuata, apice acuta, plana, tenuissima. subpellucida, integerrima, supra laete viridia, subtus caeruleo-glauca, superiora sericea, inferiora adultiora nudiuscula, petiolis nervisque albis. Amenta ovata, squamis oblongis fuscis sericeis. Stamina longissima, flexuosa. Stigmata fusco-nigrigantia, pedicel-

lata. — Videtur varietas sequentis foliis longioribus angustioribusque.)

2767. *S. repens:* caule depresso, foliis oblongo-ellipticis breviter mucronatis subintegerrimis glabriusculis, subtus glaucis fericeis rarius glabris, germinibus lanceolatis acuminatis sericeis demum nudis, stigmatibus subpedicellatis Schultz l. c. 51. Willd. IV. 2. 693. Sm. britt. 1061. Decand. fl. fr. n. 2091. Gmel. bad. III. 733. Schlechtend. l. berol. t. 501. Böninngh. l. c. 298. *S. repens*, Linn. *S. depressa*, Hoff. salic. 63. t. 15. 16. Roth. II. 2. 516. Willd. arb. 342. Borkh. I. 612.

S. polymorpha Ehrh. *S. arenaria* Poll. Palat. n. 922.

β. caule erectiusculo, ramis elongatis patentibus foliis elliptico-lanceolatis, glanduloso-denticulatis. Schulz l. c. *S. fusca*, Linn. Willd. IV. 2. 694. Sm. britt. 1060. Gmel. bad. III. 735.

γ. caule erecto, foliis ovato-ellipticis acutis basi paulo latioribus obliquis subintegerrimis. Schulz l. c.

In locis depressis uliginosis turfosis ♄. April — Jun.

(Fruticulus depressus vel adscendens. Folia quoad magnitudinem et pubescentiam valde varia.)

2768. *S. Jacquini:* foliis ellipticis integerrimis utrinque attenuatis nitidis, venis subtus et margine pilosis, germinibus ellipticis pubescentibus, stylis elongatis.

S. fusca, Jacq. Austr. t. 409. *S. Jacquinina*, Host. Syn. 529. Pers. syn. II. 602. *S. Jaquiniana*, Willd. IV. 2. 692. Bechst. Forstb. 683. Mössl. 1378.

In alpibus (Austr. Carniol. Salisb.) ♄. Rami teretes, fusci, juniores pubescentes. Folia elliptica vel obovata, utrinque attenuata, viridia, nitida, mar-

gine et subtus in venis pilis obsita, et reticulato-venosa, tempore eruptionis purpureo-fusca. Stipulae magnae oblongae apicem versus serratae. Amenta feminea cylindracea, squamis lanceolatis pilosis. Stylus longus. Stigma bifidum.)

2769. *S. Schraderiana:* foliis elliptico-oblongis acutis apice obsolete serratis, supra nitidis subtus glaucis villosis. *S. Schraderiana*, Willd. IV. 695. Pers. syn. II. 602. Bechst. l. c. Mossl. 1380. *S. discolor* Schrader.

In salicetis hinc inde in Germania ♄. (Affinis *S. bicolori*, sed folia minora et serraturis parum remotis a medio ad apicem instructa.)

2770. *S. bicolor:* foliis ellipticis recurvatis, acutis integerrimis, supra nitidis glabris subtus glaucis pubescentibus, petiolis basi dilatatis, amentis ellipticis. Willd. IV. 2. 691 Pers. syn. II. 602. Hoffm. II. 263. Bechst. Forchb. 683. Sering. Saul. 93. Schk. t. 376. Guimp. et Hayne t. 180. *S. bicolor*, Ehrh.

In Hercynia ♄ April — Juni. (Rami fusci juniores pubescentes. Folia elliptica, utrinque rotunda, apice brevi acumine instructa, integerrima, supra saturate viridia, nitida, glabra, subtus glauca, pilis brevioribus adpressis tecta. Petioli basi valde dilatati. Amenta praecocia, elliptica, vix pollicaria. Squamae lanceolatae, margine villosae. Folia in ramis junioribus quandoque obsolete remotissime serrata. — Salix bicolor Smith ab ista, auctorum sententia, diversa, nunc *laurina* appellatur.

2771. *S. argentea:* foliis ellipticis integerrimis recurvato-acutis supra pubescentibus, subtus sericeo-pilosis argenteis, germinibus ovato-lanceolatis villosis. Willd. IV. 2. 693. Pers. syn. II. 602. Gmel. Bad. III. 732. Bechst. 684. Sering. 23. Guimp. et Hayne t. 182. *S. argentea*, Sm. britt. 1059. *S. lanata*, Thuill. Par. 506. Borkh. I. 619. *S. arenaria*, Lightf. scot. 2. 604.

In pascuis arenosis udis montosis. Suev. Bohem. Berol. Westphal. Sylvae nigr.) ♄ Apr. — Jun. (Frutex 2-3. pedal. ramis erectis junioribus sericeo-argenteis. Folia supra canescentia subtus sericeo-argentea. Amenta conferta, prodeuntia infra apices ramorum, qui propter hoc interrupte foliosi videntur post casum amentorum. Germina villosa. Stigmata bipartita crassiuscula.)

2772. *S. ambigua:* caule erecto, foliis ellipticis recurvato-acutis denticulato-serratis subtus sericeo-tomentosis, stipulis ovatis acutis subsinuatis erectis, germinibus ovato-lanceolatis villosis, stigmatibus sesilibus. Schulz l. c. 53. Willd. IV. 2. 700. Pers. syn. II. 603. Hoffm. II. 264. Bechst. 690. Mössl. 1382. Schlechtdl. berol. I. 502.

S. ambigua, Ehrh. Beitr. 6. 103. *S. rugosa microphylla*, Seringe l. c. 20.

β. microphylla: caulibus diffusis decumbentibus, foliis vix unguicularibus utrinque acutioribus apice recurvatis, subtus glaucis subsericeis. Schultz l. c. *S. prostrata*, Sm. brit. 1060.

γ. macrophylla: caule magis elongato erecto, foliis oblongis utrinque acutis margine subrepandis, stipulis lanceolatis acuminatis patentibus. Schultz l. c.

In humidis umbrosis, turfosis ericetosis, passim ♄. April — Jun. (Caules plerumque erecti, sesquipedales, in *β* prostrati, in *γ* tripedales. Rami crassi, fusco purpurei, glabri. Folia in *α* subrotundo-elliptica, vix unciam longa, utrinque obtusa, basi tamen plerumque angustiora, apice recurvato-mucronata, serrata, supra obscure viridia pilis sparsis adpressis tecta, subtus sericeo-tomentosa, venis arcuatis subfuscis; in *β* vix unguicularia, acuta, supra glabra viridia, subtus glauca subsericea interdum nuda; in *γ* utrinque attenuata, longa, margine repanda, saepe integra. Amenta feminea ovata, dein oblonga, sub-

pedicellata, laxa, squamis fuscis pilosis. germinibus triplo-brevioribus. Stigmata sessilia.)

b. Viminales: ramis virgatis laxis, foliis lineari-lanceolatis lanceolatisve mollibus margine subintegris vel obsoletius serrulatis.

2773. *S. alba:* ramulis erectis, foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque sericeis, amentis coaetaneis, germinibus lanceolatis glabris, stigmatibusque sessilibus. Schulz fl. stargard. suppl. 49. Willd. IV. 710. Sm. brit. 1071. Vill. delph. III. 760. Decand. fl. fr. n. 2071. Poll. palat. n. 925. Roth. II. 2. 522. Bechst. Forstb. 396. Gmel. bad. III. 719. Hoffm. Salic. 41. t. 7. 8 et 24. f. 3. Sturm 25. Reit. et Abel. t. 11. Guimp. et Wild. 254. t. 197. *S. alba*, Linn.

Ad pagos et urbes, in pascuis paludosis ad ripas. ☉. April — Mai. (Arbor 60 - 80 pedes alta. Folia quoad figuram iis sectionis α, seu glabris, accedentia, aestate magis quam vere, albicantia; ramuli virescentes.

2774. *S. vitellina:* ramulis flaccidis aurantiacis, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtus glaucis pubescentibus, amentis coaetaneis, germinibus sessilibus oblongis glabris, stigmatibus subsessilibus. Schultz fl. starg. suppl. 49. Willd. IV. 2. 668. Sm. brit. 1050. Decand. fl. fr. n. 2072. Du Roi Harbk. Baumz. II. 393. Roth. II. 2. 503. Bechst. l. c. 399. Gmel. bad. III. 721. Schlechtendl. berol. I. 500. Hoffm. Salic. 57. t. n. 12. f. 1. 2. 3. et t. 24. f. 1. Reit. et Abel. t. 29. Guimp. et Willd. deutsche Holzart. 226. t. 166. *S. vitellina*, Linn.

Ad vias, fossas aquaticas, in humidis paludosis. ♄. April — Mai. (Subarborescens, cultura truncum gignente. Foliorum forma praecedentis, aetate vero magis glabra sunt folia, et glaucescentia. Ramuli secundi anni laete vitellini seu subaurantio-rubri.

2775. *S. rosmarinifolia:* caule erecto, foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis glanduloso-denticulatis subtus cano-sericeis; germinibus lanceolatis sericeis, stigmatibus pedicellatis. Schultz. fl. Stargard. suppl. 52. Willden. IV. 2. 697. Smith. brit. 1062. Roth. II. 2. 516. Bechst. Forstb. 689. Gmel. bad. III. 738. Hoffm. II. 265. Wulf. in Jacq. Coll. III. 45. Reit. et Abel. t. 59. Guimp. et Hayne t. 186. *S. rosmarinifolia*, Linn.

β. latifolia: foliis lanceolatis integerrimis tenuibus convexis, stigmatibus subsessilibus. Schultz. l. c. *S. incubacea*, Willd. IV. 2. 696.

γ. myrtifolia: foliis augustissimis unguicularibus integerrimis quasi carinatis, apice plicatis. Schultz. l. c.

In turfosis, plus minus paludosis, passim. ♄. Maj. — Jun. (In hac et sequente specie folia reliquis hujus divisionis angustiora, opaca, subcoriacea.)

2776. *S. lavandulaefolia:* foliis lineari-lanceolatis serrulatis basi obtusis integris, apice mucronatis, supra pubescentibus subtus tomentosis rugoso-venosis, germinibus ovatis glabris. *S. lavandulaefolia*, Lapeyr. hist. arb. 601. Seringe l. c. 70. *S. riparia*, Willd. IV. 2. 698. Wahlenb. de Veget. 183. Sturm. I. 25. Bechst. Forstb. 627. *S. incana*, Hoppe. Schrank. bavar. I. 230. Decand. fl. fr. n. 2073. Borkh. I. 587. *S. viminalis*, Vill. Delph. III. 785. *S. rosmarinifolia*, Host. syn. 529.

In locis montosis, ad fluviorum ripas. (Austr. Salisb. Bav. etc.) ♄. April.

2777. *S. mollissima:* foliis subintegerrimis lineari-lanceolatis, subtus adpresso-pilosis viridibus, pilis squamarum amenti feminei longitudine stigmatis, stylis supra medium conglutinatis indivisis. *S. mollissima*, Ehrh. Beitr. VI. 101. Willd. IV. 2. 707. Ejusd. arb. 349. Pers. syn. II. 604. Hoffm. II. 265. Bechst. Forstb. 626. Gmel. bad. III. 744. Bönningh. monast. 301. (nec Seringe).

Ad ripas, in dumetis, sepibus humidis rarior. ♄. April. — Maj. (Sequentibus 2 similis, distincta vero: foliis utrinque viridibus, supra glabriusculis, subtus mollissime pubescentibus, pilis squamarum longitudine styli, stigmatibus indivisis patentibus, capsula squamam haud superante.)

2778. *S. pubera:* foliis lanceolato-angustis undulato-denticulatis, supra glaberrimis nitidis subtus parce praecipue ad venas pubescentibus. *S. pubera*, Koch. secund. Bönningh. monast. 300. *S. mollissima*, Seringe Saules de la Suisse. 34. (excl. syn.)

In salicetis, ad ripas, passim. ♄. Maj. (A sequente differt: foliis paulo latioribus undulato-denticulatis, (denticulis glandulosis) supra glaberrimis nitidis, subtus parce, praecipue ad venas pubescentibus, pube lutescente, amentis longioribus, squamis fuscis, stigmatibus brevioribus bipartitis, demum revolutis.)

2779. *S. viminalis:* foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis, subtus albo-sericeis, junioribus saltem margine revolutis, ramis virgatis, stylis elongatis.

S. viminalis, Linn. suec. n. 901. Willd. IV. 2. 706. Smith. britt. 1070. Vill. delph. III. 785. Ehrh. Beitr. 6. 102. Poll. palat. n. 624. Decand. fl. fr. n. 2098. Du Roi Harbk. Baumz. II. 403. Roth. II. 2. 520. Bechst. Forstbotan. 624. Gmel. bad. III. 143. Hoffm. Salic. 22. t. 2. f. 1. 2. t. 5. f. 2. t. 21. f. c. g. Sturm. I. 25. Guimp. et Hayne 251. t. 194.

Ad fossas aquaticas, rivos, in pratis et sylvis aquosis humidis. ♄. April. — Maj. (Rami virgati, longi, fusco-flavicantes, virides, cinerei. Folia alterna, lanceolato-linearia, acuminata, margine integra aut subserrulata, praelonga, subundulata, supra saturate viridia glabriuscula, subtus sericea incana, tenella, seu juniora semper, aetate quoque utplurimum margine revoluta, utrinque villosa. Amenta alterna, pedunculata, erecta, oblonga, imbricata, squamis obovatis obtusis pilosis. Filamenta basi coalita. Germen sessile, ova-

li-lanceolatum, sériceum. Stylus elongatus. Stigma bifidum. Capsula ovali-subulata.)

2780. *S. holosericea:* foliis lanceolatis acuminatis apice denticulatis supra glabriusculis subtus rugoso-venosis mollissime tomentosis, capsulis lanceolatis tomentosis, stigmatibus sessilibus. Willden. IV. 708. Pers. syn. II. 604. Bechstein. 627. Guimp. et Hayne t. 196. Mössl. 1386. *S. holosericea*, Willd.

Ad ripas Danubii. ♄. (Rami fusci juniores pubescentes. Folia a medio ad apicem denticulata, supra saturate viridia, glabriuscula vel pilis minutissimis adpressis obsita, subtus costa media prominula venis lateralibus arcuatis, prominentibus, tomento tenui mollissimo obducta. Petioli pubescentes, basi dilatati. Stipulae lunatae, acutae vel obtusae, dentatae. Amenta feminea praecocia cylindracea, squamis oblongis obtusis villosis. Germina tomentoso-villosa. Stylus nullus.)

c. Capreae, fruticosae vel arborescentes, ramulis patulis non virgatis, foliis latiusculis lanceolatis, ellipticis, obovatis ovatisve saepius rugulosis margineque undulato-serrulatis, inferne praesertim tomentosis, germinibus omnium tomentosis vel villosis.

2781. *S. lanceolata:* foliis longe lanceolatis serratis supra pilis brevibus obsitis, subtus venosis tomentosis, amentis coaetaneis, germinibus villosis, stylis elongatis. *S. lanceolata*, Seringe l. c. 31. t. 1. *S. Seringiana*, Gaudin. *S. longifolia*, Schl. cat. nec Willd.

Ad ripas fluminis Isar, Bavar. prope Monach. ♄. (Differt a praecedente: foliis longioribus latioribusque undique serratis, stipulis reniformibus vel cordatis acuminatis, stylis elongatis, stigmatibus 4.]etc.

2782. *S. arenaria:* foliis oblongis subintegerrimis supra glabriusculis, subtus albo tomentosis acutis, amentis masculis oblongis, femineis cylindraceis, germini-

bus ovatis albo lanatis, stylis elongatis. Willd. IV. 2. 689. Sm. brit. 1058. Host. syn. 528. Hoffm. II. 264. Sut. helv. II. 285. Schk. t. 317. h. Sturm I. 25. *S. arenaria*, Linn. lapp. n. 362. t. 8. f. o. q. *S. helvetica*, Vill. Delph. III. 783. *S. limosa*, Wahlenb. lapp. 265. t. 16. f. 4. *S. nivea*, Seringe

In alpinis montosis herbidis. (Aust. Styr. Salisb. Siles.) ♄. Jun. — Jul. (Frutex, ramis fusco-rubicundis. Folia vel oblonga, vel ovato-oblonga, vel lanceolata, integra, quandoque obsolete serrata, superne ab initio canescentia, denique glabra, saturate viridia, subtus albo-tomentosa, lanata. Amenta mascula femineis breviora, squamis ovato-lanceolatis pilosis. Stylus elongatus. Stigmata bina, dilatata.

2783. *S. spathulata:* caule erecto, foliis lanceolato-obovatis recurvato-acutis apice serratis, subtus venosis sericeo-tomentosis, stipulis ovato-lanceolatis erecto-patentibus, amentis masculis cylindricis. Schultz. l. c. 54. Willd. IV. 2. 700. Baumz. t. 4. f. 3. Pers. syn. II. 603. Bechst. 636. Mössl. 1382. Guimp. et Hayne t. 189. *S. spathulata*, Willd. *S. versifolia*, Wahl. lapp. 271. t. 18. f. 2.

In humidis umbrosis, turfosis. ♄. Maj. — Jun. (Folia lanceolato-obovata vel spathulata, recurvato-acuta, integerrima, apice serrata, supra e viridi canescentia, pilis brevibus adpressis tecta, subtus incana vel subsericea, tomentosa, reticulato-venosa, rugosa. Amenta mascula praecocia, cylindracea.)

2784. *S. uliginosa:* foliis lanceolato-obovatis, recurvato-acutis repando-serratis subtus glaucis rugosis tomentosis, germinibus lanceolatis acutis villosis, stigmatibus subsessilibus. Schultz. l. c. *S. uliginosa:* Willd. En. 2. 1007. Baumz. t. 4. f. 2. Kunth. berol. 266. Bechst. Forstb. 636. Link. En. II. 419. Schlechtdl. l. c. *S. aurita*, Hoffm. Salic. t. 4. f. 8. 2. f. 22. f. 2. Gmel. bad. III. 739.

In sylvaticis, dumetosis, elatioribus humidis depressisque uliginosis passim. ♄. Maj. (Arbuscula

6-8 pedalis, ramis ramulisque elongatis erectis. Folia lanceolata vel oblongo-obovata, basi multo angustiora, saepe in petiolum attenuata, apice acuta, sed acumine plicato-recurvato, margine undulato-serrata, subtus rugosa, tomentosa, glauca, saepe nuda. Germina acutiora, stigmatibus substipitatis.

2785. *S. aurita:* foliis obovatis obtusis recurvato-mucronatis subintegerrimis subtus rugosis tomentosis, amentis ovatis, germinibus subcylindricis obtusis villosis, stigmatibus sessilibus. Schultz. l. c. Willd. En. Hort. Berol. II. 1007. Sm. brit. 1064. Poll. palat. n. 921. Decand. fl. fr. n. 2085. Willd. Baumz. t. 4. f. 2. Bechst. Forstb. 621. Link. En. II. 419. Schlechtdl. berol. I. 502. a Bönningh. l. c. 299. Guimp. et Hayne t. 188. *S. aurita*, Linn.

β. filamento solitario ramoso. *S. cladostemma*, Hayne Dendr. Fl. 190. t. 1.

In humidis, adripas, in ericetis, ruderatis, uliginosis. ♄. April — Mai. (Frutex depressus 2-3 pedalis, vix altior, ramosissimus, foliis ex rotunditate obovatis s. ellipticis, basi obtusis saepe subcordatis, margine obsolete serratis aliquando integris, apice acumine reflexo praeditis, inferioribus nonnunquam obtusis vel subretusis, germinibus subcylindricis obtusis.)

2786. *S. paludosa:* foliis oblongo-obovatis acutis supra pubescentibus subtus glaucis pilis mollibus obsitis, apicem versus remote serrulatis, stipulis semicordato-rotundatis denticulatis, amentis cylindricis, germinibus ovatis acuminatis villosis.

S. paludosa, Link. En. Hort. Berol. II. 419 *S. aquatica*, Willd. Enum. 1007. Berlin. Baumz. 453. (excl. definitione, quae ad *S. aquaticam* spectat.)

In salicetis ♄. . . . (A *S. aquatica*, Smith. differt: foliis angustioribus mollioribus subtus densius vestitis, ramis e viridi fuscis magis pubescentibus.)

2787. *S. Hoffmanniana:* foliis lanceolato-oblongis apice latioribus acuminatis rugulosis undulato-obtuse dentatis, subtus glaucis pubescentibus, stipulis rotundatis, dentatis, amentis cylindricis, capsulis subulatis villosis.

S. acuminata, Hoffm. Salic. 39. t. VI. et XXII. f. 2. D. Fl. II. 264. Willd. Berl. Baumz. 454. Sm. brit. 1068. (ex Diagn. neque ex descript.) Decand. fl. fr. n. 2086.

In dumetis humidis. ♄. Mart. — April. (Frutex orgyalis, rarius arborescens, ramis laxiusculis cinereo-villosis. Folia ab apice basin versus angustiora, acuminata vel subcuspidata, obtuse undulato - serrata, supra parum pubescentia, subtus reticulata et cano-tomentosa, biuncialia. Petiolus 3 lin. longus. Stipulae reniformes, repandae. Amenta mascula ovato-oblonga vel ovata, squamis oblongis fusco-nigrescentibus villosis. Germina ovato-subulata. — Proxima *S. paludosae,* et cum hac forte conjungenda.)

2788. *S. grandifolia:* foliis lato-lanceolatis elongatis undulato-subcrenatis supra glabris subtus ad venas villosis, stipulis magnis semicordato-lanceolatis, amentis cylindraceis coaetaneis, squamis glabriusculis, germinibus sericeis, stigmatibus sessilibus.

S. grandifolia, Seringe Saules de la Suisse. 20. Linn. syst. veg. ed. Spreng. I. 113. *S. cinerascens,* Willd. IV. 706. (secund. Sering.)

In salicetis (Francon. Wirzeb. ♄. . . . Intermedia quasi praecedentem inter et subsequentem: differt ab illa longitudine foliorum et vestimento, ab hac foliis angustioribus, longioribus et paullo tenuioribus.)

2788. *S. aquatica:* foliis elliptico-obovatis acutis planis undulato-serratis subtus glaucis ad venas pubescentibus, amentis cylindricis densis, germinibus ovato-subulatis villosis, stigmatibus subpedicellatis. *S. aquatica*, Sm. brit. 1065. Willd. IV. 2.

701. Gmel. bad. III. 741.' (excl. syn. Hoffm.) Link. En. II. 419. Schlechtdl. Berol. l. c. Bönningh. l. c. *S. cinerea*, Linn. secund. Koch in Litt.) Fl. Wetter. III. 414.

In dumetis et sylvaticis humidiusculis, ad ripas. ♄. April — Maj. (Similis *S. paludosae*, a qua differt foliis latioribus distincte obovatis, amentisque *Capreae* sed densioribus. Folia planiuscula tenuia sed sicca et rigidula. Ramulorum cortex laevis glabriusculus, nitide fuscus.

2790. *S. sphacelata*: foliis ovato-ellipticis acutis integerrimis supra pubescentibus subtus glauco-tomentosis apice subsphacelatis eroso-retusis flavo-viridibus, stipulis obsoletis, capsulis lanceolatis pubescentibus pedicellatis, stigmatibus subsessilibus. Willd. IV. 2. 703. Sm. brit. 1068. Pers. syn. II. 603. Hoffm. Salic. 28. t. 5. f. 4. t. 21. f. d. Bechst. 622. *S. sphacelata*, Smith. *S lanata*, Lightf. Scot. 2. 602.

In subalpinis (Carinth. Salisb.) ♄. (Rami fusco-purpurei, pubescentes. Folia integerrima, supra viridia pubescentia quandoque fere glabra, subtus glauca et tomento tenui seu potius villis obducta. Amenta mascula oblonga, crassa, feminea cylindrica, squamis lanceolatis pilosis. Capsulae pubescentes, demum fere glabrae lanceolatae, pedicellatae. Stylus brevissimus. Stigmata bina, crassiuscala.)

2791. *S. acuminata*: foliis oblongis acuminatis undulatis denticulatis subtus tomentosis, stipulis reniformibus, amentis cylindricis laxis, capsulis ovato-subulatis tomentosis. Sm. brit. 1068. Willd. IV. 2. 704. Pers. syn. II. 603. Du Roi Harbk. Baumz. t. 407. Gmel. bad. III. 744. (excl. Hoffm. syn.) Bönnigh. Monast. 300. Engl. B. t. 1434. *S. acuminata*, Smith. (nec Hoffm.)

In pratis montosis humidis, in sylvis et sepibus passim. ♄. April — Maj. Sequente humilior, nun-

quam arborescens. Folia oblonga sensim acuminata, undulato - denticulata, subtus tomentosa. Amenta praecocia ovato - cylindrica, squamis ovatis acutiusculis pilosis, capsulae pedicellum elongatum fere aequantes tomentosae. Stylus brevis.)

2792. *S. caprea:* foliis ovatis acutis serratis rugosis subtus tomentosis, amentis cylindricis laxis, germinibus lanceolato - subulatis villosis, stigmatibus subpedicellatis. *S. caprea,* Linn. Lapp. n. 365. t. 8. f. 5. Wahlenb. lapp. 272. Wild. IV. 2. 703. Sm. brit. 1067. Decand. fl. fr. n. 2084. Poll. pall. n. 923. Du Roi Harbk. Baumz. II. 404. Roth. II. 2. 518. Gmel. Bad. III. 742. Bechst. 489. Hoffm. Salic. 25. t. 3. f. 12. t. 5. f. 4. t. 21. f. 1. a. b. c. d. Guimp. et Willd. t. 192.! *S. tomentosa,* Seringe l. c. 14.

In sylvaticis montosis, dumetis humidiusculis ♄. April — Maj. (Arbor vel frutex elatior. Folia ovata, vel elliptica, basi plus minus rotundata, acuta, a basi ad medium margine plus minusve undulata, a medio ad apicem subsinuato - denticulata, supra saturate viridia glabra, saepe etiam plus minus pubescentia, subtus venis reticulata, villoso - tomentosa, incana, 2. 3. 5. uncias longa, 1 - 3 uncias lata, adulta crassa et coriacea. Stipulae plerumque nullae. Amenta pedunculata, cylindrica, squamis lanceolatis obtusis nigricantibus villosis. Capsulae pedicellatae, tomentosae.)

2793. *S. pseudocaprea:* foliis ovato - oblongis acutis undulato - denticulatis subtus tomentosis, stipulis semicordatis ropando dentatis, amentis ovato-cylindricis. *S. acuminata,* Roth. II. 2. 519. (excl. syn. pl.) — Du Roi obs. bot. 55. Rupp. Jen. 333. C. Bauh. pin. 474.

In german. septentrional. ♄ . . . . .

(Differt a praecedente, cui similis: statura humiliori, ramis diffusis lanuginosis maculatis, gemmis tomentosis fuscescentibus, amentis duplo fere brevioribus, antheris ante evolutionem fulvis, nectario basi

ventricoso sensimque in collum quasi attenuato, apice truncato, germinis pedicello longitudine squamae, foliis obovatis duplo fere minoribus acutis apice plerumque inflexo integris aut subserratis, supra planis saturate viridibus vix pubescentibus laevissime rugosis, subtus tomentosis pallidis vel glaucis reticulatis margine crenulatis, stipulis ad superiora folia plerumque nullis, ad inferiora reniformibus sessilibus repando-dentatis.)

Triandria. *Stamina* 3.

630. EMPETRUM. *Rauschbeere.*

Calyx tripartitus, foliolis ovatis persistentibus. Corolla 3-petala, petalis ovato-oblongis basi angustioribus calyce majoribus marcescentibus. *Masc.* stamina 3, filamentis capillaribus longissimis propendentibus. *Fem.* Stylus nullus. Stigmata 6-9, reflexo-patentia. Bacca orbiculata, depressa, unilocularis, 6-9-sperma. Semina hinc gibba inde angulata.

(*Ericae*, Juss. *Ericaceae*, Decand. *Ericeen*, Spreng.)

2794. *E. nigrum:* procumbens, foliis oblongis glabris margine revolutis, baccis nigris. *E. nigrum*, Willd. IV. 2. 713. Jacq. vind. 298. Roth. II. 2. 525. Decand. fl. fr. n. 2827. Hoffm. II. 267. Bechst. Forstb. 818. Gmel. bad. III. 749. Bönningh. Monast. 301. Engl. B. t. 526. Fl. Dan. 975. Schk. t. 318.

In alpinis paludosis turfosis, (Austr. Salisb. Suev. Siles etc.) in depressis ericetis palud. Megap. Holsat. Brem. Oldenb. Westph. Hamb. Pommer. etc.) ♄. April — Juni. (Fruticulus ericoides, depressus, sempervirens, floribus minutis axillaribus purpureis aut carneis, baccis nigris.)

631. OSYRIS. *Osyris.*

Perianthium 3-fidum. *Masc.* stamina 3, brevia cum rudimento germinis. *Fem.* stylus 1. stigmata 3. Drupa globosa, umbilicata.

(*Elaeagni*, Juss. *Elaeagneae*, Decand. *Santaleen*, Spreng.)

2795. *O. alba:* foliis linearibus acutis. Lam. illustr. t. 802. Willd. IV. 2. 715. Pers. syn. 606. Scop. carn. n. 1215. Borkh. II. 1129. Bechst. Forstb. 708. Mössl. 1390. Schk. t. 319.

In German. austral. Carniol. ♄. Jul. (Frutex 3-vel 4-pedalis. Folia parva alterna, lineari-lanceolata, integerrima, glabra. Flores minuti, in ramulis pedunculati, sparsi, odorati, sordide lutei. Drupa magnitudine pisi, rubra.)

Tetrandria. *Stamina* 4.

632. VISCUM. *Mistel.*

Calyx margo integer vix prominulus. Corolla 4-petala, petalis brevibus basi coalitis. *Masc.* Filamenta nulla. Antherae 4, sessiles, petalis insertae. *Fem.* Germen calicis margine coronatum. Stigma 1. Bacca globosa, 1-sperma.

(*Caprifolia*, Juss. *Caprifoliaceae*, Decand. *Viscoideae*, Rich. *Lorantheen*, Spreng.)

2796. *V. album:* foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, floribus axillaribus plerumque ternis. Willd. IV. 2. 737. Scop. carn. n. 1217. Poll. palat. n. 926. Roth. II. 2. 527. Spreng. hal. 271. Gmel. bad. III. 750. Schlechtendl. I. 504. Hayne Abbild. IV. t. 24. Sturm. I. 8.

Parasiticum in arboribus. ♄. Mart. — April. (Fruticulus elegans, sempervirens, a basi statim ramosus, dichotomus trichotomusque articulatus. Folia

sessilia, opposita, crassiuscula, e luteo virescentia. Flores lutescentes, parvi. Baccae sessiles, globosae, albae, nitidae, succo valde glutinoso repletae. Semina embryones haud raro plures virides continent.

2797. *V. oxycedri*: aphyllum, ramosum erectum, carnosum, hinc inde vaginulis obtectum. Decand. fl. fr. n. 3400. In ramis *Juniperi* oxycedri — an in Germania austral. indigenum? Fruticulus digitalis, non satis notus!)

633. HIPPOPHAË. *Sanddorn.*

Masc. Perianthium bipartitum, laciniis subrotundis concavis, apicibus conniventibus. Antherae 4, subsessiles. *Fem.* Perianthium bifidum. Stigma crassiusculum, oblongum, erectum. Bacca subglobosa, 1-locularis, 1-sperma.

(*Elaeagni*, Juss. *Elaeagneae*, Decand. *Thymelaeen*, Spreng.)

2798. *H. rhamnoides*: foliis lanceolatis. Willd. IV. 2. 743. Pers. syn. II. 614. Roth. II. 2. 526. Du Roi Harbk. Baumz. I. 306. Decand. fl. fr. n. 2188. Hoffm. II. 268. Bechst. Forstb. 628. Gmel. bad. III. 752. Fl. Dan. t. 265. Viborg. Sandgew. t. 5. Engl. B. t. 425. Guimp. et. Hayne t. 199. *H. rhamnoides*, Linn. *Osyris rhamnoides*, Scop. carn. n. 1216.

In arenosis ad ripas fluminum, lacuum, marisque litora Germ. borealis atque australioris. In Germania media non occurrit. ♄. April — Maj.

(Arbor seu frutex elegans. Folia alterna, subsessilia, lineari-lanceolata, integra, superne pallide viridia, inferne argentea, squamulis peltatis nitentibus pulcherrimis adspersa (lepidota). Spinae rectae, nitidae, acutae, ferrugineae. Flores laterales, axillares, sessiles, agglomerati, rubiginosi. Baccae subglobosae, aurantiacae acidae.

634. MYRICA. *Gagel.*

Ament. masc. squamae simplices, subrotundae, antheris subtus subsessilibus didymis. *Ament. Fem.* squamae ut in mare. Cupula (an potius receptaculum dicenda?) solitaria, tricuspidata vel rotundata, in fructu baccans. Stigmata duo simplicia. Stylus basi articulo secedens. (N. ab E. ined.)

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spr.)

2799. *M. Gale:* foliis lanceolatis subserratis, caule fruticoso. Decand. fl. fr. n. 2105. Willd. IV. 2. 745. Pers. syn. II. 614. Roth. II. 2. 528. Willd. arb. 198. Hoffm. II. 268. Thuill. Par. 520. Bechst. 775. Bönningh. l. c. 302. Duham. arb. ed. n. t. 57. Fl. Dan. t. 327. Eng. b. t. 562. Guimp. et Hayne. 260. t. 200. *M. Gale*, Linn.

In turfosis paludosis. (Brem. Oldenb. Holsat. Megap. Westph. Hannov. Hamburg. Bavar. Magn. Duc. Rhen. inf. etc.) ♄. April — Maj. (Frutex erectus, tripedalis, odoratus. Folia lanceolata, apicem versus serrata, basi attenuata, glandulis nitidis luteis fragrantibus punctata. Amenta mascula sessilia, rubicunda, scariosa. Pericarpium baccaeforme viridiflavescens, tridentatum, e cupula amenti squamis suffulta, formatum.)

Pentandria. *Stamina* 8.

635. PISTACIA. *Pistazie.*

Flores masc. Perianthium parvum, 5-fidum. Stamina 5, perianthio inserta. Filamenta brevia, basi in discum confluentia. Antherae magnae, biloculares. Pistilli rudimentum. *Flor. fem.* Perianthium 3-4 fidum, parvum, laciniis adpressis. Germen sessile, uniloculare. Stylus vix ullus. Stigmata 3, elongata, subspathulata, recurvata, papilloso-puberula. Drupa feta putamine osseo monospermo. Kunth. in Annales. sc. nat. tom. II. Juillet. 1824. 333.

(*Therebinthaceae*, Juss. Decand. Kunth. *Anacardeae* R. Brown.)

2800. *P. Therebinthus:* foliis impari-pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis subseptenis basi rotundatis acutis mucronatis. Willd. IV. 2. 752. Pers. syn. II. 615. Scop. carn. n. 1218. Borkh. II. 1103. Bechst. 482.

In German. austral. (Carinth.) ♄. April — Maj. (Arbor 25-30 pedalis, cortice rimoso cinereo. Rami glabri. Folia aeterna. Drupa rotunda, striata, atro-coerulea.)

636. SPINACIA. *Spinat.*

Masc. Perianthium 5-partitum, laciniis concavis oblongis obtusis. Stamina 5. *Fem.* Perianthium persistens, 2-4-partitum, laciniis duabus oppositis minimis. Styli 4, capillares. Stigmata simplicia. Fructus: Catoclesium (semen calyce indurato et immutato tectum.)

(*Atriplices*, Jus. *Chenopodeae*, Decand. *Chenopodeen*, Spreng.)

2791. *Sp. oleracea:* fructibus sessilibus. Willd. IV. 2. 766. *α. spinosa*, fructibus spinosis. *Sp. oleracea. α.* Linn. sp. pl. 1456. Pers. syn. II. 617. Lam. Illustr. t. 814. Schlechtendl. berol. 505. Thuill. par. 521. *Sp. spinosa*, Decand. fl. fr. n. 2242. Gmel. bad. III. 754.

β. inermis, fructibus inermibus. *Sp. oleracea: β.* Linn. sp. pl. l. c. *β.* Wild. l. c. Pers. l. c. *Sp. inermis*, Decand. fl. fr. n. 2243. Gmel. Bad. III. 754. Fl. Wetter. l. c. *Sp. glabra*, Mill. Dict. n. 2. *Sp. nobilis*, Tabernaemont. 809. icon.

Colitur in hortis oleraceis, agris. ⊙. Maj. — Jun. (Herba oleracea satis nota. Caulis fistulosus, erectus, angulatus, glaber. Folia petiolata, glabra. Flores parvi, virentes, glomerati, axillares.)

637. CÁNNABIS. *Hanf.*

Masc. Perianthium 5-partitum. Stamina 5, filamentis brevibus, antheris tetragonis. *Fem.* Perianthium monophyllum oblongum, acuminatum, latere altero longitudinaliter hians, persistens. Styli duo subulati, longi. Stigmata acuta. Camara (semen) 1-sperma, perianthio inclusa. Embryo curvatus.

(*Urticeae*, Juss. Decand. *Urticeen*, Spreng.)

2802. *C. sativa:* foliis digitatis. Willd. IV. 2. 768. Pers. syn. II. 618. Decand. fl. fr. n. 2137. Roth. II. 529. Hoffm. II. 268. Thuill. par. 521. Gmel. bad. III. 755. Schlechtendl. berol. 505. Schk. t. 325. Hayne Abbild. VIII. t. 35. *C. sativa*, Linn.

Ex India advecta, nunc ubique in agris culta. ☉. Jul. — Augst. (Caulis angulatus, strictus, hirtoscaber, ramosus, in planta feminea semper magis ramosus et altior. Folia opposita vel subopposita, breviter petiolata, summa alterna, hirto-scabra, digitata, foliolis 3-9 lanceolatis utrinque attenuatis serratis. Flores masculi virescentes parvi in racemos axillares terminalesque dispositi, feminei geminati, sessiles, in spicas axilares et terminales foliosas digesti.)

638. HÚMULUS. *Hopfen.*

Masc. Perianthium 5-partitum, foliolis oblongis concavis obtusis. Stamina 5, filamentis brevissimis. Antherae oblongae. *Fem.* Strobili constantes squamis magnis membranaceis persistentibus ovatis concavis, axilla unifloris. Styli duo, subulati, patuli. Camara monosperma, calyce tecta. Embryo curvatus.

(*Urticeae*, Juss. Decand. *Urticeen*, Spreng.)

2803. *H. Lupulus:* Linn. sp. pl. 1457. Willd. IV. 2. 769. Pers. syn. II. 618. Poll. palat. n. 927. Decand. fl. fr. n. 2131. Roth. II. 2. 550. Gmel. bad. III. 757. Hayne Abbild. VIII. t. 36.

In dumetis nemorosis, ad sepes, in fruticetis. ♃. Jul. — Augst. (Caules longissimi, sinistrorsum volubiles, alte scandentes, teretes, fistulosi, muricati. Folia opposita, petiolata, cordata, 3 - 5 loba aut integra, grosse serrata, aspera setis fulcratis, subtus resinoso-punctata. Fl. masculi nutantes, in paniculas axillares oppositas pedunculatas bracteales dispositi; feminei in strobilos flavescentes congesti, strobilis pedicellatis oppositis axillaribus solitariis geminisve, nonnunquam etiam in ramos axillares oppositos pedunculatos bracteatos saepe inferne foliosos dispositis.)

Hexandria. *Stamina* 6.

639. TAMUS. *Schmerwurz.*

Masc. Perianthium campanulatum, 6- partitum, foliolis ovato-lanceolatis superne magis patentibus. Stamina 6. *Fem.* Perianthium 6- partitum, germini adhaerens, foliolis basi interna glandula nectarifera instructis. Germen ovali-oblongum, glabrum. Stylus cylindraceus. Stigmata tria, reflexa, emarginata, acuta. Bacca ovata, trilocularis. Semina bina, globosa.

(*Asparageae*, Juss. Decand. *Sarmentaceen*, ord. *Smilaceen*, Spreng.)

2804. *T. communis:* foliis cordatis indivisis. Decand. fl. fr. n. 1868. Willd. IV. 2. 772. Pers. syn. II. 618. Scop. carn. n. 1220. Hoffm. II. 269. Gmel. bad. III. 758. Mössl. 1396. Engl. B. t. 91. Schk. t. 327. *T. communis*, Linn.

Ad sepes, in dumetis, ad sylvarum margines. (Austr. Carniol. M. D. Bad. super. etc. rarior.) ♃. Apr. — Jun. (Caules volubiles, scandentes, glaberrimi, Folia alterna, petiolata, cordata, acuminata, integra, glabra, nitida, ad basin glandulis 2 pellucidis instructa. Fl. masculi laterales, racemosi, feminei parvuli, omnes ex viridi — flavicantes. Baccae subrotundae, rubrae.)

640. SMILAX. *Smilax.*

Perianthium campanulato-patens, 6-partitum. *Masc.* Stamina 6, distincta. *Fem.* Ovarium 1, non adhaerens. Styli 3. Stigmata 3. Bacca globosa, 3-locularis.

(*Asparageae*, Juss. Decand. *Sarmentaceen*. ord. *Smilaceen*, Spreng.)

2805. *S. aspera*: caule subdumoso spinoso hinc inde flexo, foliis cordiformibus dentato-aculeatis. Decand. fl. fr. n. 1864. Willd. IV. 2. 773. Scop. carn. n. 1221. Pers. syn. II. 618. Mössl. 1396. Duham. arb. ed. nov. 2. 234. t. 53. Schk. t. 327. *S. aspera*, Linn.

In asperis, ad sepes. (Carniol.) ♄. Caules duri, angulosi, cirrhis scandentes. Folia sempervirentia, interdum maculata. Flores sordide rubelli, parvi. Baccae rubentes.)

Octandria. *Stamina* 8.

641. POPULUS. *Pappel.*

Amenta cylindrica, laxe imbricata squamis oblongisplanis margine laceris. *Masc.* Stamina 8-30, ad squamarum basin ex urceolo oblique truncato (nectario vel perianthio partiali) prodeuntia. *Fem.* Germen 1. Stigmata 2, biloba. Receptaculum turbinatum oblique truncatum, nectario floris masculi conforme. Capsula ovata, bivalvis, unilocularis, polysperma. Semina ovata, apice comosa, mediae valvulae ad basin affixa. (N. ab E. ined.)

(*Amentaceae*, Juss. Decand. *Amentaceen*, Spreng. *Saliceae*, Rich.)

α. Amenti squamis ciliatis, pedunculis pubescentibus.

2805. *P. alba:* foliis cordato - subrotundis lobatis dentatis subtus niveo - tomentosis, petiolis subcompressis, summorum foliorum dimidium folium aequantibus, amentis ovatis. Hayne Dendrol. Fl. 200. Bechst. Forstb. p. 210. 386 et 389. Willd. IV. 2. 802. Poll. palat. n. 928. Sm. brit. 1079. Decand. fl. fr. n. 2100. Roth. II. 2. 532. Spreng. hal. 274. Gmel. bad. III. 759. Bönningh. Monast. 303. Reit et Abel. t. 8. Schk. t. 330.

P. alba, Linn. *P. nivea,* Willd. Baumzw. 227.

Ad vias, ripas fluviorum, in nemoribus, sylvis. ♄. Mart. — April. (Arbor celeriter crescens, variae altitudinis. Folia superne obscuro viridia hirsuta glabriuscula, subtus tomento niveo induta. Amenta praecocia, feminea erecta, composita e squamis angustis obovatis basi attenuatis ciliatis apice inaequaliter dentatis; cuivis insidet germen ovale, subpedicellatum, nectario arcte inclusum, stigmatibus 2 bilobis terminatum. Amenta mascula majora, laxa, pendula, staminibus 8.)

2807. *P. canescens:* foliis subrotundis angulato repandis dentatis subtus incano - tomentosis, petiolis subcompressis, summorum foliorum dimido folio brevioribus, amentis cylindraceis laxis. Hayne dendrol. Fl. 199. Bechst. Forst. p. 210 et 386. Willd. IV. 2. 802. Sm. brit. 1080. Decand. fl. fr. n. 2101. Spreng. hal. 274. Kunth berol. 269. Gmel. bad. III. 760. Schlechtendl. berol. t. 507. Bönningh. l. c.

P. canescens, Smith. *P. alba,* Willd. Baumz. 220. *P. alba, β.* Lam. fl. fr.

In dumetis, praesertim humidis, ad vias inque nemoribus. ♄. Mart. — April. (Affinis praecedenti speciei, a qua differt: statura minore, foliis multo minoribus, subrotundis, non lobatis, minus dentatis, subtus non argenteo - niveis, sed griseo - tomentosis,

amentis longioribulaxioribus non ovatis, sed cylindricis.)

2808. *P. tremula:* foliis subrotundis dentato-angulatis aetate utrinque glabris, novellis ramulisque subvillosis, petiolis valde compressis, glandula didyma instructis (amentis oblongis.) Hayne dendrol. Fl. 201 Willd. IV. 2. 803. Du Roi Harbk. Baumz. II. 148. Poll. palat. n. 929. Sm. brit. 1081. Decand. fl. fr. n. 2102. Roth. II. 2. 533. Thuill. par. 524. Willd. arb. 228. Gmel. bad. III. 762. Schlechtendl. l. c. Reit. et Abel. t. 9. Schk. t. 330. A. *P. tremula*, Linn.

In sylvis nemoribusque, ad vias, pagos, inque dumetis. ♄. Mart.

(Frutex seu arbor variae altitudinis. Folia acutiuscula, obtusa, sinuato-dentata, juniora et virgarum exuberantium villosa, adultiora glabra, laete viridia, subtus reticulato-venosa. Petioli longi biglandulosi, ad basin folii compressi, debiles; hinc folia leni aura trementia. Squamae amenti pedicellatae, subrotundo-ovatae, in medio profundius, ad latera minus incisa, incisuris acuminatis ciliatis. Germina ovalia. Stigmata duo, rubra, sessilia, triloba, lobis duobus erectis, tertio ad latus deflexo. Stamina octo.)

β. Amenti squamis pedunculisque glabris.

2809. *P. nigra:* foliis deltoideis acuminatis serratis utrinque glabris, longitudine latitudinem superantibus, ramulis junioribus glabris. Hayne dendr. Fl. 201. Bechst. Forstb. p. 210 et 308. Willd. IV. 2. 804. Scop. carn. n. 1223. Du Roi Harbk. Baumz. II. 139. Poll. palat. n. 930. Decand. fl. fr. n. 2103. Roth. II. 2. 534. Spreng. hal. 275. Gmel. bad. III. 761. Schk. t. 330. *P. nigra.* Linn.

Ad vias, pagos inque nemoribus, sylvis demissioribus, pascuis inundatis. ♄. Mart. — April. (Arbor magna, ramis patentibus, gemmis resinosis balsamci

odoris. Folia serrata, serraturis curvatis tenuibus apice glandulosis. Folia subtus et petioli aetate juniore pilis brevibus sparsis sunt obsita. Amenti squamae apice tenuiter laciniatae, glabrae, cito deciduae. Germina subrotundo-ovata, pedicellis cito elongatis et squamis delapsis, peracta anthesi, in racemos disposita esse videntur. Stamina 16-18-21.)

2810. *P. dilatata:* foliis deltoideis acuminatis serratis utrinque glabris, latitudine longitudinem superantibus, ramis erectis virgatis subverticillatis. *P. dilatata*, Ait. Kew. 3. 406. Willd. IV. 2. 804. Ejusd. arb. 229. Hayne dendrol. Fl. 201. Schlechtendl. 508. Bönningh. l. c. *P. fastigiata*, Decand. fl. fr. n. 2104. Pers. syn. II. 623. Thuill. par. 525. *P. pyramidalis*, Gmel. bad. III. 762. Bechst. Forstb. p. 210 et 390. *P. nigra italica*, Du Roi Harbk. Baumz. II. 141. *P. italica*, Mönch.

Frequentissime haec arbor, Italiae indigena, ad vias publicas, in nemoribus, plateis, hortis etc. sata ♄. Febr. — Mart. — April.

(Arbor celerrime crescens, fere a basi ramis subadpressis tecta, quo formam elongato-pyramidalem acquirit. Foliorum latitudo non semper longitudinem superat, basis enim foliorum quandoque producitur, ita ut folium fere subrhombeum evadat. Serraturae foliorum rotundatae, apice inflexo glandulifero. Amenta feminea parva, gracilia, squamis apice laceris decidentibus. Stamina 12-16-18.)

2811. *P. monilifera:* foliis subcordatis, basi glandulosis acuminatis serratis, serraturis hamatis cartilagineis brevissime ciliatis utrinque glabris, nervis patentibus, petiolis compressis, ramis teretibus. *P. monilifera*, Ait. Kew. 3. 406. Will. IV. 805. Ejusd. arb. 232. Pers. syn. II. 623. Hayne dendrol. Fl. 202. Schlechtendl. berol. I. 509. Bönningh. l. c. Schk. t. 330. *P. grandidentata*, Mich. americ. II. 243. *P. caroliniensis*, Mönch. weissenst. 81. Burgsd. Anleit. n. 378.

Canadensis originis, hinc inde culta. ♄. April. (Arbor fere habitu *P. nigrae*, foliis in petiolis longis compressis (ut in *P. tremula*), fere semper trementibus. Folia basi subcordata aut fere truncata et una alterave glandula notata, triangularia, angulis baseos rotundatis, terminali producto integerrimo, reliquo margine serrato, serraturis hamatis apice inflexo glandulosis cartilagineo-marginatis pilisque minutis patentibus ciliatis.)

640. RHODIOLA. *Rosenwurz.*

Calyx 4-partitus. Corolla 4-petala. *Masc.* Stamina 8. Germina 4, abortiva. Squamae nectariferae 4, ovatae, obtusae. *Fem.* Germina 4. Styli 2. Cyamia 4, polysperma (capsulae uniloculares, rima longitudinali intus dehiscentes.)

(*Sempervivae*, Juss. *Crassulaceae*, Decand. *Sedeen*, Spreng.)

2812. *R. rosea:* Linn. lapp. 378. suec. 831. Willd. IV. 2, 807. Pers. syn. II. 625. Hoffm. II. 270. Mössl. 1404. Engl. B. t. 508. Fl. Dan. t. 483. Schk. t. 331. *Sedum roseum*, Scop. carn. n. 560. *S. Rhodiola*, Decand. Plant. grasses t. 143. et Fl. fr. n. 3605.

In alpibus (Austr. Salisb. Carniol. ♄. Jun. — Jul. (Radix tuberosa. Caules erecti, simplices, dense foliosi. Folia sessilia, obovata, acutiuscula, carnosa, glabra, glauco-viridia, apicem versus dentata. Flores corymboso-capitati, lutei, petalis apice rubentibus. Calycis foliola atque petala in planta feminea, minora, rubro-punctata.)

Enneandria. *Stamina.* 9.

643. MERCURIÁLIS. *Bingelkraut.*

Perianthium 3-4 partitum, laciniis ovato-lanceolatis concavis patentibus. *Masc.* Filamenta 9-12,

capillaria. Antherae globosae didymae. *Fem.* Germen 2-gibbosum, 2-sulcatum, filamentis 2 sterilibus brevibus ex quoque sulco prodeuntibus cinctum. Styli 2, bifurcati. Stigmata acuta, reflexa. Elaterium dicoccum. (Capsula dicocca.)

(*Euphorbiaceae*, Juss. Decand. *Tricoccen*, ord. *Linozosteen*, Spr.)

2813. *M. perennis:* caule simplicissimo, foliis scabris, floribus longe pedicellatis. Decand. fl. fr. n. 2141. Willd. IV. 2. 809. Poll. palat. n. 931. Roth. II. 2. 534. Hoffm. II. 271. Spreng. hal. 275. Kunth. berol. 270. Gmel. bad. III. 764. Fl. Dan. t. 400. *M. perennis*, Linn.

In umbrosis montosis, sylvaticis frondosis passim ♃. April — Mai. (Caulis simplex, apice foliosus. Folia elliptica crenata, scabra, opposita, laete viridia, intermedia majora, suprema et infima minora. Spicae axillares, pedunculatae, laxae, nudae, floribus conglomeratis virescentibus. Elateria globosa, sessilia, piloso-scabra.)

2814. *M. annua:* caule brachiato, foliis ellipticis glabris, floribus spicato-glomeratis. Decand. fl. fr. n. 2142. Willd. IV. 2. 810. Pers. syn. II. 625. Poll. palat. n. 932. Scop. carn. n. 1226. Roth. II. 2. 535. Gmel. bad. III. 765. Engl. B. t. 559. Schk. t. 335. Sturm. I. 29. *M. annua*. Linn.

In agris, locis cultis, ruderatis vulgatissima. ☉. fl. per totum annum. (Caulis angulosus, glaber, opposite ramosus, sub ramis parum incrassatus. Folia opposita, elliptica, serrata. Flores masculi in spicas interruptas axillares nudas dispositi; feminei axillares sessiles, solitarii aut geminati. Elateria muricata.)

2815. *M. ovata:* annua, caule simplicissimo, foliis subsessilibus ovatis acuminatis subpubescentibus, fructibus longe pedunculatis.

M. ovata. Hoppe in Regensb. Denkschr. 1815. p. 170. tab. IV.

Ad lapidicinas prope Gratz in Styria. (Trannfelner) Jun. ⊙. (Differt a praecedente foliis latioribus ovatis sessilibus cauleque simplicissimo, a M. perenni, vita annua, foliisque ovatis.)

644. HYDRÓCHARIS. *Froschbiſs.*

Masc. Spatha oblonga, bipartita, 3-flora. Perianthium 6-partitum, laciniis 3 interioribus majoribus coloratis. Stamina 9, in tres ordines disposita, germini abortivo imposita. *Fem.* Spatha nulla. Flores solitarii. Perianthium germini adnatum, ceterum ut in maribus. Styli 6, in duo stigmata acuminata fissi. Capsula infera, subrotunda, sexlocularis, polysperma.)

(*Hydrocharideae*, Decand. R. Brown. *Hydrochariden*, Spreng.)

2816. *H. Morsus ranae:* Linn. sp. pl. 1466. Willd. IV. 2. 812. Poll. palat. n. 933. Decand. fl. fr. n. 2051. Roth. II. 2. 536. Spreng. hal. 275. Gmel. bad. III. 767. Schlechtendl. berol. I. 510. Bönningh. Monat. 304. Fl. Dan. t. 878. Engl. B. t. 808. Schk. t. 333.

In aquis stagnantibus, fossis, lacubus. ♃. Jul. — August. (Caules longi, sub aqua repentes, radiculas longas ad genicula in fundum demittentes. Folia natantia, longe petiolata, orbiculato-reniformia, integra, plana, supra laete viridia, subtus purpurascentia aut obscure viridia. Flores albi.)

Dodecandria. *Stamina* 12.

645. STRATIÓTES. *Wasserscheer.*

Masc. Spatha compressa, persistens, profunde bipartita, 1. flora. Perianthium tubulosum, 6 partitum, laciniis exterioribus minimis virescentibus,

interioribus magnis coloratis. Stamina 12-20. *Fem.* Spatha et perianthium maris. Styli 6, bifidi (fere semper in planta feminea etiam aliquot Stamina, quorum unum alterumque antheriferum, adsunt.) Bacca hexagona, apice attenuata, 6-locularis, loculis polyspermis. Semina parietalia.

(*Hydrocharideae*, Decand. R. Brown. *Hydrochariden*, Spreng.)

2817. *S. aloides:* foliis lineari-lanceolatis carinatis aculeato-denticulatis. Willd. IV. 2. 820. Pers. syn. II. 627. Decand. fl. fr. n. 2052. Roth. II. 2. 537. Hoffm. II. 272. Schlechtendl. I. 511. Bönningh. Monast. 305. Engl. B. t. 379. Fl. Dan. t. 337. Schk. t. 335. a. b. *S. aloides*, Linn.

In fossis, aquis stagnantibus, lacunis. (Austr. Siles. Brem. Oldenb. Megap. Holsat. Westphal. Berol. Pommer. Wittemb. Barby. etc.) ♃. Jul. (Herba demersa. Folia erecta, conferta, aculeato-serrata, glabra. Pedunculi foliis breviores, ancipites. Flores albi.)

Monadelphia. *Filamenta inferne in unum coalita.*

646. JUNÍPERUS. *Wachholder.*

Flores masc. Amentum subglobosum. Antherarum locelli subglobosi, squamis amenti subtus adnati. *Amenti fem.* squamae cum receptaculis connatae. Receptacula connata; inferiora sterilia, superiorum aliquot fertilia, pauciflora. Cupulae erectae, subtriflorae, tristylae. Galbulus apice 1-3-calybiatus, basi glandulosus. Calybia angulata, nuda. (N. ab E. ined. Gärtn. t. 91.)

(*Coniferae*, Juss. Dec. *Zapfenbäume*, ord. *Junipereen*, Spreng.)

2818. *J. communis:* foliis ternis patentibus canaliculato-linearibus apice attenuatis spinescenti-acuminatis, galbulo longioribus. Willd. IV. 2. 853. Pers. syn. II. 632. Scop. carn. n. 934. Du Roi Harbk. Baumz. I. 338. Poll. palat. n. 934. Decand. fl. fr. n. 2065. Roth. II. 2. 539. Gmel. bad. III. 768. Bechst. Forstb. p. 211. et 751. Hayne, Dendr. Fl. 205. Schlechtendl. berol. 511. Fl. Dan. t. 1119. Engl. B. t. 1100. *J. communis*, Linn.

In montanis sylvaticis siccis, collibus apricis. ♄. Mart. — Apr. (Frutex quandoque arbuscula, squarrosa. Rami juniores lineis elevatis notati. Folia brevia, sempervirentia, sessilia, pungentia. Galbuli altero anno maturantur, globosi, atro-violacei, pruina albida tecti.)

2819. *J. nana:* foliis ternis falcatis subimbricatis longitudine galbulorum. *J. nana*, Willd IV. 2. 854. Ejusd. arb. 159. Bechst. Forstb. p. 211 et 757. *J. sibirica*, Burgsd. Anleit. n. 272. *J. communis saxatilis*, Pall. ross. II. 12. t. 54. f. A. B. *J. montana*, Hoffm. II. 275.

In alpinis montanis (Siles. Austr. Bav. Salisb. Styr.) ♄. April — Mai.) An distincta species?

2820. *J. Oxycedrus:* foliis ternis patentibus latiusculis mucronatis galbulo brevioribus. Willd. IV. 2. 854. Pers. syn. II. 632. Scop. carn. n. 1227. Du Roi Harbk. Baumz. I. 344. Willd. arb. 160. Decand. fl. fr. n. 2066. Mössl. 1409. Duham. arb. II. 326. t. 128. *J. Oxycedrus*, Linn.

In locis asperis (Carniol.) ♄. Mai. (Frutex quandoque arborescens. Folia terna, patentia, omnino ut in J. communi, sed majora et latiora. Galbuli oblongo-ovati, rufescentes, magnitudine Grossulariae.)

2821. *J. Sabina:* foliis oppositis ternisve imbricatis decurrentibus, oppositionibus pyxidatis. *J.*

Sabina, Linn. sp. pl. 1472. Willd. IV. 852. Ejusd. arb. 157. Scop. carn. n. 1228. Pers. syn. II. 632. Decand. fl. fr. n. 2067. Gmel. bad. III. 769. Mössl. 1407. Pall. ross. II. 15. t. 56. f. 2. Schk. t. 338.

In montosis umbrosis Austr. Salisb. Carniol. ♄. Mart. — April. (Frutex 2 - 3 - 5 pedalis oblique adscendens, quandoque in hortis arbuscula. Rami diffusi, sparsi, valde ramosi, dense tecti foliis oppositis rarius ternis linearibus acutis convexo-concavis. basi adpressis brevibus sempervirentibus glabris foeditis junioribus interdum patulis. Galbuli cernui, parvi, coerulescentes.)

647. TAXUS. *Eibe.*

Flores masc. Amentum subglobosum e squamis pluribus praeter summam omnibus vacuis. Stamina 8 - 10. Antherarum locelli 6 - 8 connectivo disciformi subtus adnatae, deorsum dehiscentes. *Flores fem.* Amentum ut in mare, squamis inferioribus omnibus vacuis, receptaculo terminali urceolato extus impositis. Cupula ovata, apice perforata. Galbulus subglobosus, e receptaculo baccante subgloboso basi squamato ortus. Calybion solitarium, apice exsertum, perforatum, erectum. (N. ab E. ined.)

(*Coniferae*, Juss. Decand. *Zapfenbäume*, ord. *Taxeen*, Spreng.)

2822. *T. baccata:* foliis linearibus distichis planis mucronatis margine revolutis approximatis. Wild. IV. 2. 856. Pers. syn. II. 632. Du Roi Hrbk. Baumz. II. 451. Decand. fl. fr. n. 2069. Roth. II. 2. 539. Wild. arb. 382. Gmel. bad. III. 770. Bechst. Forstb. p. 219 et 535. Hayne Dendr. Fl. 206. Duham. arb. II. t. 86. Engl. B. t. 746. Schk. t. 339. Sturm. I. 14. *T. baccata*, Linn.

In sylvaticis montosis, nemoribus, ad pagos, urbes. ♄. Mart. — Maj. (Frutex, saepe arbor, mediocris, sempervirens. Folia pectinato - disticha, coriacea,

opaca, viridia. Rami obscuri, fusci, subverrucosi. Fructus rubri.)

648. RUSCUS. *Mäusedorn.*

Perianthium 6-partitum, expansum. *Masc.* Filamenta coalita in tubum ventricosum apice antheras 6-gerentem. *Fem.* Germen oblongum, filamentorum tubo antheris depravato (Nectario) obvallatum. Stylus 1. Stigma 1. Bacca globosa 3-locularis, loculis 2- rarius 1-spermis.

(*Asparageae*, Juss. Decand. *Sarmentaceen*, ord. *Ruscinen*, Spreng.)

2823. *R. aculeatus:* caule rigido ramoso, foliis supra floriferis nudis spinoso-acuminatis. Decand. fl. fr. n. 1866. Sm. brit. 1073. Willd. IV. 2. 874. Scop. carn. n. 1230. Pers. syn. II. 336. Thuill. Par. 529. Borkh. II. 1086. Bechst. 803. Mössl. 1411. Schk. t. 340. Sturm. I. 41. *R. aculeatus*, Linn.

In ericetis, silvaticis umbrosis Germaniae (Austr. Carniol.) ♄. April — Maj. (Frutex humilis, ramosus. Rami sulcati. Folia sessilia, alterna, ovata lanceolatave, nervis parallelis percursa, coriacea, apice mucronato-pungentia, atro-viridia, nitida. Flores albido rubelli, supra foliorum basin. Bacca rubra, apiculo terminata.)

2824. *R. Hypophyllum:* caule ramoso, foliis subtus floriferis nudis. Willd. IV. 2. 875. ejusd. Baumz. 419. Pers. syn. II. 636. Borkh. II. 1088. Bechst. 804. Mössl. 1411. *R. Hypophyllum*, Linn.

In sylvaticis montosis German austral. ♄. Maj. — Jun. (Folia petiolata, oblongo-ovata, coriacea, longe acuminata, utrinque glabra, viridia. Flores e viridi albidi. Baccae parvae, rubrae.)

2825. *R. Hypoglossum:* caule flexuoso subramoso, foliis nitidis medio supra floriferis, glomerulis florum basi foliolo acuto instructis. Decand. fl.

fr. n. 1867. Willd. IV. 2. 875. Pers. syn. II. 636. Scop. carn. n. 1231. Borkh. II. 1889. Bechst. 805. Schk. t. 340. *R. Hypoglossum*, Linn.

In sylvaticis (Carniol.) ♄. April — Mai. (Folia lato-lanceolata, utrinque attenuata, inferiora subverticillata, superiora alterna. Flores parvi, sordide lutescentes, (2-5.) glomerati. Bacca sat magna, ovata, rubra.)

Addenda.

Cum primum opus nostrum aggrederemus, consilium fuit, australioris Germaniae plantas, quae *Carnioliam* et *Carinthiam* calidiorem incolunt, et potius Italiae Florae cives, quam Germanicae habendae esse viderentur, eas omnes intactas relinquere, et e Florulae nostrae finibus excludere. Sed mox poenituit talis propositi, praesertim cum cognosceremus, quam difficile sit, in his certi quid statuere, et quam incongruum, recedere hac via a magno illo Florae Mertensianae et Kochianae exemplo. Igitur a sexta classi, prolatis Florae nostrae finibus, quae pridem relictae erant species, australioris Germaniae indigenae, eas hic repetimus addimusque aliquot novas, vel novissimo tempore in lucem editas vel omissas.

8* OLEA. *Oelbaum.*

Calyx monophyllus, caducus, subtubulosus, 4 dentatus. Corolla monopetala, rotata, limbo 4 fido, laciniis subovatis. Stamina opposita. Filamenta subulata. Stylus simplex, minimus. Stigma crassum, bifidum, emarginatum. Fructus: drupa ovata, glabra, ossea, 1 locularis, 1 sperma, aut 2 locularis 2 sperma, vel abortu 1 sperma.

(*Jasmineae*, Juss. Decand. *Jasmineen*, Spreng.)

16* *O. europaea:* foliis oppositis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus compositis. M. et K. I. 298. Willd. I. 1. 44. Borkh. II. 1097. Bechst. 472. Gaertn. II. t. 93. f. 4. Sibth. fl. gr. t. 3. *O europaea*, Linn. *O sativa*, et *O oleaster*, Hoffmannsegg. Lusit.

In montosis saxosis prope Görz in Carniolia. ♄. Jun. — Jul. (Flores albidi.)

11. VERONICA.

31* *V. Mülleri:* caule simplicissimo subumbellifero aphyllo, involucro spurio triphyllo, foliis obovatis crenatis hispidis. Schrank bot. Zeit. 1824. II. 8. *V. Mülleri*, Vest.

In montosis Styriae. (Affinis *V. aphyllae.*)

15. PAEDEROTA.

53* *P. lutea:* foliis subsessilibus lanceolatis, calycibus labio superiore corollae inciso aequalibus. M. et K. I. 338. Willd. sp. pl. I. Jacq. hort. vind. t. 121.

P. lutea, Linn. Host. Lamark. Scop. *P. Ageria*, Linn. mant. M. et K. *Wulfenia Ageria*, Smith in Act. Linn. Schrad. Vahl.

In saxosis alpium Carnioliae ac Carinthiae. ♃. Jun.—Jul. (Corolla sulphurea.)

15* WULFENIA. *Wulfenie.*

Calyx 5 partitus, laciniis aequalibus subulatis persistentibus. Corolla ringens, 2 labiata, tubo calyce sublongiore, labiis erectis, altero majore 3 fido barbato, laciniis rotundato-ovatis acuminatis, altero minore obovato subcrenato subglabro. Stamina labio superiore breviora, conniventia. Filamenta brevissima. Germen conicum. Stylus filiformis, longitudine corollae. Stigma capitatum. Capsula angulata, 2 locularis, multivalvis, polysperma. (Schrank Denkschr. der Münchner Akad. Jahr 13. 61.)

(*Personatae*, Juss. *Primuleen*, Spreng.)

53** *W. carinthiaca*, M. et K. I. 340. Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 60. Smith. Linn. transact. VI. Jacq. ic. rar. t. 2. f. 1. misc. t. 8. f. 1. *W. carinthiaca*, Jacq. *Paederota Wulfenia*, Lam. encycl. In montosis summis Carinthiae. ♃. Jul. (Corolla violaceo-coerulea.)

24. VALERIANA.

82* *V. tuberosa:* foliis obtusis integerrimis, radicalibus oblongo-ovatis indivisis, caulinis laciniatis laciniis aequalibus, M. et K. I. 391. *V. tuberosa*, Linn.

In pratis sylvaticis saxosis Carnioliae. ♃. Maj. (Corolla rubella, odorata.)

84* *V. saliunca:* foliis radicalibus glaberrimis lineari-cuneiformibus, caulinis linearibus integerrimis interdum basi tridentatis. M. et K. I. 393.

V. saliunca, All. *V. supina*, Decand. fl. fr. 3323. *V. celtica*, Vill.

Summis in alpibus Styriae sup. ♃. Aug.

25. FEDIA.

92* *F. echinata:* caule erecto glabro, foliis linearibus sinuato-dentatis, achaenio lineari costato fungoso tridentato, dentibus reflexis. M. et K. I. 401. Decand. fl. fr. 3334. Vahl. en. p. 19. M. a Bieberst. III. 34.

F. echinata Vahl. *Valerianella echinata* Loisel. Decand. In Carinthia et Carniolia, rarior, ☉. Jun. (Corolla alba aut coeruleo-rubella.)

28. CROCUS.

97* *C. albiflorus:* stigmate incluso subtrifido cuneiformi subcrenato, antheris filamentis duplo longioribus, perianthii laciniis obtusis integris, foliis coaevis perigonio adpressis. M. et K. I. 407. Hoppe et Hornschuch Tageb. 187. *C. albiflorus*, Kitaib.

In alpibus Carinthiae et Carnioliae. ♃. April.

30. IRIS.

100.* *I. lutescens:* foliis ensiformibus rectiusculis scapo 1-2 floro brevioribus, laciniis perianthii oblongis obtusis. M. et K. I. 412. Lam. Dict. III. 297. *I. lutescens*, Lam.

In montosis Carnioliae ♃. Maj.

102.* *J. florentina:* foliis ensiformibus falcatis scapo sub 2 floro brevioribus, spatha emarcida, laciniis perianthii erectis oblongis basi rugoso-undulatis reflexis, obtusis apice subdentato-repandis. M. et K. I. 412. R. et Sch. S. V. I. 457. Decand. fl. fr. n. 1990. *J. florentina*, Linn.

In Carniolia ♃. Maj. — Jun.

57. ELYNA.

147.* *E. caricina:* spiculis bifloris in spicam compositam terminalem confertis. M. et K. I. 458. *Kobresia caricina*, Willd. sp. pl. IV. 205. *Carex bipartita*, All. ped. *C. hybrida*, Schk. car. f. 161.

In alpibus Carnioliae (cl. Hoppe.) ♃. Jul.—Aug.

48. MILIUM.

178.* *M. paradoxum:* panicula patente. spiculis ovato-lanceolatis aristatis. glumellis pilosis, foliorum vaginis supra villoso-barbatis. M. et K. I. 501. Schrad. germ. Host. gr. 3. t. 23. *M. paradoxum*, Linn. sp. pl. ed. 3. *Agrostis paradoxa*, Linn. sp. pl. ed. 1. *Piptatherum paradoxum*, Pal. de Beauv. *Urachne virescens*, Trin. gram. unifl. et sesquifl. 173.

In sylvis Carinthiae et Carnioliae. ♃. Jul.

52. STIPA.

200.* *St. Calamagrostis:* panicula diffusa, aristis nudis curvatis floribus triplo-longioribus, gluma inferiori patente crinita. M. et K. I. 533. *S. Calamagrostis*, Wahlenb. *Agrostis Calamagrostis*, Linn. *Arundo speciosa*, Schrad. germ. t. 5. f. 8. *Calamagrostis speciosa*, Host. gram. 4. t. 45. *Achnatherum Calamagrostis*, Pal. de Beauv. t. 6. f. 7.

In saxosis siccis alpium Carinthiae. ♃. Jul. — August.

58. AVENA.

217.* *A. distichophylla:* panicula aequali, spiculis subtrifloris, axi piloso, flosculis pilis basalibus duplo-longioribus, glumella inferiore apice bifida, partitionibus denticulatis, culmo basi procum-

bente ramosissimo, foliis planis. M. et K. I. 563. *A. disticha*, Lam. Enc. *A. brevifolia*, Host. gram. 3. t. 40. Schrad. germ. Sturm. I. 26. *A. distichophylla*, Vill. delph. 2. t. 4.

In alpibus noricis. ♃. Juli — Aug.

224.* *A. uliginosa:* foliis linearibus angustissimis, ligula elongato-acuminata, axis spiculae internodiis glumellam exteriorem dimidiam subaequantibus. *Aira uliginosa*, Rchb. Pl. crit. Cent. II. Dec. V. p. 41. t. 150. *Aira paludosa*, Weihe Deutschl. Gräs. A. uliginosa, Weihe. Bönningh. Monast. 25.

In uliginosis turfosis saepe in ipsa aqua. (Hannov. Westph.) ♃. Augst. Sept. (Differt ab A. flexuosa, cui valde similis, foliis angustissimis planis vel complicatis, nec tereti-filiformibus solidis, ligula longa acuminata, panicula magis multiflora, spiculis duplo minoribus, glumis obtusioribus fere aequalibus flosculis multo-minoribus, altero axi elongato, dimidium flosculi inferioris aequanti, nec quartam ejus partem vix attingenti, insidente, valvula corollae inferiore latiuscula, porro loco natali temporeque florendi.

69. FESTUCA.

264.* *F. violacea:* panicula angusta patente laxa, spiculis oblongis 4 floris aristatis, foliis capillaribus glabriusculis, ligula biaurita. M. et K. I. 646. *F. violacea*, Gaud. *Schedonorus violaceus*, R. et Sch.

Summis in alpibus Carinthiae. ♃. Jul.—Aug.

275.* *F. nigrescens:* panicula patente, spiculis ovatis 5-floris, floribus lato-lanceolatis acuminatis, foliis radicalibus setaceis, culmis planis, ligula biaurita, radice fibrosa. M. et K. I. 657. Lam. encycl. Gaud. agrost.

Schedonorus nigrescens, R. et Sch.

In alpibus Carinthiae. ♃. Jul. — Aug.

275.** *F. rhaetica:* panicula patênte, ramis conjugatis, spiculis ovatis 3floris aristatis vel muticis, foliis setaceis, ligula oblongo-lanceolata acuta. M. et K. I. 661. *F. pilosa*, Gaud. *F. poaeformis*, Host. gram. 2. t. 81. *Schedonorus poaeformis*. R. et Sch.

In alpibus Carnioliae. ♃. Jul. — Aug.

275.*** *F. laxa:* panicula divergente inani, ramis simplicibus basi nudis, spiculis lineari-oblongis 3-5floris mucronatis, foliis setaceis, ligula truncata, culmo basi vaginis aphyllis, radice (?) fibrosa. M. et K. I. 662. Host. gram. Schrad. germ. nec *F. laxa* Gaud. agrost.

In montosis et subalpinis Carinthiae ac Carnioliae. ♃. Jun. — Jul.

70.* DANTHONIA. *Danthonie.*

Spiculae 4-5 florae. Glumae duae subaequales magnae, convexae, herbaceo-papyraceae, lato-lanceolatae, flosculos subaequantes. Glumellae cartilagineae, basi barbatae, inferior ovata, apice 3 fida, arista media geniculata recurvata, superior subconduplicata, truncata, carinis dense ciliata. Caryopsis libera. Infl. panicula.

(*Gramineae*, Juss. Decand. *Gräser*, ord. *Festucaceen*, Spreng.)

288.* *D. alpina*, racemo simplici, spiculis 4 floris, foliis planis, vaginis barbatis, M. et K. I. 677. v. Vest. bot. Zeit. 1821. 10. 145.

In alpibus (Kolschna) Carnioliae. cl. v. Vest. ♃ Maj. —

86. ASPERULA.

356.*** *A. longiflora:* foliis quaternis linearibus glabris, superioribus inaequalibus, radice fusiformi, caulibus erectis diffusis, floribus corymbosis, bracteis lanceolato-subulatis cuspidatis, corollis extus glabris, polachaenis subtuberculatis. M. et K. I. 764. Waldst. et Kit. pl. rar. hung. t. 150.

In alpibus Carinthiae et Carnioliae. ♃. Jul.

87. GALIUM.

368.* *G. purpureum:* foliis linearibus angustissimis mucronatis, caulinis octonis-denis, caule erecto rigido paniculato ramosissimo tereti 4costato pubescente, pedunculis capillaribus nutantibus subracemosis, polachaenis glabris. M. et K. I. 785. Willd. I. 2. 593. *G. rubrum*, Decand. fl. fr. Scop. carn. *G. purpureum*, Linn.

In saxosis Carinthiae, in monte Arnoldstein Carnioliae. ♃. Jul. — Aug.

92.* EPIMEDIUM. *Sockenblume.*

Calyx 4phyllus, caducus. Corolla 4 petala, petalis ovatis explanatis. Parapetala (Nectaria) 4, cyathiformia, basi obtusa, petalis brevioribus eisque incumbentia. Stamina petalis alterna. Filamenta filiformia. Antherae filamento longitudinaliter adnatae, oblongo-ovatae. Germen oblongum. Stigma simplex, obtusum. Capsula leguminiformis, oblonga, bivalvis, polysperma.

(*Berberideae*, Juss. Decand. *Berberideen*, Spr.)

E. alpinum: Linn. sp. 171. Ait. Kew. I. 157. Scop. carn. n. 169. Mönch. Meth. 278. Allion. pedem. n. 871. M. et Koch. I. 817. Engl. Bot. 438. Schk. t. 24. Römer, Fl. Europ. fasc. 2. *E. alpinum*, Linn.

In alpinis subalpinis (Carniol.) ♃. April — Maj. (Foliola cordato-lanceolata, ciliata, superne glabra, subtus glaucuscula. Petala purpurascenti-fulva. Parapetala lutea.)

118. SYMPHYTUM.

481.* *S. bulbosum:* radice filiformi tuberosa, caule simplici, foliis ovato-lanceolatis basi attenuatis decurrentibus, floralibus oppositis ovatis semiamplexicaulibus, calycis tubum subaequantis dentibus lanceolatis, corollae limbo ad medium partito, laciniis ovatis rectis, stylo fornices corollae limbo subduplo breviores multum superante. Schimper in bot. Zeit. 1825. I. 17.

In vineis (Heidelberg.) ♃. Maj. (A. *S. tuberoso* affini differt: floribus fere majoribus, antheris quam filamenta duplo longioribus, fornicibus semper omnino inclusis, stylo corollam subaequante, dentibus calycis angustioribus lineari-lanceolatis tubo duplo brevioribus, foliis multo minoribus 2-3 pollicaribus ovato-oblongis, caule rarius ramoso, radice multo crassiore dentata et nodosa pennae anserinae vel digiti minimi crassitie, fibris copiosis instructa.)

224. PRIMULA.

501.* *P. carniolica:* foliis ellipticis subintegerrimis glabris, umbella paucillora erecta, involucri 2-3 phylli foliolis ovato-lanceolatis, calycibus tubo 3plo brevioribus. Lehm. prim. 72. R. et Sch. IV. 146. Jacq. misc. I. p. 160. fl. austr. V. t. 4. Trattin. tab. t. 428. *P. carniolica.* Jacq *P. integrifolia,* Scop. carn. ed. 2. I. p. 113. (excl. syn.)

In Carnioliae agro Idriensi ad radicem collis Kobila. ♃. Mart. — April. (Corolla carneo-violacea, tubo interne albente, laciniis obcordatis levissime emarginatis.)

146.* SCOPOLINA. *Scopoline.*

Calyx campanulatus, 5 fidus, muticus. Corolla campanulata, 5 fida, laciniis obtusis parum profundis calyce 3 plo longioribus. Stamina approximata, versus latus inferius flexa. Capsula circumscissa. Semina reniformia, scabra.

(*Solaneae*, Juss. Decand. *Solaneen*, Spreng.).

S. atropoides: foliis ovatis integris. R. et Sch. IV. 312. Schult. östr. fl. ed. 2. n. 844. *Hyoscyamus Scopolia*, Willd. En. h. b. I. 229. Sturm. fasc. 21. *Scopolia carniolica*, Jacq. obs. I. p. 32. t. 20.

In sylvis Carnioliae, Bavariae. ♃. (nec ♄.) April — Maj. — Flores ramei, axillares, solitarii, penduli, inter singula folia gemina, pedunculo filiformi.)

149. PHYTEUMA.

577.* *P. comosum:* fasciculo terminali sessili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. R. et Sch. V. 79. Willd. sp. I. 921. (excl. syn. Scop.) Jacq. austr. app. t. 50. Sturm. I. 22. Tratt. tabular. tab. 404. *P. comosum*, Wulf.

In rupibus Carniae. ♂. Maj — Juni. Flores copiosi, speciosissimi, Corolla inferne coelestina, superne atroviolacea. *β.*) foliis omnibus spatulatis obtusis.)

150. CAMPANULA.

583.* *C. Zoysii:* caulibus subtrifloris, foliis integerrimis, radicalibus ovatis longe petiolatis, caulinis oblongo-ovatis sessilibus obtusis, floribus nutantibus, corollis oblongo-campanulatis, R. et Sch. V. 91. Willd. sp. I. 891. Wulf. in Jacq. Coll. 2. p. 122. Jacq. ic. rar. t. 334. Sturm. fasc. 22. *C. Zoysii*, Wulf.

In alpibus Vochinensibus Carnioliae. ♃. Jul. (Corolla saturate aut dilute coelestino-coerulea, lineis 5 saturatioribus, laciniis barbato-villosis.

598.* *C. bononiensis:* caule tereti foliisque subtus villosis incanis, inferioribus cordato-lanceolatis petiolatis, superioribus sessilibus, ramis floriferis subpaniculatis, calycibus reflexis nudis. R. et Sch. V. 122. Wahlenb. carpath. p. 61. Roth. II. 255. *C. bononiensis:* Linn.

In pratis siccis. (Austr. Carniol. Brunsvig. Halae.) ♃.

598.** *C. graminifolia:* foliis lineari-subulatis, capitulo terminali, (floribus subquinatis, laciniis corollae subpatentibus.) R. et Sch. V. 124. Willd. sp. I. 902. Hort. syn. 108.

In collibus Carnioliae. ♃. Jun. — Jul. (Corolla violacea, Valvulae capsulae reflexae.)

156*. ZIZYPHUS. *Judendorn.*

Calyx 5 fidus, intus coloratus, patens, laciniis acutis. Petala minima, concava inter lacinias calycis. Discus carnosus, orbicularis, pistillum ambiens, coloratus. Stamina petalis opposita. Styli 2, breves, stigmate obtuso. Drupa ovata, vel obrotunda, nucleo 2 loculari 2 spermo.

(*Rhamni,* Juss. *Frangulaceae,* Decand. *Rhamneen,* Spreng.)

Z. vulgaris, aculeis geminis, altero recurvo, foliis ovatis, (oblongisve) retusis dentatis glabris, (fructibus oblongis). R. et. Sch. V. 3.o.) *Z. vulgaris,* Lam. meth. III. p. 316. ill. t. 185. f. 1. *Rhamnus Zizyphus,* Linn. Scop. carn. ed. 2. n. 265. Wulf. in Roem. Archiv. III. 3. p. 339. n. 35.

In vineis ac hortis Carnioliae. ♄. Jul. — Aug. (Folia alterna, breviter petiolata, firma, subtus teretes, nitentia, trinervia.)

156.** PALIURUS. *Brustbeere.*

Calyx planus, 5 fidus, persistens, laciniis ovatis acutis. Petala 5, patentissima, parva, concava, unguiculata. Discus carnosus, germen ambiens. Styli 3, breves, stigmate obtuso. Drupa sicca, 2-3 locularis, 2-3 sperma, suberosa, hemisphaerica, complanata, subpeltata, annulo lato membranaceo striato horizontaliter fructum ambiente.

(*Rhamni*, Juss. *Frängulaceae*, Decand. *Rhamneen*, Spreng.)

P. australis: aculeis stipularibus geminis, recto recurvoque, racemulis axillaribus corymbosis, floribus trigynis, foliis ovatis crenulatis glabris petiolatis. R. et Sch. V. 342. Pers. I. 241. *P. australis.* Gaertn. t. 43. f. 5, *Rhamnus Paliurus*, Linn. Scop. carn. 2. n. 264. Wulf. in Roem. Arch. III. 3. p. 338. *Zizyphus Paliurus*, Willd. sp. I. 1103.

In Carniolia. ♄, Maj. — Jul. (Flores lutescentes.)

178. KOCHIA.

711.* *K. scoparia:* herbacea, pubescens, foliis lineari-lanceolatis ciliatis, calycibus geminis, appendicibus brevissimis acutis. R. et Sch. VI. 246. Schrad. Diar. bot. 1801. t. 3. B. *Salsola scoparia.* M. a Bieb. cauc. suppl. p. 182. *Chenopodium scoparia*, Willd. sp. I. 1306. *Salsola Sieversiana.* Pall. illust. III. p. 45. t. 38.

In Carniolia. ☉. Jun. — Sept. (Folia sessilia, laete viridia, acuta, 2-3 lin. lata. Flores ad axillas inferiores plures, ad superiores plerumque 2-3, glomerulis ante anthesin hirsutis.)

175. GENTIANA.

718.* *G. campanulata:* corollis 7 fidis campanulatis (striatis) impunctatis, verticillatis, calycibus brevibus subtruncatis. R. et Sch. VI. 159. Fröl. Gent. p. 26. Willd. I. 2. 1333. Jacq. fl. austr. app. p. 43. t. 29. Tratt. fl. austr. fasc. IV. t. 1. *G. campanulata.* Jacq. *Pneumonanthe campanulata.* Schmidt. boem.

In alpibus Carinthiae. ♃. Jul. (Corolla magna, basin versus ventricosior, submembranacea, diaphana, sulfurea, laciniis 3 angularibus obtusis, demum revolutis.)

728.* *G. imbricata:* corolla 5 fida infundibuliformi caulem superante, foliis imbricatis ovatis acutis margine scabris. R. et Sch. VI. 158. Fröl. Gent. p. 74. Willd sp. I. 2. 1344. *G. imbricata:* Fröl. *G. bavarica.* Lam. Enc. II. p. 640. Barell. icon. 101. f. 2.

Summis in alpibus Carinthiae. ♃. (Media quasi *G. bavaricam*, inter et *G. prostratam*, sed ab utraque diversissima. Cespites huic densiores magis compacti. Folia velut in rosulas compactas imbricata, basi paululum attenuata, coadunata, apice primo intuitu obtusa, immo rotundata, reapse tamen acutiuscula. Caulis fere nullus, foliis tectus, angulatus. Corollae limbus fere major, quam in *G. bavarica*, laciniis ovato-lanceolatis acutis saturate coeruleis, interjectis pallide coeruleis, 2 fidis majusculis. Calyx basi foliis 2, calyce vix dimidio brevioribus. *Fröl.*)

167. LASERPITIUM.

748.* *L. alpinum:* foliis ternatis glabris subtus pubescentibus, foliolis cordatis trilobis acute dentatis, involucro caduco. *L. alpinum.* Waldst. Kit. pl. r. hung. III. p. 281. t. 253. *L. trilobum.* Crantz. aust. p. 187. Willd. sp. pl. I. 1415. (excl.

syn.) Spreng. Umb. spec. p. 38. *Siler alpinum.* Baumg. Enum. I. 229.

In alpibus Carnioliae. ♃. Jun. — Aug. (Radix tuberoso-fusiformis. Folia subtus incana, pilis ad venas. Foliola dentibus mucronatis scabris. — Flosculi albi. Petala inflexa, staminibus breviora.)

748.** *L. peucedanoides:* foliis biternatis, foliolis subternatis lineari-lanceolatis venoso-striatis integerrimis, involucro setaceo, pistillis elongatis persistentibus. R. et Sch. VI. 610. Willd. sp. pl. I. 1418. Jacq. ic. II. t. 350. *L. peucedanoides,* Seg. veron. III. p. 227. t. 7. *L. angustifolium,* Linn. sp. ed. Reich. I. p. 648. Willd. sp. I. 1416.

In alpibus ac praealpibus Carnioliae. ♃. Jul. — Aug. (Folia utrinque glabra, dilute virentia, nervo subtus tenerrimo. Petala initio rubella subtus, dein tota alba, lanceolata, intorta apice indeque obcordata.)

748.*** *L. Archangelica:* hirsutum, caule sulcato maculato, vaginis amplis, foliis decompositis, foliolis ovatis serratis basi cuneatis extremo trilobo, lateralibus bilobis, floribus nubilibus purpurascentibus. R. et Sch. VI. 621. Willd. sp. pl. I. 1419. Wahlenb. carp. p. 81. Jacq. ic. rar. I. t. 58. *L. Archangelica.* Jacq. *L. Chironium.* Scop. carn. n. 314.

In rupibus montosis umbrosis Carnioliae. ♃. Jul. (Folia Angelicae Archangelicae (Archangelicae off.), saturatius tamen viridia, subtus pallidiora. Corolla alba, primum purpurascens, petalis subaequalibus obcordatis, appendiculo cuspidato. Stamina petalis paulo longiora, antheris albido-luteolis.)

189. PEUCEDANUM.

775.* *P. rablense:* caule sulcato ramoso, foliis ternato-decompositis, laciniis linearibus cuspidatis, involucris lineari-subulatis integerrimis,

fructuum margine lato membranaceo. *P. rablense*, Koch. l. c. *Selinum lineare*, R. et Sch. VI. 560. *S. rablense*, Spreng. pugill. II. p. 51. *Ferula rablensis*, Wulf in Jacq. Coll. IV. p. 312. Willd. sp. I. 1412. fl. dan. t. 1330.

In Carinthia. ♃. (Folia laevia, nitentia, saturate viridia. Petala oblonga, extus primum alba, dein rubra, acumine sursum inflexo. Filamenta alba, petalis longiora, antheris albis.)

189. *IMPERATORIA. *Meisterwurz.*

Calycis margo quinquedentatus. Petala subrotunda, integra, cum acumine subulato involuta. Cremocarpium a dorso plano-compressum, margine dilatato complanato cinctum. Carpella jugis subaequidistantibus, tribus intermediis filiformibus, duobus lateralibus obsoletioribus margini dilatato contiguis. Semen antice planum. Valleculae univittatae. Involucrum universale nullum, partiale oligophyllum. Commissura bivittata. Koch. Umb. p. 95.

I. verticillaris: caule tereti glauco, ramis floriferis verticillatis, foliis ternato-decompositis rigidiusculis, foliolis divaricatis omnibus petiolatis ovato-oblongis basi inaequalibus inciso-dentatis, floribus virentibus. R. et Sch. VI. 608. *Angelica verticillaris*, Linn. mant. p. 217. Willd. sp. pl. I. 1429.

Ad ripas fluvium (Aust. ♃. Jul. (Foliola glabra, viridia, extimo non decurrente. Flores virides. Petala minuta, inflexa, integra.)

195.* LIGUSTICUM. *Ligusticum.*

Calycis margo quinquedentatus vel obsoletus. Petala obovata, acute emarginata cum lacinula inflexa, brevissime unguiculata. Cremocarpium sectione transversali subteres vel a latere parum compressum. Carpella jugis quinque argutis subulatis aequalibus,

lateralibus marginantibus. Valleculae multivittatae. Semen subsemiteres. Involucrum universale varium, partiale polyphyllum. Koch Umb. p. 104.

α) Calycis margo minute quinquedentatus. Involucrum universale polyphyllum.

783.* *L. simplex:* caule simplici aphyllo, foliis bipinnatifidis oblongis, foliolis sessilibus multifidis linearibus subdecussatis, involucri foliolis trifidis. R. et Sch. VI. 553. *Laserpitium simplex*, Linn. mant. p. 56. Willd. sp. pl. I. 1421. Jacq. misc. II. p. 40. f. 2. Roem. fl. europ. fasc. 8. *Laserpitium mutellinoides*, Crantz Umb. p. 67. *L. lucidum* Ait. Kew. ed. 1. I. p. 345.

In alpibus (Austr.) ♃. (Folia glabra, laevia. Flores albi vel purpurascentes.)

783.* *L. Seguierii:* caule tereti striato, foliolis pinnatifidis, laciniis remotis linearibus subfalcatis cuspidatis, pedunculis subverticillatis. *L. Seguierii*, Koch. l. c. Seguier veron. II. p. 41. t. 13. *Imperatoria Seguierii*, Spreng. Umb. spec. p. 65. *Selinum Seguierii*, Linn. suppl. p. 179. Jacq. h. vind. t. 61.

In montosis calcareis Carnioliae. ♃. Jul. — Aug. Corollae explicatae. Petala alba.)

197. MOLOPOSPERMUM.

Calyx quinquedentatus foliolosus. Petala lanceolata, integra, longe acuminata, acumine adscendente. Cremocarpium sectione transversali a latere parum compressum. Carpella jugis quinque argutis membranaceo-alatis aequalibus, lateralibus marginantibus. Valleculae univittatae. Semen semiteres. Involucrum universale et partiale polyphyllum. Koch Umb. p. 108.

786.* *M. peloponnesiacum:* caule sulcato, foliis ternatim decompositis, foliolis lanceolatis elon-

gatis nitidis decursive pinnatis, laciniis argute pinnatifidis, apice attenuatis, umbellis lateralibus masculis, involucri foliolis elongatis. *M. peloponnesiacum*, Koch. l. l. *Ligusticum peloponnesiacum*, Linn. R. et Sch. VI. 548. Wulf. in Roem. Arch. III. p. 350. Jacq. austr. app. t. 13.

In alpibus rhaeticis, noricis, carniis. ♃. Maj. — Jun. (Petala pallida, patentissima vel reflexa, nec cordata. Filamenta corolla longiora.)

203. BUPLEURUM.

804.* *B. Odontites:* involucris pentaphyllis lanceolatis venosis membranaceis cuspidatis umbellas superantibus, foliis linearibus trinerviis, caule paniculato. *B. Odontites*, Linn. Willd. sp. pl. I. 1373. Jacq. hort. vind. III. t. 91. *B. glumaceum*, Smith. prodr. fl. graec. I. p. 177. *B. divaricatum*, Lam. fl. fr. III. p. 410. *Odontites luteola*, Spreng. apud R. et Sch. VI. 380.

In collibus. (Carniol.) ☉. Jul. — Aug.

806.* *B. baldense:* caule ramoso folioso, foliis lineari-lanceolatis canaliculatis nervosis, involucris subtetraphyllis inaequalibus angustissimis umbella brevioribus, involucellis pentaphyllis. R. et Sch. VI. 371. Host. syn. p. 141. Baum. stirp. I. p. 243. *B. baldense*, Linn.

In alpibus carniis. ♃. Jul. — Aug. (Folia radicalia linearia, basi latiora.)

208. *SISON. *Sison.*

Calycis margo obsoletus. Petala subrotunda, curvata, profunde emarginata, cum lacinula inflexa. Cremocarpium a latere compressum, ovatum. Carpella jugis quinque filiformibus aequalibus, lateralibus marginantibus. Valleculae univitatae, vittis abbreviatis clavulatis. Semen gibbo-convexum, antice pla-

niusculum. Involucrum universale et partiale oligohpyllum. Carpophorum bipartitum. Koch. Umb p. 23.

117.* *S. Amomum:* caule paniculato ramosissimo, foliis pinnatis, foliolis inferioribus subrotundis lobato-incisis dentatis, superioribus lanceolato-linearibus, radiis umbellae elongatis. R. et Sch. VI. 407. Jacq. h. vind. III. t. 18. Hayne term. bot. t. 36. f. 10. *S. Amomum*, Linn. Mant. p. 355. *Seseli Amomum*, Scop. carn. n. 355. *Cicuta Amomum*, Crantz austr. p. 96.

In solo margaceo calcareo Carnioliae. ♂. (☉. (Smith) Jul. (Flores parvi, albi, subaequales, petalis inflexo-cordatis. Antherae flavescentes.

221. ASTRANTIA.

838.* *A carniolica:* foliis radicalibus quinquelobis, lobis oblongis acutiusculis subtrifidis mucronato-dentatis, involucris integerrimis, umbellis laxis patulis. *A carniolica*, Jacq. austr. V. app. t. 10. Willd. sp. pl. I. 1568. *A. minor*, Scop. carn. n. 305. t. 7. *A major β. carniolica*, R. et Sch. VI. 341.

In alpibus noricis, juliis, carniis. ♃. Jul. — Aug.

223. ERYNGIUM.

841.* *E. amethystinum:* foliis bipinnatifidis subcrispis, laciniis lanceolatis spinosis, caule erecto corymboso superne colorato, involucris lanceolatis pinnatifidis capitula ovata superantibus, paleis exterioribus subulatis. R. et Sch. VI. 333. Willd. sp. pl. I. 1358. (excl. *β.*) Kit. hung. III. t. 215. *E. amethystinum*, Linn.

In Styria. ♃. Jul. — Aug. (Differt ab *E. campestri:* foliis bipinnatifidis, caule corymboso, involucri foliolis lanceolatis pinnatifidis, cum in E cam-

pestri folia subternata sint, caulis paniculatus, involucri foliola linearia subintegerrima.)

843.* *E. alpinum:* foliis inferioribus cordatis petiolatis inciso-serratis, superioribus ternatis amplexicaulibus, caule simpliciusculo superne colorato, involucris pinnatifidis ciliatis setosis capitula oblonga superantibus, paleis integris. R. et Sch. VI. 323. Willd. sp. pl. I. 1359. Scop. carn. n. 300. Trattin. tabul. t. 205. *E. alpinum*, Linn.

In alpibus rhaeticis, carniis. ♃. Jul. — Aug.

223.* DONDIA. *Dondie.*

Calycis margo quinquedentatus, foliolosus. Petala erecta, conniventia, obovata, a medio infracta in lacinulam longitudine petali. Cremocarpium a latere contractum, calyce persistente coronatum. Carpella gibbo-convexa, jugis quinque filiformibus, intus canali perfossis. Carpophorum nullum. (Cremocarpium perfectum quidem, sed nondum siccatum a sicco evidenter discrepat: a latere compressum est nec contractum, juga quinque lata sunt et convexa totamque latitudinem carpelli replent, eaque a basi ad medium longitudinis carpelli connata, hoc ibidem aevigatum reddunt, a medio ad apicem vero valleculis profundis sed angustissimis sejunguntur. In statu sicco juga a basi carpelli usque ad apicem in tenues filiformesque strias contrahuntur, interjectis valleculis latis et planiusculis. Koch. Umb. p. 140.

843.** *D. Epipactis:* foliis quinquelobis obtusis serratis, involucris oblongis obtusis serratis. *D. Epipactis*, Spreng. Umb. prodr. p. 21. *Astrantia Epipactis*, Willd. sp. pl. I. 1367. Jacq. austr. V. app. t. II.

In alpibus carniis, rhaeticis, noricis. ♃. Mart.—Jun. (Folia mucronato-serrata. Scapus uniflorus,

nudus. Variat speciminibus pluribus foliis et scapis in una radice instructis.)

229. RHUS.

852* *R. Coriaria:* foliis pinnatis ovato-oblongis obtusis mucronatis obtuse serratis supra scabris subtus villosis, petiolo communi extimis internodiis membranaceo. R. et Sch. VI. 643. Willd. sp. pl. I. 1477. Ehrh. Beitr. VI. p. 88. Schk. t. 82. *R. Coriaria*, Linn.

In Carniolia. ♄. Jul. — Aug. (Baccae purpureae, villosae, semiglobosae.)

230.* DRYPIS. *Knotenkraut.*

Calyx quinquefidus, ad medium fere usque cylindricus, laciniis rectis acutis. Petala quinque, unguibus longitudine calycis, limbo plano, laciniis linearibus bipartitis, fauce coronata denticulis duobus petali singuli. Styli patuli, stigmatibus simplicibus. Capsula subrotunda, calyce tecta, unilocularis, parva, circumscissa (?), semine unico reniformi nitido.

(*Caryophylleae*, Juss. C. trib. *Sileneae*, Decand. *Caryophylleen*, Spreng.)

853.* *D. spinosa:* R. et Sch. VI. 680. Decand. prodr. I. p. 388. Jacq. h. vind. I. t. 49. *D. spinosa*, Linn.

In montosis. (Carnioliae.) ♂ Jun. — Jul. (Folia subulata. Bracteae utrinque tridentatae. Corollae purpurascentes, interdum albidae.)

236. LINUM.

862.* *L. gallicum:* glabrum, saepius multicaule, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus laxe paniculato-corymbosis, pedicellis calycis longitudine, calycis foliolis basi ciliatis apice subulatis, petalis

obtusis calyce duplo longioribus. Decand. prodr. I. p. 423. R. et Sch. VI. 746. *L. gallicum*, Linn.

In Carniolia. ☉. Jun. (Flores parvi, lutei, senio albi.)

862.** *L. strictum:* glabrum erectum, foliis lineari-lanceolatis strictis, calycis foliisque acuminatissimis ciliato-scabris, panicula corymbosa conferta, pedicellis brevissimis, petalis calycis longitudine. Decand. prodr. I. p. 424. R. et Sch. VI. 752. Sibth. fl. graec. t. 304. *L. strictum*, Linn. *L. sessiliflorum*, Lam. Enc. III. p. 523.

In agris et arenosis Carnioliae. ♂ Jun. — Jul. (Flores parvi, pallide flavi, terminales, corymbosi.)

Index Generum.

Tom. II.

Index
Nominum vernaculorum.

INDEX

Ordinum, Generum et Specierum

Tom. I et II.

Species literis romanis, synonyma literis cursivis, genera et ordines literis maiusculis expressa sunt.

A.

E.

I.

K.

M.

O.

S.

P.

V.

W.

X.

Z.

Corrigenda.

Tom. I.

pag. 12 lin. 18 Y. lege V.
— 30 — 1 llbosum lege globosum.
— — — 2 g-locularis lege 1-locularis.
— — — 3 subcylindrica lege subcylindrica.
— 36 — 2 ab inf. verticellisque lege verticillisque.
— 38 — 22 Corollae lege corolla.
— 45 — 17 lameolatis lege lanceolatis.
— 51 — 8 serotins lege serotinis.
— 53 — 6 }
— 55 — 20 } perigonii lege perianthii.
— — — 23 }
— 57 — 8 triguetra lege triquetra.
— 65 — 17 semotis lege remotis.
— 85 — 6 ab inf. auctae lege acutae.
— 91 — 3 ab. inf. contractiore lege magis coarctata.
— 101 — 16 St. junceaae lege St. juncea.
— 103 — 7 ab inf. compressas lege compressa.

pag. 106 lin. 7 ab inf. gluams lege glumas.
— 121 — 6 - - previssime lege brevissime.
— 122 — 11 aucta lege acuta.
— 128 — 7 ab inf. ovata- lege ovato-
— — — 8 - - apica lege apice.
— 129 — 22 in Mai — Phys. lege in Mai phys.
— 137 — 2 ab inf. e lege et.
— 147 — 19 Testuca lege Festuca.
— 151 — 13 domum lege demum.
— 162 — 5 Vivviers lege Verviers.
— 164 — 22 Glumae lege Glumellae.
— 171 — 21 reclusis lege retusis.
— 174 — 20 dentalis lege dentatis.
— 180 — 1 suaveocens lege suaveolens.
— 198 — 16 8-spernio lege 8-spermo.
— 199 — 14 4-splo lege 4-splo.
— 204 — 10 Decend lege Decand.
— 205 — 1 ab inf. Antherse lege Antherae.
— 207 — 3 - - Pall. Ftin. lege Pall. Jin.
— 213 — 11 acutifoliis lege acutifolius.
— 217 — 4 R. lege K.
— 221 — 8 patentissimis lege patentissimus.
— 222 — 4 ab inf. Cyamio lege Cyamii.
— 238 — 9 fructicantibus lege fructificantibus.
— 248 — 12 Corella lege Corolla.
— 251 — 24 hauc lege hanc.
— 254 — 9 cerua lege carnea.
— 261 — 3 partitae lege partita.
— 265 — 16 2-3-sulcum lege 2-3 sulcatum.

pag. 279 lin. 11 rhapsoides lege thapsoides.
— 280 — 14 Phlonaides lege Phlomoides.
— 298 — 2 ab inf. cordato-ceolatis lege cordato-lanceolatis.
— 314 — 1 - - pepunculis lege pedunculis.
— 326 — 4 - - arete lege arcte.
— 330 — 18 quod lege quoad.
— 354 — 2 superae lege superne.
— 358 — 12 ab inf. cultura lege culturae.
— — — 10 - - occurrat lege occurrit.
— 360 — 12 pedunculi strigidis lege pedunculis rigidis.
— 370 — 9 ab inf. Involusrum lege Involucrum.
— 375 — 3 Angliceae lege Angeliceae.
— 386 — 11 Selineae lege Seselineae.
— 390 — 6 ab inf. petioatis lege petiolatis.
— 392 — 17 Jasq. lege Jacq.
— 396 — 7 sylvir lege sylvis.
— 397 — 5 Ammie lege Ammineae.
— 402 — 18 rhizomete lege rhizomate.
— 413 — 22 campaulat. lege campanulata.
— 417 — 5 ab inf. Petragynia lege Tetragynia.
— — — 4 - - sepala quinque persistentia lege calycis laciniae quinque persistentes etc. etc.
— 418 — 21 5-dentatus, plicatus, scariosus lege 5-dentato plicato-scarioso.
— 419 — 5 avenosis lege arenosis.
— — — 14 pulcriora lege pulchriora.
— 423 — 8 ab inf. lato-lnceolatis lege lato-lanceolatis.

pag. 425 lin. 10 ab inf. var. 3-andria lege var. floribus 3-andria.
— 427 — 21 C. Calamus. lege A. Calamus.
— 430 — 7 poene lege plane.
— — — 8 dolatatis lege dilatatis.
— 436 — 1 ab inf. aciniis lege laciniis.
— 447 — 3 Asparagus lege Asparageae.
— 451 — 1 ab inf. axellis lege axillis.
— 455 — 10 - - Ohrthal lege Ahrthal.
— 457 — 19 tria deleat.
— 463 — 8 es lege ex.
— 471 — 11 (- -) deleat.
— 480 — 9 connexae lege connexa.
— 482 — 17 valvulis lege laciniis.
— 489 — 5 ab inf. adde Camarae distinctae saepius 1-spermae caducae.
— 511 — 14 perigonii lege perianthii.
— 512 — 1 ab inf. patena lege patens.
— 539 — 2 ab inf. calyz lege calyx.
— 544 — 7 - - quod lege quoad.
— 576 — 18 anthophora lege anthophoro.
— 605 — 6 stylis lege styli.
— 605 — 14 Poll. lege Pall.
— 606 — 18 versum lege versus.
— 628 — 3 phaeniceus lege phoeniceus.
— 630 — 12 utrimque lege utrinque.
— 650 — 13 panicula diffusa lege paniculam diffusam.
— 686 — 4 ab inf. praesedente lege praecedente.
— 690 — 8 - - dioeciis lege dioicis.

pag. 697 lin. 12 ab inf. pauliflora lege pauciflora.
— 703 — 4 2-2plo long. lege 2-3plo long.
— 705 — 2 Nymphae lege Nymphea.
— 707 — 27 floridus lege floribus.
— 708 — 4 germina β. lege germina 3.

Tom. II.

pag. 13 lin. 4 ab inf. petiolis brevissimo lege petiolis brevissimis.
— 28 — 3 caulique lege cauleque.
— 34 — 10 sp. pl. id. I. lege sp. pl. edit. I.
— — — 24 pomeriis lege pomariis.
— 49 — 1 anticus lege antice.
— — — 2 posticus lege postice.
— 52 — 10 albentes lege albescentes.
— 56 — 6 ab inf. pinnisibus bricatis lege pinnis imbricatis.
— 58 — 6 - - spec. ped. lege All. pedem.
— 65 — 22 squamulo lege squamula.
— 116 — 24 locutis lege loculis.
— 140 — 24 Crysimum lege Erysimum.
— 160 — 15 paullo lege paulo.
— 165 — 12 pervis lege parvis.
— 169 — 7 Winar lege Wimar.
— 189 — 26 corolla lutea lege corollae luteae.
— 224 — 23 T. alpium lege T. alpinum.

pag. 229 lin. 11 ab inf. erectiusculis l. crectiusculi.
— 240 — 2 - - parvum lege parum.
— 268 — 12 formaram lege formarum.
— 286 — 10 pitioni lege ditione
— 312 — 24 u. 25 Hirsium lege Cirsium.
— 326 — 24 pagas lege pagos.
— 330 — 7 hemi phaericum lege hemisphaericum.
— 355 — 18 addo (Cassini l. c.)
— 403 — 28 adde ††.
— 418 — 2 ab inf. libello lege labello.
— 460 — 1 femina lege feminea.
— 462 — 19 terertiusculus lege teretiusculus.
— 466 — 27 floriferis lege floriferi.
— 467 — 31 flavens lege florens.
— 484 — 24 biscuspidatis lege bicuspidatis.
— 507 — 24 externa lege externe.
— 508 — 8 blauiores lege planiores.
— 512 — 5 inf. hae lege hac.
— 555 — 22 Rumi lege Rami.

Ad Diandriam Digyniam pag. 75. Tom. I.

Conspectus Graminum.

Spiculae 1 *florae:* Mibora, Leersia, Alopecurus; Cynodon, Crypsis, Phalaris, Polypogon, Milium, Stipa, Andropogon.

— — 1 — 2 *florae:* Phleum, Agrostis, Arundo, Hordeum.

— — 1 — 2 — 3 *florae:* Melica.

— — 2 *florae:* Panicum, Holcus, Beckmannia.

— — 2 — 3 *florae:* Arrhenatherum, Aira, Sessleria, Secale.

— — 2 — 4 *florae:* Molinia.

— — 2 — 5 *florae:* Koeleria.

— — 2 — 7 *florae:* Dactylis.

— — 2 — *multiflorae:* Avena, Glyceria, Festuca, Elymus.

— — 3 *florae:* Hierochloa.

— — 3 — 5 *florae:* Cynosurus, Triodia.

— — 3 — 7 *florae:* Phragmites.

— — 3 — *multiflorae:* Poa, Briza, Bromus, Brachypodium, Triticum.

— — 4 — 5 *florae:* Danthonia.

— — 8 — 10 *florae:* Libertia.

— — *multiflorae:* Lolium.

Einige Verlagsbücher von I. L. Schrag in Nürnberg.

Bischoff, G. W.; die botanische Kunstsprache in Umrissen, nebst erläuternden Text. Zum Gebrauche bey Vorlesungen und zum Selbstunterricht. Mit 21 lithographirten Tafeln, worauf 504 Pflanzenabbildungen befindlich. Fol. 1822. 2 Thlr. 12. gr. oder 4 fl.

Cavolini, P., Abhandlungen über Pflanzenthiere des Mittelmeeres, aus dem Italienischen übersetzt von W. Sprengel und herausgegeben von Kurt Sprengel. Mit 9 Kupfertafeln, gr. 4. 1813. 2 Thlr. oder 3 fl.

Eschweiler, F. G., Systema Lichenum, genera exhibens rite distincta, pluribus novis adaucta. Cum tabula lapidi incisa. 1824. 4. 16 gr. oder 1 fl.

Frank, Oth., Persien und Chili als Pole der physischen Erdbreite und Leitpunkte zur Kenntnifs der Erde, in einem Sendschreiben an Alexander v. Humboldt, 8. 1813. 15 gr. oder 1 fl.

Gruithuisen, Fr. v. P., Gedanken und Ansichten über die Ursachen der Erdbeben nach der Aggregations-Theorie der Erde. gr. 8. 1825. 9 gr. oder 42 kr.

Haworth, A. H., synopsis Plantarum succulentarum cum Descriptionibus synonymis Locis, Observationibus culturaque. Usui Hortorum Germaniae accommodata. gr. 8. 1819. 2 Thlr. 12 gr. oder 3 fl. 45 kr.

John, J. F., chemische Tabellen der Pflanzenanalysen oder Versuch eines systematischen Verzeichnisses der bis jetzt zerlegten Vegetabilien nach den vorwaltenden nähern Bestandtheilen geordnet und mit Anmerkungen und doppelten Registern versehen. gr. Fol. 1814. 2 Thlr. 9 gr. oder 4 fl. 3 kr.


Martius C. F. P. v., Flora Cryptogamica Erlangensis, sistens Vegetabilia e Classe ultima Linn. in agro Erlangensi hucusque detecta. Accedunt Tab. II. aeneae, muscos nonnullos, et IV. lapidi incis. Jungermannias germanicas foliosas illustrantes. gr. 8. 1817. 2 Thlr. 16 gr. oder 4 fl. 30 kr.

Nees von Esenbeck, C. G., Handbuch der Botananik für Vorlesungen und zum Selbststudium.

Erster und zweyter Band, gr. 8. 1820 — 1821. 5 Thlr. 21 gr. oder 10 fl.

Zu diesem Handbuche wird noch ein dritter Band, die Phytochemie von Dr. G. Bischoff folgen.

Schubert, G. H., Handbuch der Naturgeschichte. V Theile, gr. 8. complett für 12 Thlr. oder fl. 21. 36 kr.



Iac. Sturm sc.